BIGA
LIBRORVM RARIORVM,
QVORVM

I.
CHOROGRAPHIA
AVSTRIÆ,
W. LAZII.

II.
HISTORIA
GOTHICA,
AEN. SYLVII,

HVCVSQVE INEDITA,
ET
INTER EJVS SCRIPTA NVNQVAM COMME-
MORATA.
IN LVCEM PROTVLIT
A. R. D. RAYM. DVELLIVS, C. R.
QVI ETIAM PRÆFATIONEM PRÆMISIT.



NAPOLI

FRANCOFVRTI ET LIPSIÆ,
MDCCXXX.

SERENISSIMO ET CELSISSI-MO PRINCIPI

FRANCISCO III.

DEI GRATIA

DVCI LOTHARINGIÆ,

REGI HIEROSOLYMÆ,

MARCHISIO DVCI CALABRIÆ
BARRI GELDRIÆ MONTIS FERRATI
TESCHENÆ,

PRINCIPI CAROLOPOLEOS, MAR-CHIONI MVSSIPONTI
NOMENEI,

COMITI PROVINCIÆ VALDEMONTIS
ALBIMONTIS ZVTPHANIÆ
SARWERDENÆ

SALMÆ FALKENSTEIN &c. &c.

DOMINO SVO CLEMENTISSIMO

HOS SVOS QVALESCVNQVE
LABORES

D. D. D.

EDITOR.

SERENISSIME ET CELSISSIME PRINCEPS

DOMINE CLEMENTISSIME.

QVAM MIHI GRATIAM, IVVENtutis ſubdi temporis Princeps, coram benigniſſime conceſſiſti, eadem fretus hunc & Librum, & me quoque ipſum ad Regalis Solii gradus depono, proſterno. Conſcendiſti hoc cum maximo TVORVM ſolamine, ingenti Exterorum lætitia: Auſtria ſola cum unitis ſibi Provinciis TVI jacturam ægerrime ferebat. Nempe his datum erat, luculenta nec falſura umquam AVITARVM Virtutum omina cottidie, immo (parum dixi) ſingulis fere momentis in TE deprehendere & admirari. Vaſtum hoc in loco in laudes Sereniſſimæ Stirpis TVÆ excurrendi ſpatium ultro ſe mihi aperiret: Quotus enim quisque eſt, qui ignoret, quin iſthæc nullo non tempore Heroum mitra, ſago, toga Clariſſimorum Mater fuerit fœcundiſſima? Cui porro notum non ſit, quantis officiis (etiamnum in effectu ſuo ſuperſtitibus) ſeu Marte propitio, ſive favente Pallade à longa temporum ſerie Orbem Chriſtianum, Europam, Auſtriam præ reliquis ſibi devinxerint REGIÆ CELSITVDINIS TVÆ Majores? Sane, quamvis non exigua horumce meritorum pars aliquot ſæcula antecedat, tanta iſta tamen ſunt & talia,

quæ

quæ nec rapida temporis edacitas, nec invidioſa vetuſtas umquam ex hominum memoria eradicabit, præſertim quod jucundiſſima eorum recordatio eſt, & novis, iisdemque ad noſtram ætatem concatenatis perpetuo refricetur. Nihilo tamen minus conſultius hæc prætereo, nam ſi quidem levi brachio talia agerem, vererer admodum, ne male mihi ſiet, quum ſummam meo judicio, injuriam VirisGlorioſis & commemorabilibus illi inferant, qui, canes è Nilo aquam lambentes imitati, per transennam veluti & obiter ipſorum laudes attingunt, dum quicquid geſtorum magnorum in medium non profertur, eorumdem honoribus detrahitur. Omnia autem à capite & penitus perſtringere non unum item & alterum folium, ſed vaſtos tomos requirit, quam de Lotharingiæ Sereniſſimis DVCIBVS ſpartam ante me Viri Doctiſſimi (& inſtar omnium Eruditiſſimus & Reverendiſſimus Colmetus) occupaverunt & ornarunt. Quin igitur potius Franciſci Irenici † verba (quæ ante ducentos, & quod excurrit, annos, *de Rebus geſtis Ducum Lotharingiæ* differens, profatus eſt) mea facio: „*Si enim*, inquit, *omnia*, „ *quæ in decus illorum verti poſſunt, quæreremus, ſemper*, „ *a littore remoti numquam ad deſtinati finis terram na*-„ *vigaremus*. Ergo ad TE SERENISSIME ac CELSISSIME PRINCEPS revertor: TV ab Avorum Virtutibus commendari non indiges; etenim quæ dotes eorum quemque ſeorſim poſteritati laudabilem reddiderunt, eas in TE omnes effuſa benigniſſimi Numinis Liberalitas congeſſit. Profecto, quum, teſte Romanæ Eloquentiæ Parente,

† *In Exegeſi Hiſtoriæ Germaniæ Editionis noviſſ. pag.* 149.

,,*hæ ſunt virtutes Imperatoriæ, Labor in negotiis, for-,, titudo in periculis, induſtria in agendo, celeritas in,, conficiendo, conſilium in providendo;* non avito ſolum jure, verum exigentibus hoc etiam virtutum meritis regimen capeſſiviſti. Suſpiciebant has cum aliis dotes in TE terræ noſtræ, & ea de cauſa non ſine ingenti TVI deſiderio TE dimiſerunt: attamen ut oculos TVOS etiam diſtantibus ſibi ſubire nonnumquam liceat, in hoc Libro à prima ſui origine conſpicuas ſe ſiſtunt, comite Hiſtoria Gothica ab iſto argumento minime aliena, cuius auctor quum ſupremum fuerit caput Eccleſiæ, quæ MAJORVM TVORVM fidem in ſe ac pietatem ſemper probatiſſimam habuit, etiam à TE (dum nomine ſuo huic Operi præfixo primum in lucem progreditur) præſidium expoſcit. Illas igitur in conſpectum admittito, hunc in fidem TVAM recipe; mihi vero perpetuo fave, & nunc præſertim in Clementia TVA & ſummo in elegantiores literas affectu confidenti temeritatis huiusce meæ veniam benigniſſime commoda! Id, quod REGIAM CELSITVDINEM TVAM omnibus precibus oro, obſecro, obteſtor demiſſiſſime.

REGIÆ TVÆ CELSITVDINIS.

Humillimus
RAYMVNDVS DVELLIVS
Can. Regul. & Bibliothecarius Hyppolytopolitanus.

LECTORI

LECTORI ERVDITO ET ÆQVANIMO EDITOR. S.

SI, teſte Athenæo, *erat antiquitus ignorantiæ ſignum à vulgo probari*, haud vereor, quin hosce Tuo commodo Lector benevole! ſuſceptos laborea facillime Tibi probavero: nam, quemadmodum in Orbe paſſim, ut effatur Tullius, *ſic eſt vulgus; ex veritate pauca, ex opinione multa æſtimat*, ita plane in Republica literaria vulgus quoddam hominum (Semi-Eruditos vocant) reperiaa, qui innumeris præjudiciis irretiti, omnia, quæ ipſi ignorant aut tractare auſi non ſunt, vituperant libertime. Potiſſimum in Manuſcriptorum Codicum & Librorum rariorum Editores invehuntur, ſatia benigne cum iisdem egiſſe ſe rati, dum Librariorum, aut (ut ipſi pulcre admodum ſibi dicere videntur, utuntur enim quibusdam verbis heri natis, quibus mire auribus ſuis blandiuntur) *Copiatorum* nomine illos dignentur, ſibique & aliis perſuadeant, hæc facili negotio, atque citius, quam Volpes pirum comeſt, confici. Et negandum non eſt, aſſurgendum eſſe merito Viris illis, encomiumque deberi, qui Libros cum judicio, & argumenti digni, ſive utilis ſelectione ita conſcribunt, ut quidem haudquaquam ex quatuordecim aliia quintum tandem decimum corradant, verum ea afferant, quæ aut ab aliis etiamnum commemorata non ſunt, aut tollendis editorum Librorum vitiis deſerviunt. Ad hæc ultro citroque fateor, exiguam ex induſtria ſua gratiam & dignitatem iſtos colligere (neque injuria) qui ſine delectu & nulla prorſus habita ratione, quæcunque in manus veniunt, omnia ſub prelum cogunt: at vero qui circumſpectis omnibus antiquos Codices melioris notæ, vel Libros ob raritatem ſuam cum iſtis adæquatoa in lucem protrahunt, næ iſti ſummam Eruditorum gratiam ineunt, & merito jure, quum, ut de commodo Lectorum nihil dicam, ad talia impiger & aſſiduua labor, vaſta lectio, ſanus judicii uſus, proba argumenti, quod liber edendus pertractat, perceptio requiritur; adde quod multas Bibliothecas perrepſiſſe oportuit: ſiquidem absque hia ſi ſit, oleum & opera perditur; Editor laude, Bibliopola lucro, Emtor fructu carebit. Satis de his, quæ non mei cauſſa (neſcio enim, utrum ridiculas horumce hominum calumnias hucuaque non fuerim expertus, an potius infra me ipſas duxerim) ſed eam ob rationem attuli, quod graviſſimis Viris tam Eruditiſſimis, quam de Re literaria optime merentibus hanc dicam impingi meis ipſe auribus ſæpe numero audiverim. Ego, mi Lector, ut tuis Studiia obſequerer, non ob captandam gloriam Tecum communico bigam Librorum rariſſimorum, quales jure adpellaverim iſtos, quorum primus in una tantum vel altera Patriæ Bibliotheca deliteſcit, & extra patriam ita ignotus eſt, ut Viri in Re Bibliothecaria verſatiſſimi illum revera prodiiſſe typorum beneficio non crediderint: † alter porro ab exactiſſimis Scriptorum Autoris ſui Deſcriptoribus numquam, quoad ejus ſciam, fuit commemoratus.

† *Hinc Lipenius in Bibliotheca Phil. pag. 150, & Popeblount in Cenſura pag. 687. hoc opus ineditum eſſe, ſcripſerunt.*

Principio itaque prodit Liber, qui inſcribitur : * *Typi Chorographici Provin. Auſtr. cum explicatione earumdem pro Commen. Rer. Auſtri. concinnati ad Heros ſuos* FERDIN. IMP. ROM. P. F. & MAXIMIL. *Regem. Autore VVolfgango Lazio Viennen. Medico & Hiſtorico Anno 1561. Vienna Auſtria excudebat Michael Zimmermann. fol.* Quot numero huius Operis exempla fuerint impreſſa, juxta cum ignariſſimis ignoro, aliis X, XX. aliis excuſa fuiſſe tradentibus, at incerta fide : verum hæc genuine aſſerere auſim; me tranſcripſiſſe hosce typos Chorographicos ex Exemplo inſtructiſſimæ Bibliothecæ Cann. Regg. S. Aug. ad D. Andreæ in Auſtria, contuliſſe Apographum accurate cum duobus Exemplis Bibliothecæ Windhagiano-Vindobonenſis, comperiſſe illud (quod in tam exiguo Exemplorum numero ejusque editionis mireris) diverſum nonnihil ab iſtis, quin & auctius quandoque eſſe, quod ſuo loco exacte notavi : demum nihil eorum omiſſum fuiſſe, quæ ad emendatam Libri Editionem quoquomodo quicquam conferre valebant, ſi tabulas æneas cuivis Libro præfixas & Provinciam inibi deſcriptam repræſentantes excepero, enimvero iſtæ (ut, quod res eſt dicam) parum exactæ nullius fuiſſent uſus, ac proinde ſumptibus requiſitis nullatenus reſpondiſſent; quare pretioſos hujuscemodi, ſed inutiles ornatus omittere, conſultius eſſe duxi. Ad Autorem noſtrum quod attinet, is Vindobonæ A. MDIV. Patre Simone Latz Medico ** in vitam venit: quantum in ipſo eſſet ingenii, quantum jam in teneris annis profectus, ex eo etiam probatum fecit, quod quartum ſupra decimum annum agens Græcos Autores non legeret ſolum ſed & intelligeret *** Antiquitatis deinceps & Hiſtoriæ Studio ſe totum dicavit (ita tamen, ut primum Artes, deinde Saluberrimam Medicinam quoque in Vniverſitate Viennenſi profiteretur) atque ejus multa ſpecimina temporis ſucceſſu dedit, partim typorum beneficio evulgata, partim MSta in Bibliotheca Cæſarea ſuperſtantia: eorum quidem omnia, quorum notitia ad me pervenit, produco.

Opera Wolfgangi Lazii impreſſa.

	Locus Editionis	*Annus*	*Forma*
1) Typi Chorographici Provinc. Auſtriæ &c.	Viennæ.	1561	fol.
2) Hiſtoricarum Commemorationum Rerum Græcarum Libri II.	Hanoviæ	1605	fol.
3) Græciæ Antiquæ variis numismatibus illuſtratæ Libri II. Extant in Gronovii Theſauro Græc. Antiquitatum Tomo VII.	Lugduni Bat.	1699	fol.
4) De Gentium aliquot Migrationibus Libri XII.	Baſileæ.	1572. 1600. 1605.	fol.
5) Reipublicæ Romanæ in exteris Provinciis bello acquiſitis conſtitutæ Commentariorum Libri XII.	Francof. ad Mœn.	1551 1598	fol.
6) Rei contra Turcas geſtæ A. 1556. brevis deſcriptio cum adjecta Chorographia.	- - - -	- - - -	fol.
Extat hæc deſcriptio etiam in Schardii Script. Rer. Germanicarum Tomo II. & in Scriptoribus Rerum Hungaricarum.	Francofurti.	1600	fol.
7) Commentariorum in Genealogiam Auſtriacam Lib. II.	Baſileæ.	1564	fol.

8) Com-

* *Legitur quidem in ornamentis, quibus Titulus Operis cingitur;* Commentar. Rerum Auſtriacarum ad Poſteritatem. *Verum iſta ad ipſam Libri inſcriptionem non attinent.*

** *Qui Teſte Edero in Catal. Rector. Archigymn. Vienn. A. 1532. ad plures abiit.*

*** *Vid.* Gelehrten *Lexicon Nov. Edit. pag. 1526. ubi tamen vulgaris error, Lazium 1555. deceſſiſſe, corrigendus ex infra dicendis. Ederus l. c. pag. 54. de M. Georgio Tannstetter ex Rayn Aſtronomia Profeſſore refert, ipſum Lazio noſtro adhuc puero vaticinatum fuiſſe, eum maximum futurum Philoſophum, Medicum, & variarum Artium peritum.*

	Locus Editionis	*Annus*	*Forma*
8) Commentariorum vetuſt. Numiſmatum Sectionis III. Partis II. Tab. I. C. Julii & Octauiani Auguſti Cæſarum monetam in argento comprehendens.	Viennæ.	1558.	fol.
9) Vienna Auſtriæ, ſeu Rerum Viennenſium Commentarii in IV. Libros diſtincti.	Baſileæ.	1546.	fol.
Hunc Librum Germanice reddidit & notis auxit M. Henricus Abermann Scholæ ad D. Stephani Rector, evulgavitque.	Viennæ.	1619.	fol.
10) Oratio ad excipiendum Sereniſſ. Auſtriæ Archiducem, aliarumque Prov. Principem D. Ferdinandum II. publico Archigymnaſii Vien. nomine &c.	Viennæ.	1560.	4to.
11) Fragmentum Vaticinii cuiusdam (ut conjicitur) Methodii Epiſcopi Paterenſis & M. Chriſti à Wolfg. Lazio Vienn. Medico & Philoſopho repertum &c.	Viennæ.	1547.	4to.
Habetur etiam in ſequenti Libro.			
12) Catalogus aliquot antiquorum Vaticiniorum, quibus inclytæ Auſtriæ Domus contra mille Sathanæ ac eius complicum inſidias victoria fuit prædicta.	Viennæ.	- - -	4to.

Hos ego Libros in diverſis Bibliothecis oculis uſurpavi; Ederus vero in Catal. Rector. Vienn. ad A. 1546. (quo faſces Univerſitatis moderatus eſt Lazius, ab hoc multis elogiis mactatus) inter Opera Lazii ad A. 1559. usque edita præter recenſitos hos etiam numerat:

Chorographiam Hungariæ cum libello adjecto: & ex vetuſtis Autoribus, Abdiam de Hiſtoria Apoſtolorum; Sulpitium Severum de Rebus D. Martini; Alcimum Avitum Poetam de Virginitate &c; Honorium de Imagine mundi; †

Verum mihi de his Editionibus nihil conſtat: Opera autem Lazii, quæ inter MStos Bibliothecæ Cæſareæ Codices adſervantur, ſequentia reperi:

	Codex.	*Numerus Codicis.*	*Numerus Foliorum*
1) Interpretatio Chorographiæ utriusque Auſtriæ. Incipit: *Tabula prima. Superioris Auſtriæ Explicatio.* Opos diverſum abeo, quod hic edimus.	Membran.	54.	50.
2) Epitome, oder kurtziſter Auszug der dritten Decadis der Oeſterreich. Chronicæ von Wolfg. Lazio Doctor in Latein beſchrieben, und in vier Decades austheilt: 1556.	Chartac.	15.	74.
3) Chronica des Ertz-Hertzogthums Oeſterreich unter der Enns. Cap. I. Von dem erſten Nahmen, und der erſten Herrſchafft in unter Enns: Als viel müglich iſt aus den ausländiſchen und Griechiſchen Hiſtorien abzunehmen, befind ſich, daß die Gegend, darinn Oeſterreich an Ungern räynet, hab erſtlich Peonia geheiſſen, ꝛc.	Chart. mutilus.	22.	137.
4) Adverſaria Hiſtoriæ Auſtriacæ, Daciæ, ſeu Tranſylvaniæ deſcriptionem complectentia.	Chart.	156.	70.
5) Libri IV. Rerum Pannonicarum. Accedit Fragmentum geſtorum in Vngaria æſtate anni 1556.	Chart.	157.	84.

)(6) De-

† *Lipenius in Philoſoph. Biblioth. alios addit; ut ſunt: Wolfg. Lazii Catalogus partim ſuorum, partim aliorum Scriptorum nuper inventorum. Viennæ f. — Ducatus Carinthiæ & Goritiæ Palatinatus &c. illum non vidiſſe me fateor, cætera inter Opera Autoris recenſeri non merentur, nam Tabulæ Geographicæ ſunt ex Chorographia vel aliunde in Opera Ortelii, Sanſonii &c. translata.*

	Codex	Numerus Codicis.	Numerus Foliorum
6) Deſcriptionis Tranſylvaniæ fragmentum. Inc. *Suecorum regnum, quod & Vannianum à Vannio Suecorum Rege appellatum eſt, &c.*	Chart.	158.	70.
7) Deſcriptio Auſtriæ VIrradanubianæ in II. Libros (*ſecundus mutilus eſt*) diviſa.	Chart.	159.	120.
8) Adverſaria ſeu Scripta Miſcellaoea Genealogica Auſtriorum quorumdam Procetum.			
9) Carmen Elegiacum in mortem Smæ. Heroidis Magdalenæ Ilſungs Ge. Gienger à Koteneck S. C. M. Conſil. & Camerat. Conjugis deſideratiſſimæ.			
10) Interpretatio Otationis Æſchynis in Cteſiphonrem.			
11) Annotatio quarumdam vetuſtarum familiarum cum nominibus noonullotum teſtium in antiqq. Diplomat. citatorum.	Chart.	160.	79.
12) Fragmeotum Lib. II. Archaeologiæ Vngariæ. Inc. *Qui terra ſitum, montes, flumina &c. Inſunt in hoc Codice ejusdem Viri Adverſaria Hiſtorica præſertim Auſtriaca.*	Chart.	161.	113.
Aliud Fragmentum Lib. I. habet.	Chart.	216.	27.
13) Hiſtoria belli Germanici à Carolo Cæſ. V. à Junio Menſe A. 1546. usque ad Junium anni inſequentis adverſus fœdus, ſeu potius Conjutationem Schmalcaldienſem geſti &c.	Chart. mutil.	162.	61.
Idem complectitur.	Chart.	23.	50.
14) Fragmentum Hiſtoriæ Auſtriacæ à prælio Rudolphi Imp. cum Oitocaro R. Bohemorum ad Coottoverſias Alberti Archid. cum Friderico Imp.	Chart.	163.	66.
15) Fragmentum Deſcriptionis Infer. Auſtriæ, ſeu Norici Ripenſis.	Chart.	164.	42.
16) Bavariæ Ciuitatum ac Comitatuum brevis Explicatio.			10.
17) Apologia aduerſus Braſſicanum de Carnunto ad B. Rhenanum ſcripta.	Chart.	165.	17.
18) Auſſührung der Genealogiæ Auſtriæ: *Eſt Compendium Geneal. Auſtr.*	Chart.	166.	10.
19) Oeſterreichiſche Chronica. *Mutil.*	Chart.	167.	79.
20) Oratio in Exequiis D. Rom. Imp. Ferdinandi, nomine Academiæ Wiennenſis habita.	Chart.	168.	14.
Idem habet Cod. Chart. n. 91.			
21) Fragmentum Commentariorum vetuſtorum Numiſmatum. *Vid. ejus ſpecimen inter Libros impreſſos n. 8. Fragmenta vero alia hujus Operis Nummarii extant in Cod. Chart. n. 31. *n. 32.*	Chart.	30.	86.
22) Rerum Pannonicarum, quas ab Obitu Joan. Weiwodæ Inclyt Rom. Ungarlæque Rex Ferdinandus in Vngariæ Régno geſſit Libri IV.	Chart.	5.	157.
23) Genealogia Domus Auſtriacæ. Inc. *de Initiis Principum Habſpurgenſium &c.*	Chart.	131.	170.
24) Deſcriptio III. Corooationum Maximil. II. in R. Bohemotum, Rom. Cæſatem, & Vngar. R.	Chart.	208.	29.
25) Rerum Auſtriacarum Decadis V. Liber I. II. III. IV. V. VII. Decadis VI. Liber I. II. III. IV. V. VI. VII. VIII. IX. X.	Chart.		
26) Deſcriptio Daciæ, ſiue Tranſilvaniæ.	Chart.		54.
27) Miſcellanea Genealogica, *qua ab Illmo. Gentilotto p. m. Lazio attribuuntur, etſi hujus nomen additum non ſit.*	Chart.	128.	170.

Nemo

Nemo jam inficias ibit, Lazium Polygraphis jure merito accenſeri; quamvis, quod ad Eruditionem ipſius ſpectat, laudetur ab his, culpetur ab illis. * Ego Voſſii effatum de eo meum facio, quod ita ſonat: ** „*Vir magna & Induſtria & Lectionis fuit, in quo tamen ſæpius plus Judicii requiras.*„ Omnino cum veritate conſonat, lapſum ſæpe ſæpius judicio, ſuosque in aliis pariter manes paſſum fuiſſe Lazium, neque tamen ideo doctrinæ atque induſtriæ laude privandum puto. Eſt certò Judicium rite elimatum eximium, ſed rarum Scriptorum ornamentum, quo, qui etiam minori longe numero ingenii ſui fœtus in lucem edunt, plurimis in locis deſtituuntur. Demus quoque ceſpitaſſe noſtrum quandoque in allegandis Diplomatibus, citandis Inſcriptionibus; fabulas inſuper ſuis immiſcuiſſe: at, amabo! quis Viro tam multa ſcribenti, quæ pleraque & maxima ſui parte fidei Chartarum & Inſcriptionum ſuperſtrui debebant, errorum etiam copioſorum (non admodum multorum, ſi cum numero editorum, in quibus fere omnibus gradum atque aditum inter primos jacere debuerat, conferantur) veniam negaverit? Eliminentur vitia, fabulæ; ſupererit nihilominus, quod delectet, quod expediat: hinc cordate perquam de noſtro Ant. Teiſſerius: *** „*Tractatus eius*, inquit, *de Migrationibus Gentium eximius eſt, quamvis plures fabulas eidem immiſcuerit.*„ Quis, inquam, ad noſtram usque tempeſtatem Dictator ille in Republica Literaria fuit, cui, maxime de Originibus Gentium diſſerenti inoffenſo pede in hocce ſtadio decurrere licuerit, aut plena fides adhibeatur? Paucos, ſi qui ſunt, inveneris, quos aut amor patriæ nobiscum natus, aut argumenti obſcuritas in transverſum non egit. Manet itaque verbis acutiſſimi Thuani ſua auctoritas; ea hæc ſunt; **** „*VVolfg. Lazius rerum Græcarum ſimul Romanarum & Germanicarum non indiligens Scriptor; quod præclara ejus monumenta apud poſteritatem teſtantur*, *PATRIÆ SVÆ ILLVSTRATOR.*„ Iſtud poſtremum quam egregie præſtiterit, confido, revocata nunc denuo ſub prelum per me *Chorographia* planum & indubitatum reddet, ad quod opus conficiendum ille, cui ad reconditiſſima Tabularia acceſſus patebat, ita præparatus acceſſit, ut nihil ſupra; quam ob rem auſim pignore certare, neminem partium minime ſtudioſum fore, cui iſtam perlegenti cumulate non ſatisfiat, nam ea hic ſummatim & quaſi uno obtutu deprehendet, quæ in vaſtis de hoc argumento voluminibus fruſtra quæſierit. Verum, ut ne Horatius nobis objiciat:

Laudat, venales qui vult extrudere merces.

Nos vino vendibili hederam non ſuſpendimus, quin potius totum Lectoris judicio committimus, & ad noſtrum redimus, cujus eximium in Literas & Literatos affectum ac locupletem Suppellectilem literariam vivis coloribus exprimit Conradus Lycoſthenes in Additamento Bibliothecæ Gesnerianæ, dum ita loquitur: „ *Habet VVolfg. Lazius adhuc Autores vetuſtiſſimos, quos ex vetuſtioribus Cœnobiis Auſtriæ utriusque, Carinthiæ, Stiriæ, Cilii, Sueviæ, Helvetiæ, Brisgaviæ, Alſatiæ, Suntgaviæ & Nigræ Silvæ inter tineas non ſine ſitu & literarum jactura hactenus deliteſcentes, collegit MStos, eosque in uſum Reipublicæ Literariæ typis excudendos amicis (cum ad propaganda ſtudia literarum natus ſit) lubenter communicabit.* Ex his quicquid eximium & rarum fuit, id omne poſt ipſius mortem in Bib-

* *Vide Popeblount in Cenſura Celebr. Autorum p. m.* 686.

** *Voſſ. de Scientiis Mathem. C.* 44.

*** *Apud Popebl. l. cit. p.* 687.

**** *Hiſt. Lib. XVI.*

liothecam Cæſaream fuit translatum, prout teſtatur Lambecius, * ex cujus æſtumatiſſimo Opere Epitaphium Lazii pro coronide ſubnectimus:

MAGNIFICO, NOBILI, CLARISSIMO ATQVE SVMMA ERVDI*tione Ornatiſſimo Viro, D. VVolfgango Lazio Vien. Philoſophiæ atque Medicinæ Doctori & Profeſſori Primario, Celeberrimi Archigymnaſii Viennenſis Rectori & Superintendenti Cæſareo, & Ejusdem Sacræ Cæſareæ Majeſt. Ferdinandi Sanctiſſimæ Memoriæ Conſiliario & Hiſtorico Peritiſſimo, defuncto Anno Domini MDLXV. Die XIX. Junii, Poſitum MDLXXXVI.*

De Æneæ Sylvii, Pontificis ſubinde Maximi, Hiſtoria Gothica (ſive mavis Compendio Jornandis ex Codice MSto Celeberrimi Monaſterii Gottvvicenſis per noſtrum excerpto) vix, quod dicam, ſupereſt, niſi quod illam ex Manuſcripto Volumine (non quidem optimæ notæ; ſed quoad ejus ſcio, unico) quod mihi ad hos uſus ex Bibliophylacio ſuo bonis & raris libris abundante conceſſit Vir literarum & inſignis benevolentiæ fama notiſſimus, Dominus Apoſtolus Zenus, nunc primum in lucem bona fide protraxerim, adjunctis pauculis, quas manus Synchrona in margine addidit, notis, & ipſo opere ob legentium commodum in plures paragraphos diſſecto. Cætera nimirum Vita, Fama, Eruditio, & reliqua Scripta Pontificis Ter Optimi hoc loco quidem commemorari etiam à me debuiſſent, niſi operæ compendium feciſſent Diarii Eruditorum Italica lingua conſcripti (Giornale dei Leterati vernacula dicitur) Collectores: hi exacte pro more ſuo & ſumma cum cura illa ita recenſuerunt, ut ſpicæ nullæ poſt meſſem hanc legendæ ſuperſint. Quam ob cauſam; tum porro, ne nimium longus ſim, *eo Lector benevole! Te remitto. Vale, Fave!*

---

* *In Biblioth. Cæſ. Lib. I. p. 38. qui hoc loco planum facit, Lazium non 1555. ſed 1565. obiiſſe, idque ex ejusdem Epitaphio, quod in templo S. Petri Viennenſi (tum antiquiſſimo, nunc ad novam formam redacto) extitiſſe, affirmat.*

TYPI CHOROGRAPHICI

PROVINCIARVM AVSTRIÆ

CVM

EXPLICATIONE EARVNDEM PRO COM-
MENTARIIS RERVM AVSTRIACARVM
CONCINNATI AD HEROS
SVOS

FERDINANDVM

IMP. ROM. P. F.

ET

MAXIMILIANVM

REGEM.

AVTORE

WOLFGANGO LAZIO,
VIENNENSI, MEDICO ET HISTORICO.

ANNO M. D. LXI.

VIENNÆ AVSTRIÆ EXCVDEBAT
MICHAEL ZIMMERMANN.

AVTORIS DEDICATIO, IN QVA SVAS SINGVLI SCIENTIAS DN. DN. FERDINANDO IMP. ROM. P. F. ET MAXIMILIANO REGI COMMENDANT.

Autor opus dedicat. F *Ama docet, quondam Imperii qui ſceptra gerebant,*
E *gregias radio terra pinxiſſe tabellas.*
R *eſcribit poſitum Hoſtilius Carthaginis vrbis;*
D *at victas pariter terras ſic Vlpius Iſtri.*
N *e ſperne has igitur Cæſar, quas tradimus, artes.*
Chriſt. Tannerus Can. Theologus. A *uſpice te quoniam depreſſa Eccleſia ſurgit,*
N *eſcit & in caſto vicioſos pectore næuos;*
D *iuinos igitur tribuunt quæ numina faſces,*
O *ptatum tibi dent ſummo cum præſule portum.*
Andreas Rapicius Ter. Iuriſconſ. H *anc aram conſulta Themis tibi latus ouansque*
E *rigo, quem Cæſar meruit FERDNANDVS honorem,*
R *em Sacram inſtituo, iamque & myſteria legum*
O *rdiri, & varias cupio depromere laudes:*
I *mpedior tamen, & ſpatiis excludor iniquis.*
Paulus Fabricius Medicus & Mathem. D *onec erit nomen Muſarum & Apollinis artes,*
O *ptima fama tuum, Cæſar FERDNANDE, notabit*
N *omen, vt æterno clareſcat tempore, Phœbi*
A *rtes quod Medicas tu ſciſque foueſque ſcientes.*
V *iuet & hoc de te quoque Rex MAXÆMILIANE*
I *n titulo, quem fama tibi facit optima, viuet:*
T *u quia cum genere has fato quaſi diligis artes.*
Hieronymus Lauterbachius Mathem. L *ucida ſi quando ſpectamus ſidera cœli,*
A *ut contemplamur, quæcunque Mathemata tractant,*
Z *odiaci vires ſolis lunæque labores,*
I *lluſtri Auſtriacæ debetur gloria ſtirpi.*
V *nica quæ nobis præclaras protegit artes,*
S *urgit & auſpicio FERDNANDI ſacra Matheſis.*
Vitus Iacobæus Poeta. I *n ſe quidquid habet rerum natura Deusque,*
N *e ſtatuas unquam ſacram latuiſſe poëſin:*
S *ola Dei laudes promit, Regesque Ducesque*
E *fficit, vt nunquam morituro carmine viuant.*

Petrus Paganus Choro. & Geomet.

Auſtria, quæ totum viuit virtute per orbem
V iribus excellens, diuiſque probata Monarchis,
S ede quidem patria gaudet, ſed ad extera tendens,
T errarum quæritque plagas, populoſque pererrat,
R egibus hæc cura eſt cum Cæſare, Maximus Heros
I nueſtigandis adhibet regionibus artes:
A uſtriacos igitur colat omnis terra Monarchas.

Lactantius Iob Codicius Arithmet.

Qui Samios doctâ numeros indagine quærunt,
V eſtigantque ſuâ menſuras pondera mente,
O mnes munificò FERDNANDVS pectore Cæſar
T antus amat, ſanctisque polo ſe laudibus infert.

Adamus Schröterus Arithmet.

Nec minus, vt numeris ſpatioſi machina mundi,
O rdine conſeruans æquali ſingula, conſtat;
B arbaricum ſic tu Cæſar victure Tyrannum
I mmortalis eris, certis dum motibus orbes
S eruatâ firmi numerorum lege manebunt.

G. Gropatius Rhetor & Poet.

Fata tibi faueant, per te cùm Maxime Cæſar
A urea facundæ floreſcit gratia linguæ,
V erborumque nitor rebus ſociatus adhæret.
S erior immixtum ſuperis cœloque relatum
T e, dotesque tuas animi, mirabitur ætas,
O cia dum repetet ſecura plena quietis.

Ioan. Wolfſius Iuris ſtudioſus.

Sidera dum claro fulgebunt æthere, ſemper
T e Mecænatem celebrabit Muſica Cæſar,
A gnoſcetque ſuas Muſas Rex MAXMILIANVS,
T ales à primis coluit qui ſedulus annis.

Ioan. Stafius Dialecticus & Poeta.

Sic non vlla tuas reticeſcant ſæcula laudes,
I mmenſumque decus, fortunatisſime Cæſar.
D iuinas veluti doctæ Tritonidis artes
E ximia bonitate foues, tutaris & ornas,
R obore quas omnes proprio Dialectica fulcit,
E t vetat à recto veri deflectere calle.

Lambertus PuſchlCarnus Grammaticus.

Res ita ſpe florent omnes, te Cæſare, mundo
E ffugiuntque metus triſtes, pax regnat vbique.
G rammatices veluti certa fundamen ab arte
N os omnes petimus, quicunque Helicona colentes,
I llius excelſum volumus conſcendere callem;
S olliciti ingenuas pariter ſic claudimus artes.

ELEN-

ELENCHVS OPERIS, INVICTISSIMIS ET GLORIOSISSIMIS DN. DN. FERDINANDO ROM. IMP. P. F. ET MAXIMILIANO HVNG. ET BOHEMORVM REGI CONSECRATI. (a)

PRIMVS, qui ſub patrocinio eorundem Auſtraſiam, veterem Habſpurgenſium Principum ſedem atque exordia, deſcribit.

Arx antiqua fuit (Franci tenuere coloni)
Auſtraſia, Gallos tangens ſub montibus altis
Habſpurg, diues opum, ſtudiisque aſperrima belli,
Quam Deus una petens de gentibus extulit vnam.

SECVNDVS, præter tutelam Auſtriadum, Auſtriæ Magiſtratum promotorem accipit, Regnum Orientale Caroli Magni auſpicio in finibus Panoniæ ac Norici conſtitutum depingit, in cuius hodie tractu duplex Auſtria cum parte Regni Hungariæ ac Styriæ ſitæ ſunt.

Hinc ſobolem late Regem belloque ſuperbam
Venturam exeidio Tureis, dixère Propheta,
Qua Gracis iterum imponet ſic montibus arces,
Vt vuſta huic poſita fuerant ſine nomine terra.

TERTIVS, patrocinio Auſtriadum Viennenſem Præſulem ac Magnif. Generoſum D.Franciſcum Turſonem Baronem à Bethlehem Falvv Promotores addit, & Marcham Orientalem oſtendit, in qua Babenbergenſes Comites rerum potiri ab Ottonibus cœpêre, Beato Lupoldó interceſſore clari.

Progenies diuum hinc cœlo dignata locari,
Templa ſtruens, monte ex Caluo, tum paupere terra,
Qua modò culta viget populis atque vbere gleba,
Vnde genus lato clarum dominatur in orbe.

QVARTVS, tutelæ Auſtriadum Magnificos ac de ſe benemeritos Viros adiicit, D. Georgium Giengerum à Roteneckh, Camerarium ac Arcanum Conſil. & D. Leonhardum Puchler à Weyteneckh, Fiſci Cæſ. Præſ. in quo Marcha Boiarica delineatur, cuius adiectione Ducatus Auſtriæ conſtitutus eſt.

Cæſaris Auſpicio acceſſit poſt tellus opima
Auſtriadis, primi & nomina pace tulit.
Hinc fiſci ſerie longâ numerantur aceruì,
Nauigiis mittit quod ſulis iſta cados.

QVINTVS, tutelæ Auſtriadum Reverendiſſimum ac Illuſtriſſimum Rom. Imp. Principem Salisburgenſem Archiepiſcopum Dn. Dn. Ioannem Iacobum Kayn à Belaſi iungit, in quo duæ Auſtriadum Aduocatiæ, Salisburgenſis ac Pataviensſis, cum Boiorum finibus enarrantur.

Hic longus grauidis flaueſcit campus ariſtis,
Et raſtros patitur terra, at non vinea falcem,
Mollia ſecura peragunt hic otia gentes,
Contentaque cibis, nullo mittente, fruuntur.

SEXTVS, patrocinio Auſtriadum iungit Illuſtriſſimos & Magnificos Viros Dn. Dn. Joannem Jacobum Fuggerum Comitem à Weyſſnhorn & Kirchperg, & Georgium Ilſingum à Tratzperg Sueuiæ Præfectum, in quo ditiones Auſtriadum per Sueuiam explicantur, Landvogtia Sueuiæ, Mar-

(a) Hic ordo in ipſo libri decurſu minime obſervatur.

Marchionatus Burgouiæ, Marchionatus Hochperg, Comitatus Veldkyrchen, Hochenberg, Kyburg, Lauffenburg & Lacus Bodmanici ditio.

Sueuus equo fidens & magnì ponderis armis,
Præſto aderit ſociis, mens omnibus vna ſequendi,
Quique colunt Hochberg, Burga, Hega, & ſtagna tuentur,
Et genus Auſtriadum, & natum cum ſaltibus Hiſtrum.

SEPTIMVS, tutelæ Auſtriadum addit promotores Illuſtriſſimos & Magnificos Viros Dn. Dn. Joannem Trautſon, Baronem à Sprechenſtayn & Schrouenſtayn, Ferdinandi Imp. & Atheſinæ Prouinciæ Mareſcalcum ac Præfectum, & Leonhardum Puchler à Weyteneckh, Fiſci Imp. Præfectum, in quo Comitatus Tyrolis cum ſuis vallibus ac finibus delineatur.

Sanior ingeniis in tetrica promptior arma
Culta iacet vinis, omnique ex arte magiſtra
Materiam quærit ſalis ac fornace remiſtit,
Sidera quæque petit, rimatur viſcera terræ.

OCTAVVS, patrocinio Auſtriadum quærit Reuerendiſſimum Gurcenſem Epiſcopum D. Vrbanum, & Strenuum ac Nobilem Dominum Eraſmum à Gera & Strasfrid, Fiſci Imp. Præfectum, in quo Carinthiæ Ducatus proponitur.

Rara per incultos errant animalia montes,
Quis nomen dederat durus quondam incola Taurus.
Hic vbi terra tenet, flauas largitur opesque,
Quodque coquit fornax ferrum, hic fabricatur in vſus.

NONVS, tutelæ Auſtriadum ſubdit Magnificos & Nobiles Viros, Juriſque peritiſſimos D. D. Georgium Sigismundum Seldum Cancell. Imp. & Eraſmum Haydenreich à Pidenekh, Fiſci Cæſarei Conſil. in quo Styriæ Ducatus effingitur.

Antra Ætnæa tonant, validiſque incudibus ictus
Ille refert veluti, hic pariter reſonare videbis
Ferrum exercentes vaſto Cyclopes in antro,
Bacchica dona tamen dat ſole ſub extima tellus.

DECIMVS, patrocinio Auſtriadum addit D. D. Reuerendiſſimum quinque Eccleſiarum Epiſcopum, Regni Hungariæ Pro-Cancellarium & Illuſtrem Scipionem Comitem ab Arcu, Cæſ. Sacri Cubiculi Præfectum, in quo Carniolæ Ducatus ac Windorum Marcha cum Kaczeola explicantur.

Celta quidem ſcutis protectus corpora longis
Quondam, animis vector paribus nunc prælia quærit,
Armatusque ruit, qua proxima meta viarum,
Præcipitesque Getas denſato cum agmine pellit.

VNDECIMVS, tutelæ Auſtriadum ſubiicit Nobiles & Magnificos Viros D. D. Joannem Jordanum, S. Cæſ. M. Conſiliarium Secretum, & Poliarchum Viennenſem, & Franciſcum Igelshouerum, eiusdem M. Conſil. Secret. & Scriniiorum Vrbis Viennenſis Præfectum, in quo Goricenſis Principatus, Carſtii ac Hiſtriæ ſitus deſcribitur cum explicatione rerum neceſſariarum.

Ad maris hic tellus protenſa en littora vaſti,
Illiricosque ſinus & fontem caua Timaui
Aſpicit, innumeris Bacchi quæ culta redundat
Donis, magna fide Auſtriadum ac Oenotria tellus.

LIBER I.

QVod *Regnum Orientale* Franci vncauere, in finibus *Novici* ac *Pannonia* aduerſus Hunnos & Hungaros conſtitutum, præſidiisque firmatum, eorum Sacerdotes *Auſtriam* atque *Auſtraſiam* nominauere, non eodem ſemper tamen loeo eisdemque limitibus comprehenſum. Siquidem ſub primis Francnrum Regibus non vltra Rhenum illud extentum fuit, in quo Theodericum, Sigebertum ac Dagnbertum *Auſtraſia* Reges Chronngraphi celebrant, quos *Auſtria* Reges Gregorius Turonenſis antiquiſſimus Francorum ſcriptor appellat; quorum Regia in Metenſium vrbe fuerat, ad quod pertinet loeus apud eundem; „ *Chyldebertus itaque Rex* Auſtriæ *cum hoſte in Italiam abiit, ipſamque deuaſtauit & tributariam fecit.* Et iterum: „ *Erat Clothario Regi tunc filius nomine Dagobertus, puer efficax atque ſtrenuus ad omnia ſolers, quem Rex adultum vna cum Pipino duce in Auſtria* regnaturum *dixit:* Auſtraſii *vero Franci ſuperiores congregati in vnum Dagobertum ſuper ſe Regem ſtatuunt.* Non eſt autem dubium, gentilicium vocabulum fuiſſe à limite Orientali deriuatum, quem patrio nomine Oſterriche, id eſt *Orientale* illi regnum nominabant, quod vt diximus non vltra Rhenum ſub Merouingis progrediebatur. Hinc *Auſtria*, *Neuſtria*, *Auſtraſia & Weſtraſia* voces defluxere, quarum adhuc veſtigia quædam inter Moſam & Rhenum manent, Oſtrich & Peſtrich. Poſtquam vero Carolingi ad ſummam rerum euecti, Carolo (quem Martellum dicunt) autore, Rheni limitem transgreſſi, Suevos paulatim, & Boiarios deinde atque Italiæ confinia, Pipinus eius filius, ſubieciſſet, factum eſt, vt quæ antea *Auſtria* ſiue *Auſtraſia* ad Rhenum dicebatur, Occidentis nomen ſortita, *Neuſtria* diceretur, noua *Auſtria* ſiue limite ſiue Marca Orlentali ad Oenum fluvium, & Italiæ alpes conſtituta; Ad quam alludens Rhegino Brumienſis, nominatim ſcribit: „ *Anno Dominica incarnationis* 778. *Carolus cum exercitu Hiſpanias ingreſſus eſt, venit enim primo ad Pompilonam Ciuitatem, deinde ad Cæſaraugustam, vbi innumerabilit multitudo de partibus Burgundiæ &* Auſtraſiæ *vel Boiaria, ſeu prouincia & ſeptimiana, pars etiam Longobardorum in auxilium venêre.* Et Otto Friſingenſis lib. 5. cap. 20. „ *Anno ab incarnatione Domini* 743. *Pipinus & Carolomannut primo in Aquitania contra Hunaldum eiusdem Prouincia ducem procinctum mouent, captoque Caſtellò, quod Lucas dicitur, in loco, qui vetus Pictavis vocatur, regnum diuidunt, Carolomanno,* Auſtriam, *Alemaniam, Thuringiam; Pipino vero Neuſtriam & prouinciam ſortito.* Qoæ dubio procul de limite Boiarico intelligenda eſſe, textus verborum oſtendit. Quapropter & Paulus Diaconus lib. 5. Longob. hiſtoriæ cap. 39. *Auſtriam* in agro Venetiarum depingit, vnde *ciuitatem Auſtria* adhuc nominari eisdem in finibus crediderim, verba ſubſeribam: „ *Nuncius ſubito ad Alachim peruenit, adimpleſſe Aldonem & Grauſonem, quod ei promiſerunt, & Caput Chuniperti attuliſſe, & non ſolum caput, ſed totum Corpus, eumque affirmârunt in palatio ſedere, quod ille audiens, animo conſternatus eſt, multaque contra Aldonem & Grauſonem furibundus & fremens comminabatur, exinde egreſſus per Placentiam ad* Auſtriam *redit, ſingulasque ciuitates partim blanditiis, partim viribus ſibi ſocias aſciuit, nam Vicentiam veniens, contra eum eius ciuès egreſſi bellum parauerunt, ſed*

Ciuitas Auſtriæ.

mox victi, eius ſocii effecti ſunt, cumque contra eum Chunipertus exercitum colligeret & Forojuliani in eius auxilium iuxta voluntatem ſuam vellent proficiſci, ipſe Alachis ad pontem Liquentiæ fluminis, quod à Forojulii 48. *millibus diſtat, & eſt in itinere Ticinum pergentibus, in ſylva, qua Capulanus dicitur, latens, cum Forojulianorum exercitus ſparſim veniret, omnes ei ſicut veniebant, iurare ſibi compulit, diligenter cavens, ne aliquis ex his retro reverſus veniens hoc aliis nunciaret, ſicque omnes in Forum Iulii venientes eius ſunt ſacramentis adſtricti. Quid plura? cum omni Alachis Auſtria contra Chunipertam veniens in Campo, cui Coronati nomen eſt, caſtra poſuit.* Hæc ille, quæ non de alio agro, quam Forojulianu accipienda eſſe, textus hiſtoriæ præcedentis & ſequentis docebit. Fuit igitur iam tum *Auſtria* ſiue Marcba Orientalis in Carnis ac Forojulianis, quam nimirum Carolus Martellus, & eius filius Pipinus conſtiruere, quorum hic, victis & ſubiugatis Boiariis ad Oenum, eundem limitem, ſiue *Auſtriam* propagavit, cuius duces Albertus & Occarius Sarracenis in Italia victis celebres militari induſtria, cum periculum in ſe recepiſſent, eundem Orientalem limitem ad ſylvam usque, quæ *deſerta Boiorum* quondam, nunc vero *Viennenſis* dicitur, extenderunt. Quem vt aduerſus Hunnos & Auares tuerentur, munimentum conſtruxere, cui, vt religione quoque firmior eſſet, cœnobium addidêre, in quo S. Hypoliti reliquias à Zacharia quondam Pontifice Rom. donatas depoſuere, vbi modo S. Hypoliti Ciuitatulam ac præpoſituram ſupereſſe cernimus. Quam, tametſi aliquandiu dignis Germaniæ viribus tutati fuiſſent; tamen poſtremo victi numero hoſtium, deſerere coacti ſunt, & ad Anyſum vsque nouum limitem collocare. Superſunt in templo S. Hypoliti tumuli martyrum quorundam, quorum nomina vetuſtate perierunt, & quos *duces* Annales eiusdem cœnobii appellitant, quos nimirum ab Auaribus, cum munimentum tuerentur, occiſos ex primoribus crediderim. Et de hoc limite Orientali intelligitur Eginhartus in hiſtoria Caroli Magni, cuius erat notarius, ſic nominatim ſcribens cum Pannonicum bellum enarrat.,, *Comparatis igitur ad hoc ex omni regno ſuo quam validiſſimis copiis, & commeatibus congregatis, bipartito exercitu iter agere cœpit, cujus partem Theoderico Comiti & Maginfrido Camerario ſuo committens, eos per Aquilonarem Danubii ripam iter agere iuſſit, ipſe cum alia parte, quam ſecum retinuit,* Auſtralem *eiusdem flu. ripam Pannoniam petiturus occupavit, Boiaris cum commeatibus, qui navibus devehebantur, per Danubium ſecunda aqua deſcendere iuſſis, ac ſic inchoato itinere prima caſtra ſupra* Anyſum *poſita ſunt, nam is fluuius inter Boiariorum atque Hunnorum terminos medius currens, certus duorum regnorum limes habebatur.* Ex quibus apparet, antequam Carolus victoriam de Hunnis reportâſſet ad Arrabonem, *Anyſum* flu. limitem, hoc eſt Marcham fuiſſe Orientalem, vt quæ duobus tum flu. Oeno ac Anyſo inclùdebatur, quam poſtea *Boiaricam Marcam*, nunc adeo Prouinciam ſupra Anyſum vocamus. Porro victo Chaba Rege Hunnorum, cum Carolus Magnus cum victricibus aquilis ad Tiſciam & Sauum vsque penetraſſet, latiſſime Orientalis illa Marca patuit, magnam Pannoniæ partem comprehendens, ut merito regni nomen tum meruerit ac gentilicia lingua Oſtenriche appellata fuerit. Scribit enim Eginhardus in hiſtoria Caroli Magni: ,,*Et iam tunc ad S. Petrum magnam partem theſauri, quem Ericus dux Forojulienſis ſpoliata Hunnorum regia, quæ Ringus vocabatur, eodem anno Regi de Pannonia detulerat, miſit, reliquam vero inter optimates & aulicos cæterosque in palatio ſuo militantes liberali manu diſtribuit, atque his completis ipſe cum exercitu Francorum Saxoniam petiit, Pipinum vero filium ſuum cum Italicis & Boiaricis copiis in Pannoniam ire iuſſit, & ipſe quidem Saxonia magna ex parte vaſtata ad hyemandum Aquisgranum revertitur, Pipinus autem Hunnis trans Tizzam flu. fugatis, eorumque regia, quæ ut dictum eſt* Hringus, *Longebardis autem* Campus *vocabatur, ex toto deſtructa, direptis pene omnibus Hunnorum opibus, ad partem Aquisgrani hiberna habentem, venit, ac ſpolia regni, quæ detulit, eidem præſentavit. Tudun etiam ille, de quo ſuperius mentio facta eſt, fidem dictis ſuis adhibens, ibidem ad Regem venit, ibique cum omnibus, qui ſecum venerant, baptizatus eſt, ac remuneratus poſt datam ſervandæ fidei ſacramentum, domum rediit, ſed in promiſſa fidelitate diu permanere noluit, nec multo poſt perfidiæ ſuæ pœnas dedit.* Ex quibus omnibus liquet, ſupradictum limitem ad *Tizzam* flu. conſtitutum non diu perſtitiſſe, eo quod Tudun Hunnorum regulus fidem deſeruiſſet. Itaque ad anguſtias iterum *Marca* illa *Orientalis* Francorum, ſiue regnum Orientale, id eſt Oſtenriche / redactum, & rurſus ad Occidentem verſum, hoc pene, quem tibi lector ſubnectimus tractu, comprehenſum fuit, nam agrum in prima Pannonia à Carnunto ad Sabariam, vbi hodie ſecus Lytaham fluvium, & lacum, quem Newſidlerſee dicunt, in finibus Hungariæ & noſtræ Auſtriæ excurrentem, idem Imp. Capeano cuidam Hunorum regulo

Anyſus fluuius.

regulo ſub tributo conceſſerat, poſtquam Gerholdus primus Marchio Orientalis ſororius Caroli Cæſaris, utpote Hildegaris frater, quæ Hildebrandi Sueuorum ducis filia extiterat Campidonenſis abbatiæ fundatrix, ab Hunnis eodem in limite prælio occiſus fuiſſet. Scribit enim ſæpedictus Eginhardus: „*Accepit etiam triſtem nuncium de Geroldi & Erici interitu, quorum alter Geroldus videlicet Bojariæ præfectus, commiſſo cum Hunnis prælio cecidit* (& ſubdit) „*Anno non multo poſt Capeanus princeps Hunnorum propter neceſſitatem populi ſui Imperatorem adiit, poſtulans ſibi locum dari ad habitandum inter Sabariam & Carnuntum, quia propter infeſtationem Slavorum in priſtinis ſedibus eſſe non poterant, quem Imperator benigne ſuſcepit (erat enim Capeanus Chriſtianus nomine Theodorus) & precibus eius annuens donatum redire permiſit, qui rediens ad populum ſuum pauco tempore tranſacto diem obiit, & miſit Chaganus, ut apud Hunnos haberet dignitatem, cuius precibus Imperator aſſenſum præbuit, & ſummam totius regni, iuxta priſcum eorum ritum, Gaganum habere præcepit.* Equidem late tum ſecus Danubium non Hunnos ſolum, verum etiam Slauos ac Bulgaros rerum fuiſſe potitos, vt arbitror, ſub tributo Francorum, ſocios, ex alio loco eiusdem auctoris eluceſcit, qui ſic habet: „*Fuerant etiam Aquis, aduentum eius expectantes, qui de Pannonia venerant, Canzauchi Principes Auarum & Tudun, & alii Primores, ac duces Sclavorum iuxta Danubium habitantium, qui à ducibus copiarum, quæ in Pannoniam miſſæ fuerant, ad præſentiam Principis iuſſi venerunt.* Quamobrem rurſus in anguſtias *Orientalis Marchia* redacta, partim ob ſocias & tributarias gentes in fidem receptas, partim ob Bulgarorum infeſtationem à comitibus deinceps, qui à limite, *Marchegravii* gentilicio ſermone nuncupati fuère, adminiſtrata fuit, quales fuère poſt Gerholdum ſororium Caroli Magni, Theodericus Camerarius eius, Balrichus & Gerholdus, de quibus idem autor adnotavit: „*Balrichus vero & Gerholdus Comites & Pannonici limitis præfecti, in eodem conventu adfuerunt & adhuc de motu Bulgarorum adverſum nos, nihil ſe ſentire poſſe teſtati ſunt.* Hæc cum ita acta fuiſſent, dubium non eſt, *Marcham Orientalem* tum in Pannonia ſuperiori conſtitutam à Carolo fuiſſe, aliquo forſitan fluento ſeparatam à *regno Chagani & Hunnorum*, quod vel *Lytabam* vel *Viſcabam* amnes extitiſſe, diploma Ludovici Pii, qui Caroli filius extiterat, demonſtrat, in quo *Marcham Orientalem*, ex lite inter Reinarium Epiſcopum Patavienſem, & Gotofridum Marchionem Orientalem de limitibus exorta, ita diſtinguit, vt habent ipſa diplomatis à nobis reperti verba: „*Sed poſtquam dominus genitor noſter piæ memoriæ Carolus Imp. defunctus eſt, Marchiones eiusdem provinciæ eadem loca iure quodam alienare, & eorum poteſtati ſubdere conati ſunt; cum autem Reginberius Epiſcopus effectus eſt, devitans diſcordiam & litem, Godofridum Marchionem & iudices illius provinciæ in præſentiam noſtram fecit venire: nos vero iuxta legem & judicio totius populi iuxta traditionem prædicti Imp. loca ſuperius nominata, ita diſtinximus* (erant autem loca, *Ceyſenmurus, Roede, Aſpach, Saxina, Artagrunna, Woleſeſuane, Zymburch, Mechinlevve, Traſma, Pyelagus, Nardinus, Roede, Erlapha fluuius*, & concludens diploma ſubijcit), „*Proinde ergo Imperiali noſtra authoritate iubemus & diſtinguimus Marcham, ita vt à* Lytaha *iuxta fontem, qui vocatur* Scombrunno, *cum omni integritate, ſicut Theodericus habuit in ſua poteſtate, & Ceyſmurus cum tali Marcha, ut genitor noſter decrevit*, & quæ plura ſequuntur. Ex quibus patet, *Lytabam* limitem ab eo tempore *Orientalis Francorum regni* deſignatum fuiſſe: quem manſiſſe usque ad ultimum Marchionem Orientalem Henrichum S. Leopoldi filium Otto Friſing: frater Marchionis lib. de rebus à Friderico primo geſtis capite teſtatur 32., cum prælium Marchlonis Henrichi fratris ſui, cum Geiſa Hungariæ Rege, in limitibus vtriusque ditionis factum, inter *Lytabam* & *Viſcabam* flu. deſcribit: „*Igitur Rex ad portam Maſiam LXX. millia vel amplius habens, erupit in campo inter portam præfatam & flu. Lytaha, qui Teutonica lingua* Vyrfeldt / *quod nos vacantem campum dicere poſſumus, caſtra poſuit: Dux etiam cum ſuis non longe ex altera parte eiusdem flu.* qui Imperii Rom. & regni illius ex vno Danubii latere, *nam ex altera* Marcha fluuius limes eſt, *ſuos convocans, itidem caſtra metatur* (Et ſubdens de *Viſcaba* flu., quem hodie *Viſcham* dicimus, quo vsque victores Hungari perrupto limite peruenerant) „*Dux tunc demum terga dare hoſti cogitur, ac tam pugnacis dextra, quam pulveris aërem obducentis beneficio belli periculis exemptus, in vicinum oppidum* Viennis, *quod olim à Romanis habitatum* Flauianis *dicebatur, declinavit. Hungari vsque ad prædictum flu. tantum* Viſcaha *hoſtes perſequentes ad propria redeunt.* Ex quibus facile colligimus, *Lytabam* ac *Viſcabam*, itemque ex altera *Marcham* amnes, limites ſemper *Orientalis Marchæ extitiſſe.* At ab Occidente, qui iam terminus fuerit, dubium forte prima fronte, qui ſuperiora ſecula inquirit, eſſe poterit, cum *Anyſus* flu. inter- *Vienna Auſtria.*

dum

dum eam claudere, interdum *Traſama* in diplomatibus veteribus reperitur. Aonales ſane *Anyſum* fl. diſterminaſſe duas *Boiaricam* ac *Orientalem* Marchas memorant, contra in cœnobio S. Andreæ *Traſamam* inuenimus. De ea re tale diploma ab Ottone tertio datum ſupereſt, quod ſic habet: „*In nomine S. & indiuiduæ Trinitatis, AMEN. Otto diuina fauente clementia Rom. Imp. Auguſtus. Notum ſit omnibus fidelibus noſtris præſentibus ſcilicet & futuris, quomodo nos ob petitionem fidelis noſtri Henrici ducis cuidam Engelrico dedimus, quicquid habuimus in Marcha* Orientali *inter riuos* Dullana & Ancineſpache, *areis cultis & incultis, agris, pratis, campis, paſcuis, venationibus, aquis aquarumque decurſibus, piſcationibus, molendinis, exitibus, & reditibus, quæſitis & inquirendis, cunctisque aliis appendiciis, quæ adhuc dici poſſunt, ſibi in perpetuum tradidimus, ea ratione, ut quicquid ſibi libuerat, inde faciat &* Traſamæ *clauſuram habeat*, & quæ plura ſequuntur. Arbitror autem in certum & huoc quoque limitem *Orientalis Marchiæ* extitiſſe, veluti de Orientali paulo ante diximus, pro ratione videlicet ingruentis ac vincentis aut victi hoſtis. Hinc eſt, quod ex Annalibus Auentinus ſcribit, Henricum ducem Boiorum Henrici primi Cæſ. filium, & Ottonis primi Imp. fratrem poſt inſignem illam de Hungaris ad Oenum relatam victoriam ad *Anyſum* flu. ſupra Laureaci veteris rudera in monticulo munimentum extruxiſſe *Anaſſaburgum* nomine, vbi modo eſt *Enſium* ciuitas. Vnde tanquam in limitibus vtriusque populi vim hoſtilem arcerent Germani, eique præfeciſſe *Sigebardum* Comitem à *Sempt & Eberſperg*, cuius ſtatua equeſtris ſupradicti Henrici ducis Boiorum ſtatuæ coniuncta cernitur in Maurkhirchenſi templo, cuius frater Ratoldus ab Arnolpho duce Boiorum Carnis præfectus eſt, & filius Eberhardus in victoria Ottonis primi ad Lycum claruit. Et hæc quidem de *Veteri* ac *Orientali* Francorum in Pannoniis ac Norico conſtituto *regno*, quod *Auſtriam* diximus & *Auſtraſiam* nuncupatam fuiſſe ſub Carolingis (ſub Merouingis enim regnum illud à Rheno ad Moſam excurrebat, quod Lotharicum Caroli Magni nepos à ſuo nomine appellauit, hodie in Lotharingam, Lutzenburgum, Lymburgum, Brabantiam, Geldriam, Iuliacum, Cliviam ac Pergeoſem prouiociam diuiſum.)

QVam prouinciam vero hodie infra *Anyſum* flumen vocamus, Archiducali tiara à Friderico ſecundo Imp. exornatam, ejus intercapedo tres non integras Rom. prouincias continet, ab Occidente videlicet partem *Norici Ripenſis* (quantum agri videlicet ab *Anyſo* ad *Catium* montem excurrit) ab Oriente ſuperioris ſiue *primæ Pannoniæ* portionem, quanta videlicet à *Cetio* monte ad *Lytabam* & *Styriæ alpes* protenditnr, & ab arcto vltra Danubium in *veteris & liberæ Germaniæ* agro, quem M. Aurelios Antoninus Cæſar Marcomannis Sueuica gente victa, *Marcomanniam* (autore Capitolino) conſtituerat. Ex hac (Strabone autore) Daci Boios pepulere, & Bois Pannones gens inculta & Barbara ſucceſſit, à Panno coacto, vt Dion ſcribit, nomen ſortita, in ſyluis paſſim per cognationes habitans, vt de ipſa Appianus animaduertit. In qua *Carnuntum Vrbem* munita (vbi hodie eſt *Petronella* Auſtriæ) in Macedonico bello ſecundo Q. Caſſius Coſ. Rom. nec quicquam tentauerat, vt Liuius eſt autor. Primus autem, quod equidem ſciam, in Rom. prouinciæ formam C. Octa: Auguſtus Cæſar redegit, expugnatis, vt Strabo ſcribit, *Metullo, Aurupeno, Monecio, Petouione & Vendo*, vbi poſtea *Vendebona* conſtituta fuit. Hinc Sex. Ruffus. „ *Marcomanni & Quadi, de locis Valeriæ, quæ inter Danubium & Drauum, pulſi ſunt, & limes inter Rom. & Barbaros ab Auguſto per Vindeliciam, Noricum, Pannoniam & Mæſiam eſt conſtitutus.* Quod ſupererat Cl. Tiberius Cæſar, Batone Rege profligato, Romano nomini ſubiecit, vt Paterculus eſt autor. Qui rurſus ex Carnunto municipio illius, XII. Legionibus Danubio traiectis aduerſus Maroboduum in Boiohemum movit, & cum Germanos iſthic magis compreſſiſſet, quam viciſſet, ne deinceps in hanc Danubio glaciali frigore conſtricto excurrere poſſent, Legiones duas, XV. Apollinarem, & XIII. Geminam, Tutulæ reliquit. Quarum XV. in Syriam Veſpaſianus Cæſar, XIII. vero Traianus in Daciam abduxerunt. Vnde nudato limite Marcomanni & Quadi M. Aurelio Antonioo imperante totam eam prouinciam, quanta ad alpes Italiæ excurrit, Romano obſequio exuerant, vt vendita ſupellectili ſua tum Cæſar, ſeruisque manumiſſis ac gladiatoribus armatis, cum prius ſciſcitatum de euentu belli Delphos miſiſſet, maximis copiis in hanc prouinciam deſcendere coactus fuerit, in qua primo victus, viginti millibus deſideratis, vt Lucianus in Alexandro eſt autor, deinde repetito belli caſu Chriſtianorum militum

litum

litum precibus vix victoriam reportauit, vt Eutropius & Oroſius ſcribunt, à quo decimam Legionem Germanicam piam felicem, quæ & Alauda dicebatur (Cæſarianæ Alaudæ illius, cujus ſæpe Cicero in Philippicis & Suetonius in Cæſare meminere, reliquias) à Rheno abductam pro ripa Danubii his de quibus loquimur finibus diſpoſitam fuiſſe, veriſimile eſt. Cuius quidem Legionis hoc loci præter Dlnnem, Prolem: & Antonini itinerarium, innumera monumenta, quæ quotidie eruuntur, nomen exhibent. At Marcus Cæſar cum, poſitis arcubus triumphalibus, quorum Capitolinus mentionem facit, & quorum ad nos fragmenta quædam pervenerunt, diem ſuum poſt victoriam obiiſſet in *Vindobona*, vbi eſt modo *Vienna*, Commodus Cæſar, & qui eum ſecuti ſunt, difficulter adiectis Legionibus XIIII., Germanica & Adiutricibus, ne in Germanorum poteſtatem concederet, tutati ſunt, donec triginta tyrannis affligentibus Rom. Remp., diffidens eam tueri poſſe, Galienus Cæſar Salonino eam Marcomannorum Regi Socero ſuo tradidit, vt Sextus Aurelius commemorat. A quo rurſus cum in Rom. verba adacta fuiſſet Conſtantii & Conſtantini Magni virtute, Iulianus & Valentinianus, vt Marcellinus ſcribit, difficili ac diuturno pro illa cum Marcomannis ac Quadis bello decertarunt, dubia ſubinde fortuna, & Carnunto ac Bregetione non ſemel amiſſis: quæ luca cum rurſus & Valentinianus & Theodoſius poſt eum comparaſſent, Arcadio & Honorio Imp. vix Gothorum tyrannidem, de qua loquimur, terra effugit; in quam tamen poſtea ſub Marciano Imp. Attilæ ac Hunnorum victoriis tota conceſſit. Cuius præſes Conſularis legatus, Illirici Occidentalis prætorio ſuberat, & ex Colonia Carnunto, vbi eſt modo Petronella, cum decimam Legionem Germanicam, tum equitum Alas Cætienſem ac Flauianam in Vindobona, in locis, ubi hodie ſunt *Ceyſenmurus* ſuper *Tulnam* & *Vienna*, moderabatur, itemque claſſium præfectos *Arlapenſem* & *Comagenenſem*, vbi modo eſt *Pächlarn* ad *Arlaphum* flumen, quod vetus nomen vtcunque exprimit, & *Holenburgum* è regione *Cambi* fluminis, qui & ipſe ad antiquam *Comageni* vocem alludere videtur, quod ſub monte *Getvvicenſi*, hoc eſt *Comageno* ſuperfuiſſe, Carolo Magno iſthic bellum contra Hunnos gerente, ex eius hiſtoria apparet. Reliqua, municipia ignobiliora fuerant. *Vibium*, vbi modo eſt *Ypſium*, cujus ex oppoſito vallis *Vſpertall* vetus nomen retinuit, *Claudia*, vbi nunc eſt Melck/ Romano nomine ex origine *mea dilecta*, & ob loci munitionem *Caſtrum ferreum* dictum, & in agro Pannoniorum *Equinoctium* in medio *Vindobona* & *Carnunti*, vbi eſt hodie *Vyſchemunda*, & *Gerulata*, cuius ruinæ haud procul *Altenburgo* Hungariæ *Cherlburg* appellantur. Has omnes Ciuitates, exciſis Legionibus & alis, claſſibusque deſtructis Attila Hunorum Imp. Gothis ſub tributo conceſſit, quo extincto Theodomyrus Gothorum Rex, partitus cum fratribus Walamyro & Widimyro Pannonias, in verba accepit, cuius filius Theodericus Bernenſis, cum Leonis Imp. beneficio Italiam Lyguſticam obtinuiſſet, Rudigero cuidam Gotho, qui Pachlari ad *Praclaram* tenebat, conceſſit. Quo mortuo Heruli Gothorum tribus vendicarunt poſt Annum à nato Chriſto 450. Anaſtaſio Imperante & poſt eum Iuſtino. Ad quos eorumque Regem Feletheum Chriſto vendicandos Gelaſius Pontifex Rom. Seuerinum Archiepiſcopum Rauennatem miſit, qui Herulis ſalubri doctrina imbutis, in *Fabiana*, vbi eſt modo *Vienna* (ſiue *ala Flauiana* nominata ſit, dubium) *templum S. Ioannis*, itemque alterum Diuorum Geruaſii & Prothaſii Martyrum, Regis conuerſi ſumptibus conſtruxit, & quo vberiorem meſſem colligeret, cœnobium poſuit ad ripam Danubii vbi hodie eſt *locus ſanctus* die Hayligſtat/ ita videlicet dictus, quod Sancti quidam viri iſthic Deo vacarent, quorum recenſent Eugippus & Euodius, *Antonium*, *Maurum*, *Bonoſum*, *Vrſum*, *Lucillum*, è quorum contubernio, vt Chriſtianam religionem quam latiſſime extenderet, Mamertinum Fabianis antiſtitem deſignavit, Conſtantium Laureaco, Maximum *Iuvavia*, vbi hodie eſt *Saltzeburga*, Moderatum *Ouilabenſi* Coloniæ, vbi nunc eſt *Lambacenſe* monaſterium, Valentinum Patauiæ, Syluinum Quintanis caſtris ſuper Vyltzingam hodie *Kuntzingen*, & Paulinum *Tyberinis*, quam hodie Ratisbonnam dicimus. Quorum opera ac prædicatione Chriſtiana pietas quondam à Sanctis viris Laureacenſibus Archiepiſcopis Eleuthario, Quirino, & Maximiliano divulgata, & Decii ac Diocletiani tyrannide euulſa rurſus refloreſcere cœpit. Sed mortuo Feletheo, cum filii eius Fridericus & Henrichus Giſæ Matris perfidia ad paganiſmum rediiſſent, Maximo ad Juvavium cum multis Chriſtianis occiſo, Chriſtus vindex ſuæ doctrinæ Longobardos à Rheno exciuit, qui prælio facto cum Rudolpho Herulorum Rege, gente magna ex parte deleta, *Pannoniam* & *Noricum*, hoc eſt prouinciam, quam deſcribimus, in ſuam

Alæ equitum Rom. in Norico.

Claſſes Rom. in Norico.

Rom. municipia in Norico.

Gothi in Norico.

Chriſtiani in Norico.

Primi Apoſtoli Norici.

poteſtatem redegere. Quorum Rex Albuinus poſt quadrageſimum Annum à Narſete Iuſtini Eunucho excitus, cum in Italiam Lyguſticam gentem Longobaedorum abduxiſſet, Auares Hunnorum poſteritas nobilem prouinciam occuparunt, deleta prorſus religione ac deſtructis Romanorum reliquiis. Ad quos pietati aſſueſaciendos haud ita multo poſt Divus Rudbertus Boiorum Apoſtolus, Giſelaricum ac Sodomum quendam miſit; qui Barbara natione Chriſto vendicata, vt pacem colerent, & Chriſtianis ab *Anyſo* usque in Franciam habitantibua negotium non ſaceſſerent, autores ſuerunt, à quibus, Diui Rudberti ſacellum, quod reparatum adhuc ſupereſt in *Fabiana*, conſecratum eſſe veriſimile. Sed his mortuis cum Auares Chriſtianam pietatem deſetuiſſent, odio Chriſtianorum, excurſiones ad populandum ſacere aſſueti, limite rupto Anyſi, ptæda & rapinis populum mire adflixere, contra quos Pipinus, qui cum Francorum Reipubl. inſiſtebat, & à quo Odilio Boiorum principatum præcario acceperat, duos Comites Francos miſit. Albertum & Occarium jam antea in bello Saracenico probatos, & ob hoc à Zacharia Rom. Pontifice, reliquiis ſanctorum Dei Agapiti, Hyppoliti ac Quirini donatos. Horum virtute Auares in Pannonias pulſi & coerciti ſunt. Et ut promotus limes Francicus ab *Anyſo ad nemus Viennenſe* ſeruaretur, munimentum à Boiis eſt excitatum, de quo ſupra diximus, à reliquiis S. Hyppoliti denominatum, quod poſtea in ciuitatem adiuncto antiquiſſimo cœnobio excrevit. Cæterum mortuo Pipino Francorum Rege, cum Taſſilo rerum in Boiaria potiretur, Auares expugnato munimento, rurſus plenis effuſi copiis Boios vrgere cœperant. Aduerſus quos Carolus Magnus Imp. maximum apparatum comparauit, quem notarius ſuus Eginhardus prolixe deſcribit. Itaque expeditione illa, limitem Francici Imperii ad *Tiſciam* & *Drauum* cum propagaſſet, deductis Saxonum & Francorum eam in prouinciam coloniis, intentus in ſalubrem doctrinam reſtituendam, in *Fabianis*, vbi modo eſt *Vienna*, Diuo Petro ædem conſtruxit, deſignato Præſule loci Theoderico quodam. Is regulum Huonorum Capeanum nomine, à Carnunto ad Sabariam tenentem, pierati Chriſtianæ lucriſecerat, & ſtrenue doctrInam ſalubrem in finibus docebat. Et quoniam Gerholdum, Hildebrandi Sueuorum ducis filium, cuius Carolus ſororem Hiltegardem in matrimonio habuerat, cuſtodem *limiti Francico* iſthic præfeciſſet, eo tamen in bello haud ita multo poſt ab Hunnis occiſo, Theodericum Camerarium ſubrogavit, eumque à Francico limite Marchionem *Orientalem*, ſiue vt vernaculo ſermone vtamur, *Marchegrauium* Oſtenriche/ appellavit, vt Eginhardua in Pannonici belli hiſtoria adnotavit. Huic ſucceſſere ordine, de quibus proximo capite dicturi ſumus, Marchiones, *Gotofridus*, *Gerboldus*, *Balderichus*, *Rotbodus*, *Wilhelmus*, *Engelſcalcus*, *Erbo*, *Poppo*, *Megigothus*, *Engelſcalcus*, *Wilhelmus*, *Engelricus*, *Eyſenrichus*, *Luipoldus*, *Arnolphus*, *Erbo*, *Rudingerus*, *Eberhardus*, *Berchtoldus*, *Ratbo*, *Chunradus*, *Henrichus*, *Engelricus*, *Heimo à Stylla*, *Luipoldus & Albertus*, *Berchtoldus*, *Henricus* cum fratre *Poppone* Treuirenſe præſule, *Albertus* cum *Leopoldo* filio, *Erneſtus* primus, advocatus Salisburg & Patauienſis, *Leopoldus* cum *Alberto* fratre, Sanctus *Leopoldus* cum filils ſuis *Alberto*, *Erneſto* Marchionibus, *Leopoldo* Boiariæ duce, *Henricho* Boiariæ & primo Auſtriæ duce, *Chunrado* Salisburg. Archiepiſcopo & *Ottone* Friſingenſi præſule. Poſt quæ tempora extenſa *Marcha Orientali*, & illi alteta *Boiarica*, quam ſupra *Anyſum* vocamus, adiecta, Duces rerum potiti in *Auſtrsa illa Orientali* fuere. De ſtirpe quidem *Babenbergenſi*, hoc eſt, S. Leopoldi, *Henrichus filius*, autor Cænobii Seotennis, quem Jochſamer Gott Annales à trito, quod habebat, in ore prouerbio adpellant, *Leopoldus* eiusdem filius, Aſiaticis trophæis, & capto Richardo Angliæ Rege, novisque inſignibus clarus, mortuus Gratzy ex caſu equi anno 1193., *Leopoldus* ſextus cum Friderico fratre in expeditione Aſiatica ſubmerſo autor Campoliorum cœnobii, & expugnatione Damiatæ in Ægypto inſignis; *Henrichus* à regia, quam . ıebat, *Medlicenſis* cognominatus, cujus filia Gertrudis ex Thuringa, Badenſi Marchioni nupſit, & *Fridericus* fratee illius, eius nobiliſſimæ proſapiæ victor, io acie ad nouam ciuitatem à Bela Rege Hungarorum occiditue, ſui generis poſtremus, cum antea regium titulum Auſtriæ adjeciſſet, quo paulo poſt à Friderico ſecundo priuatur, quod obſequium Imperio remiſiſſet, pulſusque Vienna, decem annis in Noua ciuitate delituit, Auſtriam imperli nomine *Burggravio Noribergenſi*, & Viennam *Bernhardo* Comite ab *Eberſtain* gubernantibus. Sed cum io Cæſaris gratiam poſterius, pulſis præfectis imperii, rediiſſet, amiſſa cnrona, primus Archiducalem titulum, & ea Priuilegia conſecutus eſt, quibus hodie *Auſtria* principes ab Imperio honorantur. Sed cum peole careret, Hermannus Marchio Badenſis, ob Agnetis matrimonium

monium, quæ Henrici Medlicenſis filia extiterat, ad gubernacula Auſtriæ admittitur, qui Fridericum tertium genuit Neapoli, vna cum Chunradino poſtremo Sueuiæ duce, factione quadam captum & capite plexum. Supererant ex veteri gente fœminæ tres, Leopoldi ſeptimi filiæ, *Margaretha* Henrici ſexti Cæſaris vidua, *Conſtantia*, quæ ex Theodericho Misniæ Marchione filium progenuerat, & *Gertrudis* Hermanno Thuringiæ Landtgravio nupta. Quæ cum omnes prærogatiuarum iure feudi participes eſſent, prouinciales quidam Misnenſem in ducatum euocabant, quo depreſſo, Primislaus Bohemiæ Rex, Ottocharo filio ſuo Margaretam deſpondit, & Auſtriam cum Styria occupat, quam cum non citra ignominiam poſtea dimiſiſſet, & tyrannidem in proceres, aliosque exerceret, accuſatus Auguſtæ coram Rudolpho Habsburgenſi Cæſare, cum crimina non dilueret, & obſeruantiam omnem Imperio remiſiſſet, bello petitus, victus & occiſus eſt anno 1278. Sicque conſenſu ordinum Imperii, *Albertus* Habsburgenſis Cæſaris filius in *Auſtria Archiducatum* confirmatur, accepta vxore Elizabetha Maynhardi Tyrolenſis filia, quæ jus adquiſitum ex matre in *Auſtria* habuerat, vt quæ Agnetis quoque Badenſis, ſed ex altero marito Comite Haynburgenſi in Carnis, nata exiterat. Ab hoc deſcendunt, qui modo rerum ſummam non *Catalogus Principum Auſtriæ.* ſolum in Auſtria, verum etiam Hiſpaniis, Belgicis, Hungaria, Bohemia, Apulia, Sicilia, & Inſulis incognitis tenent, octo Cæſaribus clari, & *Rudolpho* primo, *Alberto* primo, *Friderico* tertio, *Alberto* ſecundo, *Friderico* quarto, *Maximiliano*, *Carolo* quinto, & *Ferdinando*, quem Deus diu nobis incolumem tueatur, & copia cornu expleat. Reliqui partim Reges, partim Archiduces fuêre, *Rudolphus* filius Alberti primi, Bohemiæ Rex, cuius fratres *Leopoldus*, *Otto Henricus & Albertus* Archiduces erant. Alberti filii ex Phyretenſi Comitiſſa, ætatem maturam gubernaculis conſecuti ſunt, *Rudolphus* fundator, qui Gymnaſium, capitulum Viennenſe & turrim admirandam illam condidit, *Albertus* tertius, qui Laxenburg conſtruxit, & *Leopoldus* ab Heluetiis ad Sempach occiſus, anno 1385., cuius filii *Wilhelmus* Auſtriam, *Fridericus* Tyrolenſem ditionem *Leopoldus* Rhenenſem, *Erneſtus* Styrienſem, nacti ex diuiſione, filios vero progenuere ſoli, *Fridericus Sigismundum*, (qui ſub Maximiliaun primum obiit) & *Erneſtus* Fridericum Cæſarem & Albertum ducem, fundatorem Friburgenſem. Supererat quoque ex Alberto tertio ſtemma, *Albertus* quartus, qui Wilhelmo mortuo *Auſtriæ* ſolus hæreditatem adierat. *Albertus* quintus quarti filius Cæſar, Rex Hungariæ & Bohemiæ & filius *Vladislaus*, poſtremus Hungariæ & Bohemiæ Rex, quo ſine prole Pragæ extincto, *Fridericus* quartus Cæſar, Erneſti filius, *Auſtriam* ſuæ ditioni adiecit. Cui etiam, *Leopoldo* tertio mortuo, Rhenenſes prouincias coniunxerat. Eius filius *Maximilianus* Cæſar, mortuis in pueritia fratribus, *Chriſtophoro*, *Ioanne* & *Friderico*, cum Tyrolenſem ditionem, ſine liberis *Sigismundo extincto*, recuperaſſet, *Philippum* Regem Hiſpaniarum ex Burgunda dedit, qui rurſus ex Hiſpana *Carolum* quintum & *Ferdinandum* Imperatores Rom. & quatuor filias reginas edidit: Quorum ille *Philippum* Hiſpaniarum, Siciliæ & Apuliae Regem; hic verò *Maximilianum* ſecundum, Bohemiæ Regem, *Ferdinandum* & *Carolum* Archiduces ſuperſtites habet, *Ioanne* in Cunabulis mortuo, vt de filiabus innumeris ſileam. *Maximilianus* denique ex Caroli quinti filia Maria, *Ferdinandum* tertium *Rudolphum* quintum, *Erneſtum* ſecundum, *Albertum* ſextum, *Matthiam* primum, *Venceslaum* * & aliquot filias genuit, quos Chriſtus diu ſu- *Comitatus antiqui Auſtriæ.* perſtites ad incrementa gloriæ conſeruet. Sequuntur Comitatus in *Auſtria*, qui quondam celebres fuerunt: *Perſenburgenſes*, *Paylſteinenſis*, *de Schala*, *Butenſis*, *Traſama*, *Racenſis*, *Garſtenſis*, *Berneckenſis*, *Waytnecenſis*, *Hardecenſis*, cuius hæreditatem Burggrauii *Magdeburgenſes* adiêre. Quibus proceres adnumeres licet, qui *Officiales Auſtriæ.* officiis clari fuerant, Comites à *Thiernſtain*, præfectos curiæ Archiducales, vt vocant, natos, quibus extinctis *Rogendorfii* ſucceſſere, Marſcalcos à *Meſſovia*, quibus Barones à *Waldſee* ex *Sueuia* ſubrogati ſunt, & bis Comites *Schavvnburgenſes*, *Schavvnburgenſibus* deniq; *Hoffmannii à Stira* & *Grunbuhel*. Camerarios *à Perchtolſtain*, quibus ante annos cccc. extinctis, Proceres ab *Eberſtorff* ſuffecti ſunt, quorum iuſſa audiebant inferiores Camerarii *à Makha* & *à Truebsvvinckl*: Pincernæ *à Kunring*, & his exauctoratis Pincernæ à *Pottndorf*, quorum obſequia obſeruabant inferiores Pincernæ ab *Havvſpach*, *Rabnſtain*, *Dobra*, & qui hodie retinent, *Hayden* Viennen: Dapiferi à *Lengenbach*, & his deficientibus ab *Emerberg*, & gente illorum quoque deſinente, Domini à *Puechaim*, quorum dicta capeſſebant inferiores *Gotzdorfii*, *Richerstorfii* & *Statzen*: Præfecti venationum *Kreuſpeckii* à *Kroyſpach*, & hac Proſapia extincta *Zinzendorfii*: Ma-

* *Deeſt in binis Exempl. Bibl. Windhag.*

giſtri admiſſionum *Wabingeri*, quæ familia in Tyroli manet, ſupereſt & in Auſtria, ſed reb. attenuatis. Erant in *Auſtria* & ſemper Liberi à *Lengenbach*, Excellentes, vel alti Liberi à *Perchtolſtorf* & *Weydengavv*, à quibus *Eckerzonienſes* Barones deſluxere. Liberi à *Pyelach*: Liberi à *Rechperg*: Reliqui Baronum ordinem tuebantur, *Hochenburgenſes* à Comitibus *Styriæ* deſcendentes, *Wolfgerſtorfenſes*, *Sunchurgenſes*, *Falckenburgenſes*, *Pillichdorſenſes*, *Sumeroaienſes*, *Altenburgenſes*, de S. *Petronella*, *Kranchpergenſes*, *Haslovienſes*, *Rorauienſes*, *à Ror*, *à Winden*, *à Weitnmyl*, *à Plancknſtain*, *Topel & Waſſerburg*. Superſunt ex veteribus *Celkhingenſes*, *Liechtenſteinenſes*, *Streinenſes de Schwartznavv*, & qui iam ad eum ordinem conſcenderunt, *Ludmansdorfenſes*, *Schnaidpecenſes de Schonkirchen*. Quibus adde qui aliunde huc commigrarunt, ex Lotharingia Comites à *Salmis*, ex Styria *Brueſchinkos*, qui iam poſſident titulum Comitum *Hardecenſium*, *Hoſmannios*, *Rogendorſios*, *Harrachios*, *Herberſtainios*, *Rappachios*, *Pogellios*, ex Carnis *Weisbriachios*, *Pragenſes*, & equeſtris ordinis *Weltzer*, *Kuemberger*, *Rauber*, ex Carniola *Lambergios*, *Aurſpergios*, *Mammingeros*, & ordinis equeſtris *Gallos* ac *Vicinos*, ex Boiaria *Eyczingios*, *Puchleros*, cum his qui manent in ordine inferiori *Prandner*, *Althaimer*, *Deuffel*, *Donradel*, ex Hiſpania *Ortenburgenſes* Comites, Dominos à *Freinſtain* & *Carlſperg*, ex Bohemia & Morauia à *Meſeritz* & *Hoffkirchen*. Manent & ex cæteris nationibus coloni deducti, ſed equites ex Croatia *Lapicenſes*, *Derrenſes*, *Teſchicenſes*, ex Sueuia *Volkhra*, *Lebela*, *Grainburg*, *Beck de Leopolsdorf*, *Vualler*, ex Franconia *Geyer*, ex Sileſia *Haburg*, ex Vienna *Ennickel*, *Funfkircher*, *Flashart*, *Kornſail*, &, quem non pudet cognationis noſtræ, *Pernfues*: Manent ex veteribus etiamnum Teuffel à Krotendorf, cuius generis Matthæus, Nicolaus, Otto, &c. ab anno 1300. in literis deprehenduntur. † *Neydekii*, *Derri*, *Ruberi*. *Kunigſpergii*, *Pettingeri*, *Sintzendorſii*, *Hageri*, *Hauſeri*, *Stegeri*, *Grabneri*, *Encesdorſii*, *Taxenpeckii*, Wurmprand, Freyſinger, * *Gillii*. Reliquæ innumeræ familiæ ſenſim interciderunt, quorum nomina in literis reperias, *Alramsdorſii*, *Parſendorſii*, *Pellendorſii*, *Gottendorſii*, *Hippelsdorſii*, *Vaallersdorſii*, *Mergersdorſii*, *Vuagersdorſii*, *Maleadorſii*, *Gobinsdorſii*, *Bobesdorſii*, *Gundramsdorſii*, *Marqvvartzdorſii*, *Albrechtsdorſii*, *Patmansdorſii*, *Muſendorſii*, *Nasdorſii*, *Purckensdorſii*, *Gvvansdorſii*, *Kutendorſii*, *Leubersdorſii*, *Haugsdorſii*, *Ludendorſii*, *Siplendorſii*, *Ruprechtsdorſii*, *Laumbergi*, *Calenbergi*, *Puſenbergi*, *Lyrenbergi*, *Haskenbergi*, *Bachpergi*, *Ternpogii*, *Holckenbergi*, *Kherſpergi*, *Thomaſpergi*, *Rattelspergii*, *Kouenbergii*, *Ebelſpergii*, *Stickelpergii*, *Haympergii*, *Liechtenbergii*, *Hungerſpachi*, *Maſtelbachii*, *Blanckenbachii*, *Schvvanbachii*, *Algerſpachii*, *Krumpachii*, *Dotzenpachii*, *Schvvebadii*, *Monſvverdii*, *Liechtenvverdii*, *à Simoning*, *Medliche*, *Baden*, *Salbenavv*, *Maur*, *Brun*, *Holeprun*, *Kernaprun*, *Stainaprun*, *Prachſtainer*, *Veichſtainer*, *Pabenſtainer*, *Guttenſtainer*, *Rauchſtainer*, *Arnſtainer*, *Volchenſtainer*, *Buttenſtainer*, *Johanſteiner*, *Ottenſtainer*, *Vaolſſtainer*, *Potenſtainer*, *Rueſſtainer*, *Pernhaim*, *Procka*, *Pizingen*, *Pirbden*, *Khuoffarn*, *Vuagran*, *Kagran*, *Talbing*, *Gaming*, *Zacking*, *Rhadaun*, *Alſee*, *Landſee*, *Glochnitz*, *Schvveinhard*, *Kelbershard*, *Franckenrad*, *Vasnckel*, *Vurmbla*, *Huntzhaim*, *Kunratzhaim*, *Dreiſigskircher*, *Straskircher*, *Babenkircher*, *Staiskircher*, *Kirchſtetter*, *Michelſtetter*, *Liechtneckii*, *Truebsvvinckii*, *Idöemſpengii*, *de Atzampruch*, *Saxengang*, *Bergavv*, *Schonavv*, *Tarnavv*, *Villenavv*, *Sefelder*, *Kadaaer*, *Stuffenreich*, *Praitevviſer*, *Straitvviſer*, *de Krembs*, *Schrecken*, *Stuxen*, *Turſen* von *Trautmasdorf*, *Schcken* von *Vuald*, *Schaden* von *Kronſeck*, *Klingen* von *Veiſſenburg*, *Hainfelder*, *Lainfelder*, *Runckeler*, *Rydecker*, *Pulenter*, *Reyter*, *Sigarsreiter*, *Vaolffenreyter*, *Schneckenreyter*, *Vaeyſchlager*, *Kirchſchlager*, *à Vyechonen*, *Innickhouen*, von *Hof*, *Huerhof*, *Vuottemburger*, *Neuburger*, *Paumgartner*, *Ebenthall*, *Ham*, *Potzahar*, *Schleutz*, *Schonbering*,

** Dreſidler, Eckendorffer, Lichtenvverder, Mutzenſchrot, Wynſendorffer & alii hujusmodi plures.

LIB. II.

---

† *Hæc deſunt in duobus Exempl. Bibl. Windb.*

* *Hæc duo nomina pariter hic abſunt.*

** *Hæc in Exempl. Bibl. Wind. deſiderantur.*

LIBER II.

QVam *Marcham Orientalem*, maiores noſtri appellârunt, agrum in *regno Orientali* à Carolingis conſtituto, in finibus *Pannoniæ* ac *Norici Ripenſis* fluminibus, *Anyſo* ſcil. ab Occidente, *Danubio* à Septentrione, *Viſcaba* ſiue *Lytaha* ab Oriente, à Meridie denique *Alpibus Noricis*, comprehenſum; eum per peculiarem principem Caroli Magni ſucceſſores adminiſtrârunt, qui Francorum Regibus ſubiectus, ad obſequia deſcenderat eorum, qui apud *Ratiſbonam* regiam tenebant, in diuiſione cum fratribus ac fratruelibus, Boiariam Franconiam ac Germaniam ſortiti: Quem Marchionem *Orientalem* ante Diui Leopoldi ætatem, & ſub eius adminiſtratione, deinde vero *Auſtria* nominârunt. Id quod non ſolum in peruetuſtis diplomatibus nomen occurrit, verum etiam eiusdem Diui filius Otto Friſing: ſubinde in ſuis Chronicis teſtatur, vt videlicet libro Chron. 7. cap. 21., cum parentis ſui *Leopoldi* obitum deſcribit: *Ex his vero qui remanſerunt, Albertus Moguntinus vir ad ſæculum prudens & potens locupletiſſimusque Henricus Friſingenſis Epiſcopus, Abbas Fuldenſis*, Leopoldus Marchio Orientalis, *vir Chriſtianiſſimus, & Clericorum ac pauperum pater, cum aliis pluribus nobilibus & illuſtribus viris viuendi finem fecerunt.* Et libro 6. cap. 15., cum de Alberto Babenbergenſi Comite, à Ludovico Arnolphi Cæſaris filio, ad Moguntiam decollato, tractat: *Ex hujus Alberti ſanguine* (ait) *Albertus, qui poſtmodum* Marchiam Orientalem, *id eſt*, Pannoniam ſuperiorem *Hungaris ereptam, Romano Imperio adiecit, originem duxiſſe traditur.* Et libro. I. de geſtis Friderici Imp. cap. 31. Hungariæ regnum ſuis limitibus depingit: *Attingitur* (inquit) *ab Oriente, vbi* Souua *famoſus flu. Danubio recipitur, Bulgaria, ab Occidente Morauia &* Orientali *Teutonicorum* Marcha. Et lib. 2. Cap. 32., cum de coniunctione duarum Marcharum & inveſtitura Ducatus Auſtriæ tractat: *Henricus maior natu, ducatum Boiariæ per ſeptem vexilla reſignavit, quibus minori traditis, ille duobus vexillis* Marcham Orientalem *cum Comitatibus ad eam ex antiquo pertinentibus, reddidit. Exinde de eadem Marchia cum prædictis Comitatibus, iudicio principum Ducatum fecit.* Idem porro libro 3. hiſtoriæ rerum à Friderico primo geſtarum, cap. 2. *Auſtria* nomen citat, ſcribens nominatim: *At huius expeditionis ratio fuit, Bolslaus, Cazimirus, & tertius idem Ladislaus, qui Gertrudem neptem Imp. filiam Leopoldi Marchionis* Auſtriæ *ſortitus fuerat vxorem.* Et cap. denique 36., cum de obſidione Mediolani agit: *Ad portam itaque quam obſervabat, Henricus dux* Auſtriæ *vir nobilitate generis & animi clariſſimus, patruusque Imperatoris, &c.* Inuenio denique, hunc eundem agrum, quem tibi lector damus, quod à Sueuorum poſteritate nimirum, vel cultus fuerit, vel gubernatus, Pagum Oſtenriche/in peruetuſtis diplomatibus appellatum, in quorum vno ſuper Præpoſitura Haymburgenſi, quæ ante plura ſæcula deſiit, in finibus *Auſtriæ* noſtræ hæc verba in forma leguntur: *In nomine S. & indiuidua Trinitatis AMEN. Henricus diuina fauente clementia Romanorum Imp. Auguſtus. Scimus atque perfecte cognoſcimus, ſublimationem Eccleſiarum prouectum parere animarum. Quia dum terrenis cæleſtia, temporalibus ſempiterna comparamus, cæleſtem ac ſempiternam requiem animabus noſtris præparauimus. Vnde noverint omnes Chriſti noſtrique fideles, tam futuri quam præſentes, qualiter illa ſpe inducti, donauimus pro remedio animæ noſtræ, dilectæque coniugle noſtra Agnetis, noſtroque prolis Henrici, ſeu parentum noſtrorum pro pace & ſtabilitate regni, decimum manſum, rectamque fructuum decimati totius regionis, in finibus Hungarorum, gladio ab hoſtibus acquiſita, in pago* Oſterriche/ *ad Altare S. Mariæ in Haymenburg, tertiam partem vtilitatis, vllo modo de eadem vrbe prouenientis, cum omnibus pertinentiis, qua vllo modo ſcribi vel appellari poſſunt vtilitatibus, ea videlicet ratione, vt Præpoſitus fratrum ibi Deo ſeruientium, liberam dehinc habeat poteſtatem poſſidendi, &* quæ ſequuntur. Denique in aliquot antiquis prærogatiuis, de qua ſcribimus, prouinciam, *Plateam Hungaricam* reperimus nominari, cujus princeps *Marchgravius Orientalis*, à limite Germaniæ *Orientali* vocatus, primus legitur à Carolo Magno deſignatus, *Gerboldus* Hiltebrandi Sueuorum ducis filius, fraterque Hildegardis, quæ Caroli Magni coniunx exſtiterat, Campidonenſis Abbatiæ fundatrix, de quo Eginhardus in hiſtoria Caroli Magni hæc nominatim verba adnotavit: *Accepit etiam triſtem nuncium, de Gerboldi & Erici interitu. Quorum alter Gerboldus videlicet Boiariæ præfectus, commiſſo cum Hunnis prælio cecidit.* His adde quæ in peruetuſto Annalium libro

Auſtriæ origo.

Initia familiæ S. Leopoldi.

Præpoſitura Hainburgenſis.

reperi. *Anno domini* 798. *Gerhold piſſimus ſignifer Caroli in pugna occiditur ab Hunnis. It fuit Comes & Præfectus ducatus Boiariæ* Marchioque Orientalis, *terra ſcilicet Auſtria, quæ &* Auaria *dicebatur.* Huic Gerholdo viuus etiam dum Carolus Magnus Theodericum Camerarium ſuum ſuffecit, cuius opera in bello Pannonico fideliter vſus fuerat, vt prolixe Eginhartus refert, cum Caroli ab *Anyſo* fluuio, ad *Arrabonem* fluuium ſuſceptam expeditionem deſcribit; quæ verba longum eſſet referre. Huic ſucceſſit Gotofridus, de quo extat diploma quoddam Ludouici Pii, in quo *Marcham Orientalem* à Patauienſi Epiſcopatu ſequeſtrat, vbi verba leguntur: *Cum autem Regmberus Epiſcopus effectus eſſet, deuitans diſcordiam & litem, Gotofridum Marchionem, & Iudices illius in præſentiam noſtram fecit venire. Nos vero iuxta legem,* & iudicio totius populi, *iuxta traditionem prædicti Imp. Imperiali noſtra autoritate iubemus & diſtinguimus* Marcham, *ita vt à* Lytaha *iuxta fontem, qui vocatur Scombrunno, cum omni integritate, ſicut Theodericus habuit in poteſtate, & Ceyſenmurus cum tali* Marcha, *vt genitor noſter Carolus decreuit, &c.* Et quæ ſequuntur. Quartus Marchio fuit *Gerboldus*, de quo Herimpertus in hiſtoria Ludouici primi: *Adfuerunt & in eo Comitatu Baldérichus & Gerboldus Comites & Pannonici limitis cuſtodes.* De quo & diploma quoddam: *Nos Ludouicus & Lotharius diuina ordinante prouidentia Imperatores Auguſti, &c.* Et quæ ſequuntur. *Interceſſione dilecti filii noſtri Ludouici Regis Boiariæ, & Gerboldi Comitis, dedimus monaſterio noſtro in Krempſa in pago Trungouua &c.* Quintus reperitur Marchio Orientalis *Baldérichus*, de quo hiſtoria Ludouici Pii, Anno 828. *Baldérichus etiam, cum propter eius ignauiam Bulgari fines Pannoniæ ſuperioris vaſtaſſent, honoribus priuatus, & Marchia inter quatuor Comites diuiſa eſt.* Sextus *Ratbodus* quiſpiam erat, qui Brynnonem Morauiæ regulum conditorem Brynnæ opera Ottonis Fabianenſis Epiſcopi Chriſto vendicauit, motus dignitate, quod Radislaum Morauiæ Regem excurrentem in Marcham non repuliſſet, interfectus poſtea à Swetibogo Morauiæ principe, vna cum Comitibus (inter quos Marcha diuiſa erat, quorum etiam Rhegino mentionem facit) *Richerio, Berengario, Ottone & Sigehardo.* Septimum locum in adminiſtratione *Marchæ Orientalis* duo fratres habuerunt, *Wilhelmus* & *Engelſcalcus*, qui ob ſuſpicionem, quod cum *Radislao* Morauo occulta conſilia miſcuiſſent, à *Carolomanno* exauctorati aliquamdiu apud Moravum in exilio fuere, poſtea recepti in gratiam Ludovici Caroli M. patris, qui Boiariæ regnum adminiſtrabat, locum in *Marcha Orientali* recuperârunt, & Diagomarum Morauiæ principem, qui occiſo à Carolomanno Brynnone, & Swetibogo à Ludouico Rege capto, ſucceſſerat, in acie vicit, ac Morauiæ ditioni totum eum agrum ademptum *Marchæ* adiecerunt, qui à *Teya* flu. ad *Iſtrum* per Campos Marcomannorum excurrit. Horum filii *Wernherus, Vzilo, Babo* & *Megigothus* inteſtino pro *Marcha* bello decertârunt. Octauus Marchio *Orientalis Erbo* nominatur, à Carolo tertio *Auſtriæ* præfectus circa annum 888., quem Arnolphus poſtea Imp. loco mouit, quod filio ſuo obſide dato Swetibogo, barbarus ad deuaſtationem *Auſtriæ* induxiſſet, ſed manſit nihilominus poſteritas eius priuato titulo Comitum à *Butene* & *Varnbach*, qui Varnbach ac Glockhnitz, cœnobia, fundârunt, & quibus Chunradus tertius Principum titulum facultatemque ſignandi monetam in Neynkhirchen, vbi ditionem ad Hardtpergam habebant, confirmauit, vt diploma quoddam reſtatur, & *Bettenavv* vallis. Vltimus illius nobiliſſimæ familiæ *Eckebrechtus* ſub Friderico primo in oppugnatione Mediolani occubuit, quem Ligurinus Poëta à ſanguine regum deducit. In nono loco *Engelſcalci* filii *Wernherus* & *Vzilo Marcham Orientalem* ab Arnolpho Imp. receperunt, qui tamen victi mox acie à Swetibogo Morauo & capti, genitalibus, linguis ac dextris mutilati ſunt, & ſucceſſerunt fratrueles *Wilhelmi* filii *Poppo* & *Megigothus*, à Morauis, cum *Auſtriam* vſque ad Arrabonem fluuium latrociniis diripuiſſent, in acie occiſi, una cum *Wolfgero* Fabianenſi ad S. Petrum Epiſcopo. A quo tempore eum *Marcham* ſiue *limitem Orientalem* amiſſam Arnolphus Cæſar à Barbaris vix eripuiſſet, icto ad Tulnam cum Barbaro Swetibogo fœdere (cui vt amicitia maneret, ſororem Gyſalam etiam collocauerat) generum illi ſuum *Engelſcalcum* quendam præfecit, duodecimum Orientalem Marchionem, addito in partem laboris *Wilhelmo* patruele; qui accuſati peculatus apud Arnolphum, quod corrupti à Swetibogo Morauo limitem denudaſſent, officio mouentur, circa annum ſalutis 895. & *Wilhelmus* quidem Ratisbonæ capite afficitur, *Engelſcalcus* vero excæcatur, nam & filiam Cæſaris ad vanam ſuſpicionem dimiſerat, cui idem Imperator *Hunibaldum* ſpurium filium ſubrogauit circa annum 895., cuius filii *Berengerus, Reginboldus* ab Hungaris in prælio interficiuntur, anno vt omnes pene Chronographi adnotarunt

Orientalis ſiue Auſtria.

runt 903. Quorum nece audita, cum & pater vitam cum morte commutaſſet, ſucceſſorem habuit in principatu *Engelricum* ſororium, decimum quartum *Orientalem Marchionem*, ſed & is ab Hungaris occiditur anno 905., cuius poſteritas dignitate amiſſa in Comites *Burchuſianos*, Burggravios *Ratisbonenſes*, Comites à *Mashlandia*, *Wilberinga* ac *Klam*, Comitesque de *Traſama*, *Dapiferos Auſtriaà Lengenbach*, diſſeminata fuit, quibus exordia debent *Reytenhaslach*, *Paungartenberg*, *Walthuſen*, *Wilbering*, monaſteria, & præpoſitura S *Andreæ* apud *Traſamam*. Quo tempore rurſus in anguſtias *limes Orientalis Marchiæ* redactus ab Hungaris, ac Rege eorum Cuſali (quem in propriam perniciem aduerſus Morauos ex intima Dacia Arnolphus exciuerat) Mœmari Momauiæ principis auſpicio cuſtodem accepit (quantum eius quidem adhuc ſupererat, vltra *Cacium* montem in *Norico*) *Eyſenrichum* quempiam. Quem Aruolphus Cæſar in *Mutara* ciuitate *Auſtriæ* obſeſſum cœpit, & captum *Ratisbonnam* duxit, in quo itinere fuga elapſus ad Morauos eſt, quorum præſul Wichingus, cum non digne tractaretur, à Cæſare ſuſceptus, Archiepiſcopus Laureacenſis conſtituitur. Itaque cum nulla Francici regni autoritate *Eyſenrichus* locum inuaſiſſet, *Leopoldus* quispiam ab Arnolpho Cæſare eius præfecturæ deſtinatur *Marchio Auſtriæ* decimus quintus, qui Cuſalem Regem Hungarorum ad *Viſtaba* fluuium inſigni victoria profligauit, ſed cum tantam vim ac multitudinem hoſtium ſuſtinere diutius non poſſet, relicta *Fabiana*, *Ceyſenmuro*, *Medelicha* ac *Praslara*, ad *Laureacenſe* usque munimentum ceſſit, vbi, reintegrato prælio cum Hungaris, interficitur, anno Domini 907. vna cum præcipuis Boiarici Regni Proceribus, quos Aonales & Chronographi adnorarunt, *Ariberto*, *Eryngo*, *Walthero*, *Meginvvardo*, *Dietboldo*, *Luitfrido*, *Babone*, *Hebbone*, *Hatecho*, *Hattocho*, *Alberto*, *Peregrino*, *Gumpoldo*, & tribus *Iſengrinis*. Leopoldo ſucceſſit in parte tantum *veteris Marchæ*. (nam potiorem in Pannoniis Hungari occupauerant) *Arnolphus* filius, quem alias *Arnoldum* vocant. Is poſtea occiſo ad Lycum Ludouico Arnulphi Cæſaris filio in illa memorabili Chriſtianorum clade, ad principatum Boiorum vocatus, fratri *Berthioldum* * *Carnorum* ducatum conceſſit, & *limiti Orientali* verſus Pannonias, *Erbonem* & *Gebhardum* præfecit, qui anno Domini 910. in acie ab Hungaris cæſi, vna cum filiis *Vdone* & *Hermanno* opperiêre. Erat vero *Erbo* ſiue *Aribo* magiſter militiæ Ludouici, Carolingorum poſtremi Regis, & præfectus *Anaſſaburgenſis*, vbi eſt modo *Enſium*; de quo multa Auentinus refert, quod *Raſuelſtadii*, *Eberſpergii* ac *Lincii* conuentus habuerit, & remotis Hungaris *Marcham* recepiſſet, auxilio *Sigehardi* Comitis à *Sempt* & *Eberſpergi*, ſuperioris Boiaricæ Marchæ præfecti. Cuius filius *Ratholdus* cum Henrico Boiorum duce, Ortonis primi fratre, Inſignem de Hungaris victoriam retulit, vt ſtatuæ equeſtres amborum, quæ in Maurkirchen prope Prunouiam ſuperſunt, teſtantur. Eius quoque filius *Eberhardus* in victoria Ottonis primi de Hungaris ad amnem *Lycum* relata claruit, cui Imperator octo Regulos Hungarorum, cum multis ignobilibus tradiderat, quorum *Toxum*, *Bultzonem*, *Schabam* & *Svvaram* ante portam Ratisbonnæ in crucem egit, cæteros viuos in ſcrobe *Eberſpergii* Bauariæ deſodit, quod poſteri in cœnobium commutârunt. Manſerunt & eius ſtirpis in *Auſtria* reliquiæ Comites de *Perſenburga*, qui *Eberſpergam* Auſtriæ caſtellum, & arcem extruxerant, quorum poſtremi *Adalberonis* vidua *Richlita*, Henricum terrium in Hungariam cum exercitu, contendentem Perſenburgi hoſpitio exceperat. Quo tempore Dæmon in ſcopulo ad Cataractas Danubii in loco Strůden, apparuit, mortem Epiſcopi Wirceburgenſis, qui caſtra Cæſaris ſequebatur, ipſiusque adeo Cæſaris caſum prædicens, quem adhuc hodie ſcopulum Teüffelsthürrn vocamus. Igitur *Ariboni*, qui *Marcham* rurſus huius, de quo diximus, Comitis *Eberſpergenſis* ope, Hungaris eripuerat, *Rudigerus* tandem decimus ſextus *Marchio Orientalis* ſiue *Auſtriæ* ſuccedit, quem vulgus Annalium à regia, vbi tenebat, *Rudigerum* à *Pachlarn* nominat, Auentinus *Rogerium* dicit, vt eius verbis vtar, de Arnoldo Boiorum duce loquentis: *Auſtriæ infra Anyſum Rogerium armorum Martisque ſtudioſiſſimum inclytum fabulis Teutonum carminibus, cuius & Metellus in ſuis Lyricis meminit, præfecit; Vgris opponit, ibi vicos templa reparare, colonias Boiorum Venedorum deducere ſtudet. Nam & ante Vgros ea pars Norici, cum Pannonia pluribus vicis, quam vrbibus frequens erat.* De hujus *Rudigeri* ſanguine fertur fuiſſe *Pregrinus*, poſtremus Laureacenſis Archiepiſcopus, Ottone ſecundo imperante, ſucceſſoremque habuiſſe in limite Orientali *Theodericum* quendam, decimum ſeptimum *Auſtriæ Marchionem*, cui *Eberhardus* decimus octavus ſubrogatur, Arnoldi Boiorum ducis filius, quem Malum cognominant, ad quem Leonis Octaui Pontificis, vt

 ducem

* *l. Berchtholdo.*

ducem Boiorum, epiſtola extat de anno 916. Cæterum Arnoldo patre, ab Henrico primo Cæſare proſcripto, & *Eberhardo* filio pulſo ad Hungaros, *Berchtoldus* limiti præficitur, decimus nonus Marchio, Leopoldi quondam Marchionis filius, & Arnoldi ſiue Arnolphi ducis Boiorum frater, qui poſterius ad ducatum Boiorum peruenit, in cænobio *Altacha* ſepultus, de quo Auentinus: *Per idem tempus Vgri duplici agmine Boiaria fines inuadunt, pars Tranos, pars Carnos infeſtant: Berchtoldus Boiorum regulus, iuxta Valentiam* (Welſam intelligit) *vrbem Noricorum, quam maximo poteſt impetu, antequam gens pugnaciſſima arcus rurſus tenderet, in Vgros fertur, hoſtem in fugam vertit, in Trunam fluuium agitat, atque ſubmergit 3. Auguſti.* *Berchtoldo* Marchioni, ab Henrico primo Cæſare, deinde filio cognomine duce Boiorum, ſufficitur *Ratho* ſiue *Raſſo*, Comes Andecenſis in Boiaria, *Marchio Orientalis* vigeſimus, à cuius poſteritate labentibus ſæculis defluxerunt *Marchiones Iſtria*, Duces *Merania*, Comites *Tyrolenſes*, & Comites *Goricenſes*, de quo Auentinus: *Divus Ratho Damaſia oriundus eo tempore Orientalis Boiarici regni limitis Dux fuit, & cum Iuditha Boiorum ducis coniuge ſupplicandi gratia Hieroſolymam profectus eſt, in ripa Ambronis in ſuperiori Boiaria Myſtis Diui Benedicti templum conſtruxit, cui à vocabulo nomen indidit, ibidem ſepultus, ab accolis religioſe colitur.* Eadem tempeſtate, Toxus Hungarorum Rex audita morte Berchtoldi ducis Boiorum, duobus exercitibus fines Boiariæ invadit, limitem Auſtriacum & Charionas in confinio Italiæ deuaſtat. *Ratboni* ſiue Raſſoni ſuccedit, vigeſimus primus *Marchio Auſtria*, *Chunradus* quispiam, Ottonis nimirum primi autoritate, de quo Rhegino Prumienſis: *Anno Domini* 955. (ait) *Hungari cum ingenti multitudine exeuntes, vt non niſi terra eis dehiſceret, vel cælum eos obrueret, ab aliquo ſe vinci poſſe dicerent. Chunradus quondam dux ibi occiditur. Chunrado* ſubrogatur ab Ottone primo *Henricus* filius Henrici Boiorum ducis, fratris nimirum Cæſaris, de quo Rhegino: *Henricus frater Regis deſperatis rebus recuperatis, recepto Boiaria ducatu obiit. Cuius filio Henrico Pius Rex Ducatum & Marcham dedit.* Sed veriſimile eſt, *Henricum* iſtum, Sancti Henrici Cæſaris patrem, cum Boiorum ducatum mortuo patre gubernandum ſuſcepiſſet, *Marchionem Orientalem* conſtituiſſe in limite Pannonico *Engelricum* quempiam Comitem, ordine vigeſimum tertium *Marchionem Auſtria*, cuius nomen citat diploma cœnobii S. Andreæ ad Traſamam, ab Ottone tertio datum de anno 988., cuius initium eſt: *Notum ſit omnibus fidelibus noſtris præſentibus ſcilicet atque futuris, quomodo nos ob petitionem fidelis noſtri Henrici ducis cuidam Engelrico dedimus, quicquid habuimus in Marcha Orientali inter riuos Dullana & Ancineſpache, aris cultis & incultis, agris, pratis, campis, paſcuis, venationibus, aquis, aquarumque decurſionibus, piſcationibus, molendinis, exitibus & reditibus, quæſitis & inquirendis, cunctisque aliis appendiciis, quæ adhuc dici poſſunt, ſibi in perpetuum tradidimus, ea ratione, vt quidquid ſibi libuerit, inde faciat & Traſama clauſuram habeat, &c.* Porro *Engelrico*, de quo diximus, vigeſimus quartus *Marchio* ſucceſſit *Hemo* à *Stylla*, qui regiam in *Medlico* legitur tenuiſſe, proſcriptus ab Ottone tertio Imperatore poſterius, à cuius poſteritate Comites nimirum de *Stylla* & *Heffs* defluxerunt. In qua circa annum Domini 1120. *Vlrichus* Patauienſis Præſul, *Hertzogburgenſe* cœnobium in Auſtria exorſus eſt. *Reinbertus* itidem Patauienſis Epiſcopus anno 1142. templum S. *Stephani Vienna* conſecrauit, & *Vdiſcalcus* Comes Seyterſtetenſem Abbatiam in finibus vtriusque Auſtriæ condere cœpit, anno 1160. Atque *Hemoni* proſcripto, *Leopoldus & Albertus*, Comitis Babenbergenſis capite affecti Moguntiaci dolo Hattonis Archiepiſcopi filii, ab Ottone tertio ſubrogantur, qui *caſtro ferreo* ad *Medlicam* expugnato, & *Vratislao* Morauo victo, *Marcham* obtinuerunt, & ad poſteros transmiſerunt, in quibus *Leopoldus*, poſtmodum ſuæ gentis hoc nomine quartus, vitæ continentia clarus, in numerum Diuorum relatus eſt: De cujus origine ſcribit Otto Friſing. eiusdem ſtemmatis, puta Diui Leopoldi filium * Chro. 6. cap. 15. cum de *Adalberto* Comite Babenbergenſi, à Ludouico Arnolphi Cæſaris filio capite plexo, tractat: *Et huius Alberti ſanguine* (Inquit) *Albertus, qui poſtmodum* Marchiam Orientalem, *id eſt* Pannoniam ſuperiorem *Hungaris ereptam, Rom. Imperio adiecit, originem duxiſſe traditur.* Et cap. 28. de Gyſala Chunradi ſecundi Imperatoris coniuge agens: *Hæc primum Erneſto* (ait) *duci Sueuorum, fratri Alberti* ſuperioris Pannoniæ *Marchionis nupta fuit, geminosque ex eo filios, Erneſtum & Hermannum ſuſcepit.* Et cap. 32. *Hic eſt Leopoldus, qui cum patre ſuo Alberto* Marchiam Orientalem *Hungaris eripuit, & inter cætera virtutis ſuæ opera, exercitum Ouonis innumerabilem, fines ſuos ex improuiſo vaſtantem, ſubito correptis armis, pene funditus cum paucis deleuit.* De hoc *Leopoldo*, & quibus

* *i. Filium.*

quibus auſpiciis *Orientalem Marcham*, hoc eſt *Auſtriam*, obtinuerit, totaque ejus progenie, vsque ad primum Auſtriæ ducem *Henricum*, *Leopoldus* quintus primi ducis filius, in membrana quadam (quam in *Medlico* reperimus, quæ olim regia ac præcipuum munimentum fuerat, & vbi Sarcophagi Marchionum eius gentis extant) ſcriptum reliquit, quod inſerere, cum à Principe ſcriptum ſit eius prouinciæ, operæ pretium duximus. *Ad vitam Principum huius terra noſtra* Auſtriæ, *parentum ſcilicet noſtrorum proſapiam, commemorare vobis, vt petitis, cupientes, ea primo, qua relatione didicimus maiorum noſtrorum, ipſa fide, qua audivimus, explicabimus, conſequenter etiam illa, qua ex Chronicis noſtris colligere potuimus, à paſſione videlicet S. Colomanni, vniuscuiusque Principis res geſtas ſubnectemus, prout ibi notatas inuenimus, connectentes. Primus itaque terra huius noſtra* Auſtriæ *Marchio fuit* Leopoldus, *à quo tota ſeries progenitorum noſtrorum, usque ad hac tempora noſtra, variis atque praclaris decorata virtutibus, deducitur. Qui quomodo terram hanc obtinuerit, ſic accepimus: Dum adoleſcens die quadam in venatione per auia ſecutus fuiſſet Imperatorem, qui tum temporis Remp. Romanorum adminiſtrabat, ſolum ſcilicet ſolus, & ille feram percuſſurus, arcum fortius attrahens comminuiſſet: Iuvenis arcum ſuum, vt erat tentus manibus cunctandus promptiſſime inſeruit; ſicque Princeps percuſſa fera ſuper alacritate adoleſcentis delectatus, ſub auctoritate Regia promiſit ei terram, quam ſibi proxime vacare contingeret, ipſique competeret, atque pro memoria & confirmatione promiſſi, quia nullus interfuit, dedit arcum contritum. Non multo poſt tempore, mortuo Marchione* Auſtriæ, *cum multi procerum quisque pro ſe inſtaren. Imperatori, prorumpens in medio Iuvenis, cum atteſtatione fracti arcus, regalis promiſſionis petiit executionem; cui Princeps, nihil moratus, induſtriam ſuam commemorans, auctoritate Regia* Marchiam *traditam confirmauit. Ipſe autem terram hanc cum multo Comitatu adiens, caſtrum munitiſſimum in monte noſtro ſitum, quod* Hemo *potentiſſimus nomine* Stylla *tenebat, magna vi cepit, ibique Canonicos 12., ne videlicet aliqua in ea munitio reſtaurari poſſet, inſtituit. Mons enim idem, qui modo corrupto nomine dicitur* Melk, *à quo fluvius praterfluens denominatus eſt, propter opportunitatem ſitus atque munitionem, antiquitus* mea dilecta *vocabatur. Sic itaque omni terra potitus, multos annos per ſucceſſores ſuos noſtros ſcilicet maiores, Marchiam ſuam ſtrenue tuebatur & dilatauit, quousque directu Dei aduenit in partes iſtas peregrinando Beatus Colomannus, qui etiam pro eo, quod guerras habebant continuas cum extraneis gentibus & terminis ſuis tum temporis Principes noſtri, pro exploratore habitus eſt. Anno itaque ab incarnatione Domini* 1012. *Beatus Colomannus in* Stockeraw/ *ſuſpenſus Calos adiit, tempore Henrici Regis, qui Dux fuerat Bauaria, & tertio Imp. Ottoni ſucceſſerat,* Marcham *quoque* Auſtriæ *tenente Henrico tritauo noſtro. Per annum vero integrum & dimidium, in patibulo pendens, incorruptus manſit, ſignisque clarificatus deponitur, & ibidem ſepultus tantundem temporis impleuit. Peracto itaque poſt paſſionem eius triennio, miraculis item probatus leuatur, & in Monaſterio Medlicenſis Eccleſia, degentibus adhuc ibi Canonicis, à Magingaudo Aichſtetenſi Epiſcopo eſt tumulatus. Hic autem Henricus Marchio durauit per annos circiter quadraginta, vsque ad tempora Regis Hungarorum, qui S. Regi Stephano ſucceſſerat. Iſtius Petri precibus ac minis circumuentus, Poppo Treuirorum Archiepiſcopus, frater Marchionis, obtinuit à fratre ſuo, vt mitteret in Hungariam oſſa Beati Colomanni, qua tamen poſtea Hungari peſtilentia & fame compulſi, reddiderunt. Henricus vero Marchio decedens ipſo anno, filium reliquit Adalbertum atauum noſtrum, per cuius induſtriam Dominica crucis portio non minima, qua hactenus hic habetur, ad locum iſtum delata eſt. Ille cum filio ſuo Leopoldo commiſſa pugna cum Ouone Rege Hungarorum, qui Petro Regi ſuperpoſitus fuerat, maximam partem exercitûs Ouonis deleuit. Iſte autem* Leopoldus *ſecundus, ante Patrem ſuum obiit. Petrus vero per Henricum Regem, filium Chunradi Regis, qui primus fuit aquiuocorum quinque ſibi inuicem in regno ſuccedentium, in regno conſtitutus Ouone proiecto, cacatus ab Hungaris, ſucceſſorem accepit Andream.* Adalbertus *autem Marchio moriens, filium reliquit* Erneſtum *abauum noſtrum, qui poſt mortem patris anno 12. in primo bello Henrici quarti Regis occiſus eſt in Saxonia, iuxta fluuium, qui dicitur* Vnſtrůch/ *anno 15. Altmanni Patauienſis Epiſcopi. Huic ſucceſſit filius eius* Leopoldus *tertius, proauus noſter, eo tempore male pugnatum eſt in* Maurbergkh/ *anno Domini 1082. Qui poſt mortem patris decedens, anno 17. filium reliquit* Leopoldum *quartum avum noſtrum, hic Agnetem filiam Henrici quarti Regis duxit vxorem, & poſthac anno ſeptimo, terminos Hungaria potenter ingreſſus, magnam cladem fecit, & ciuitatem quandam violenter captam exuſſit, vnde cum pace regrediens, libertate donauit locum Medlicenſem, qui priuilegio Paſchalis Papa confirmatus eſt, dedicatione facta ab Vlricho Epiſcopo, ſub Abbate*

Hiſtoria ſcripta à Princip. Auſtriæ.

Medlicenſis cænob.

Ex Annalibus Princip. Auſtriæ.

S. Leopoldus.

Elmsberg.

Sige-

Sigeboldo. Qui Leopoldus poſt mortem patris anno 20. decedens ſucceſſorem reliquit Leopoldum quintum patruum noſtrum. Hic vir hic eſt, qui tertio anno poſt mortem patris, eiecto Henrico, Ducatum Boiariæ accepit, ſed breui heu durauit, quia poſt auctum honorem anno ſecundo, ſucceſſorem relinquens Henricum fratrem ſuum, patrem noſtrum, vitâ functus eſt. Qui ſcilicet Henricus accepta vxore, Gertrude filia Lotharii Imperatoris, anno ſecundo viduatus eſt. Huius temporibus anno Domini 1157. Chunradus Rex Francorum, decimum in regno agens annum, & Ludouicus Galliarum Rex cum infinito exercitu Hieroſolymam profecti, ipſo quoque comitante, adorato ſepulchro Domini, tertio anno reuerſi ſunt. In redeundo autem per Græciam matrimonio ſibi coniuncta eſt Theodora filia clariſſimi Ducis, qui frater fuit Regis Græciæ. Tertio dehinc anno defuncto Chunrado Rege, cum Fridericus patruelis eius regno potiretur, & hic Ducem Saxoniæ, quem expulſum diximus, in Ducatum Bauariæ reuocare decerneret, Henricus pater noſter nomen & dignitatem, quam ſua virtute adeptus fuerat, exporeauit. Auſtriæ ſcilicet, ut deinceps non

Initia Ducatus Auſtriæ.

Marcha, ſed Ducatus vocaretur & eſſet, dilatis videlicet terminis à flumine Anyſo, vſque ad flumen qui dicitur Rotenſala, addito etiam Comitatu Pogen. Poſt cuius reditum in Auſtriam miniſteriales eius, eo abſente, munitum oppidum Bohemiæ, Budevvitz, violenter captum incenderunt. Hactenus Leopoldus ſextus in ſuis Chronicis; qui Henrici primi Ducis filius erat, eius, qui Boiariæ Marcham Orientali adiecerat, & Ducalem inueſtituram ab Friderico primo impetrauerat, & Scotenſe cœnobium Viennæ condiderat, vbi & conditus eſt, & templum S. Stephani primus exorſus fuerat, à Reynerio Pataujenſi Epiſcopo conſecratum, anno 1148. ſub Eberhardo Parocho, & qui denique expugnato Poſonio à Geyſa Rege Hungarorum ad amnem Viscaba caſtris exitus † fuerat, à quo non amplius Marchiones, ſed Duces deſcenderunt, de quibus capite ſuperiore dictum eſt. Supereſt, vt eos quoque commemorem, qui in laboris ſocietatem prædictis adiecti fuêre; quorum antiquiores extitêre, COMITES DE BVTENE. ET COMITES DE TRASAMA. In Butenſi quidem ſucceſſio talis pene fuit, Arnoldus, Peregrinus, Bruno, Thyemo, Fridericus & Henricus, eodem ſæculo claruerunt, imperante Chunrado primo, ſiue Henrico ſecundo. Quorum fratres Theodericus Præpoſitum egit Saltzburg: Burcardus Abbatem S. Galli. Ex his liberos reliquêre, Henricus Gebhardum, & Thyemo Eckebrechtum, Henricum, Meginhardum, & Fridericum. Meginfredus genuit Hermannum Landtgrauium Boiorum de Steuenincg, Chunradum & Vlricbum Comites de Butene in Marcha Orientali. Fridericus Thyemonis filius Gertrudem Henrici quarti amitam in matrimonio habuerat, ex eaque procreauit Hedvvigem matrem Lotharii Imperatoris, & Ithæ Comitiſſæ à Burckhauſen. Porro Eckenbrechtus Thyemonis filius genuit Gotofridum, Monachum, Detmarum, Eberhardum & Eckenbrechtum ſecundum: Eberhardus denique Erbonem & Raponem reliquit. Quorum Erbo Comes Neuburgenſis ad Oenum, in Ducem Carinthiæ ab Henrico quinto inauguratus eſt, autor Milleſtadienſis Abbatiæ, quam Albertus Tridentinus ex Comitibus ab Orttenburg cognatus ad ſummam manum perduxerat: Rapato vero ſede in Krayburgo Boiariæ collocata duas ampliſſimas familias in orbem inuexit, Comitum videlicet Artenburgenſium in Boiaria, in quibus Palatini fuere Krayburgenſes, & Comitum Artenburgenſium in Carnis, in quibus Duces Carinthiæ extitere, Mainhardus, duo Vdalrici, Bernhardus & Philippus: Erbonis filii, Poppo & Gaſto, Comites Neuburgenſis & Varnbacenſis extitêre. Cæteri multi Comites, cum ad Rhenum Sponhaymenſes fundatores S. Pauli in Carinthia, tum ibidem Comites Haynburgenſes, & in Hungaria Guſſingenſes, de quibus multa in Annalibus, quorum videlicet Henricus & Ibo bellum geſsêre pro limitibus cum Alberto primo Auſtriæ Archiduce circá annum 1308. Eckenbrechtus ſecundus Comes Butenſis in Auſtria, genuit duos Hermannum & Eckenbrechtum, quorum ille Leopoldo ſexto Auſtriæ duci Neynkhirchen tradidit accepto inuicem Hertzogburgo; Eckenbrechtus vero tertius & poſtremus, ſecutus caſtra Friderici primi Cæſaris, in obſidione Mediolanenſi fortiter occubuit, de quo Ligurinus Poëta cecinit: Primus in his Eckepertus erat Comes * ſed alto ſanguine regifico minime ceſſurus honori, & magnos reges animo virtutibus æquans; cuius parenti cognomini, Chunradus tertius priuilegium ſignandi monetam in ſuo oppido Neynkhirchen, à quo haud procul poſtea Leopoldus ſeptimus nouam ciuitatem condidit, conceſſit, quod ſic habet: In nomine S. & indiuiduæ Trinitatis, AMEN. Chunradus diuina

Initia nouæ ciuitat. Auſtr.

fauente clementia Rom. Rex, æquitas iuſtitiæ, & regni authoritas nos admonent, omnium quidem

---

* l. exutus.

† Vid. ipſ. Ligurin. in Collect. Reuberiana ſcript. Vet.

quidem vtilitati proſpicere, maxime vero conſanguineorum noſtrorum, & petitiones modis omnibus promovere & adiuvare. Eapropter petitionibus dilecti conſanguinei noſtri Eckebrechti *Comitis adnuimus, & in quadam villa ſua*, Neynkhirchen *nuncupata, forum & monetam illi conceſſimus*, & quæ ſequuntur. Is *Eckebrechtus* poſtremus familiæ extitit, & prædia Principatus in *Auſtria*, partim Duces *Auſtriæ*, partim *Varnbacenſes* Abbates ab his fundati impetrâruot, qui iuſignia pariter vſurpant Griphonem, leporem pedibus anterioribus tenentem. Cæterum in altera ſtirpe Comitum à *Traſama*, vnde ſemper liberi à *Lengenbach* Auſtriæ Dapiferl proceſsêre, alumni ferè qui eminebant fuêre, *Engelricus*, cui Otto tertius clauſuram Traſamæ donauerat, vt diploma ſupra adductum teſtatur, cuius filius *Engelbertus* ab Gebhardo Salisburg: *Admontem* cœnobii in Styria, aduocatus efficitur anno 1070. Sequuntur *Wolſgerus* anno 1082. *Otto* Burggrauius Ratisbon: *Fridericus* aduocatus Capituli Ratisbon. citatur in literis de anno 1120. vsque ad annum 1143. Horum filii *Waltherus* S. Andreæ cœnobium ad Traſamam haud procul Hertzogburga, *Adalramus* Seccouienſem in Styria præpoſituram fundauit S. *Leopoldo* Auſtriæ Marchione viuente, cuius filii *Henricus* Comes in *Auſtria* de *Traſama* ex *Gertrude Auſtriaca Fridericum* aduocatum tulit, is vero *Fridericum* aduocatum Ratisbon. & Comitem in *Ritterburg*; eius filius Fridericus tertius in matrimonio habuit *Luitgardem* Comitiſſam à *Pogen*, quorum ſiue frater ſiue patruelis *Harnidus* in priuilegiis *Monaſterii S. Hyppoliti* citatur, cuius nimirum filii *Otto* & *Erneſtus Leopoldo* ſeptimo Auſtriæ Archiduci dominium *Rechberg* vendidêre, *Duringus* & *Otto* citantur de anno 1120. Fridericus de anno 1240. *Otto* & *Berchtoldus* de anno 1260. & *Fridericus* de anno 1300.

Stirps Comitum Traſamæ.

Sed recipio me ad Eccleſiaſticam eius, quam deſcribimus, *Marcha* ditionem, quæ à fidei doctoribus in *Fabiana* præcipuè municipio, vbi eſt modo *Vienna* Metropolis *Auſtriæ*, conſtituta fuit, circa annum à nato Chriſto 470. Quorum præcipuus extitit S. *Seuerinus* Rauennatenſis Præſul, cuius hodie reliquiæ Neapoli venerantur. Is à Gelaſio Rom. Pontifice miſſus ad Herulos, qui tum confinia *Norici* ac *Pannoniæ* incolebant, hoc eſt illam quam delineauimus Marcham, *Fethiam* illorum Regem cum filiis *Henrico* & *Friderico*, ad Chriſti ſalubrem doctrinam conuertit, vt eſt apud Procopium Diacon. lib. 1. cap. 19. Euodium Panegiricum & Eugippum, à me repertos authores. Quorum etiam auſpiciis & ſumptibus, cum in honorem reliquiarum S. Geruaſii & Prothaſii martyrum eo latarum, templum in Fabianis vnum & alterum B. Ioanni Baptiſtæ conſtruxiſſet, Cœnobium ſimul ad ripam Danubii Paulo ſupra *Fabianam* excitauit, vbi eſt modo Hayligſtat, in quo docti quidam & pii viri erudiebantur, *Mamertinus*, *Conſtantius*, *Maximus*, *Valentinus*, *Siluinus*, *Moderatus*, *Paulinus*, *Maurus*, *Martianus*, *Antonius*, *Vrſus*, *Lucillus*, *Amantius* & *Bonoſus*, quos ipſe ex proxima cella ſub Cætio monte excauata in ſaxo (hodie locus à S. Seuerino Siuering appellatur) erudire, cohortarique ſolebat, & ex his pleroſque proximis locis Epiſcopos ordinauit, nempe, *Mamertinum* Fabianis, *Conſtantium* Laureaco, *Maximum* Iuuauiæ, *Valentinum* Patauis, *Syluinum* Quintanis caſtris, *Moderatum* Ouilabi, & *Paulinum* Tiberinis: Quorum hodie ruinas per *Noricum Ripenſe* nominamus, *Viennam*, *Enſium*, *Salisburgum*, *Paſſauiam*, *Kyntzingen*, *Lambachum* & *Reganeſburg*. Hæc tam fœlix meſſis Chriſti, cum ad annos circiter 40. permanſiſſet, tandem Rege *Fethia* mortuo exaruit, filiis pietatem exuentibus, & *Giſa* vxore à Chriſtiana pietate quam alieniſſima, qua ex mutatione religionis, non ſolum dictæ omnes ſedes in ſolitudinem redactæ ſunt, verum etiam, victis & penitus exciſis Herulis, *Longobardi Marcha* quem deſcribimus tractum occupârunt, & poſt hos, poſteaquam habitationis anno 40. lares in Liguſticam Galliam mutaſſent, *Auares* gens Hunnica ſucceſſit, ad quos Beat. *Rudbertus* è Iuuauia, vbi eſt modo Salisburgum, cum miſiſſet *Sodomum*, *Cunaldum* & *Giſalaricum*, parte illorum ſacris vndis luſtrata, *Giſalaricus* ſecundus S. Fabianenſis Eccleſiæ Epiſcopus ordinatur, quem veriſimile eſt præceptoris ſui nomini in Fabianis poſuiſſe templum, quod ruinoſum renouatum eſt annis abhinc 300. & adhuc deſertum & ſpoliatum *Viennæ* ſupereſt haud procul ædibus noſtris. Huic poſtea *Haymonem* quendam B. *Virgilius* Iuuauienſis Epiſcopus ſuffecit, qui in Carnis ſimiliter *Modelhamum* ac *Modeſtinum* ex prædicatione Euangelii, Solien: Antiſtites conſtituerat. Poſt quæ ſæcula Auaribus non ſolum pietatem Chriſtianam exuentibus, verum etiam rupto limite in Boiarios excurrentibus, factum eſt, vt & ipſa ſedes *Fabianenſis* & reliquæ omnes *Norici* conciderint, donec Caroli Francorum Regis, quem Magnum cognominant, victoriis, limite vetere relato, atque

Præſules Fabianenſes.

Hayligſtat Auſtriæ.

etiam extento ad *Tiſciam* & *Drauum*, fides Chriſtiana in hac, quam deſcribimus, *Marcha* tertium iam exciſa refloreſcere cœpiſſet. Eius viri auſpiciis ac ſumptibus S. Petro Apoſtolo in *Fabiana* conſtituto fano, Theodorus quiſpiam loci Epiſcopus, ab *Arnone* primo, Iuuauienſi Archipræſule ordinatur, qui Capeanum Auarum principem, qui, Francorum beneficio, agrum inter *Sabariam & Carnuntum* poſſederat, Chriſto lucratus eſt, eique in luſtralibus aquis proprium *Theodori* nomen indidit, atque is poſt aliquanta ioterualla interpoſita, quartus extitit Fabianenſis Eccleſiæ Epiſcopus, cui immediate ſucceſſit quintus, *Otto* quiſpiam ab *Adelbino* Iuuauienſi Archiepiſcopo ordioatus, qui *Brynnonem* Morauiæ regulum, & Brynnæ conditorem ſacris in Traſmawer luſtrauit, ſub Gerholdo ſecundo Auſtriæ Marchione. Hunc ſecutus eſt *Orvvaldus* ſextus, Auarum in Fabiana Præſul, *Slauis* ſecus Danubium Euangelium Domini adnunciauit, ad quem extat in Decretis Rom. Pont. epiſtola, Ludouico Pio Boiariam, & *Baldricho* Marcham gubernantibus. Poſt hos ſeptimus, *Rudolphus* quiſpiam, è Fabiana Abrahamum Auarum Dynaſtam Chriſti ouili adiecit, eumque ad *Viſcham* amnem notiſſimum ſacris undis perluit. Conſecutus eſt octauus, *Irmenricus*, Ludouico ſecuodo in Boiaria regnaote, & *Orientalem* hanc Marcham *Ratibodo*, eiusque filiis *Wilhelmo* & *Engelſcalco* gubernantibus, qui Bulgaros tum in Pannonia degentes ad ſanctam doctrinam perſuaſit. Nonus S. Fabianenſis ſedes Antiſtes, *Wolgerus* extitit, Carolo Craſſo in Boiaria regnante, interficitur in acie à Morauis eorumque principe Swetibogo, vna cum heris ſuis *Poppone* & *Megigotho* Marchionibus. Decimum locum *Ratfridus* obtinuit, ab *Vrolpho* Laureacenſi Archiepiſcopo Fabianenſis Antiſtes conſecratus, auxiliante Beato Methodio Slauooicæ originis, *Mœmarum* Morauiæ principem ſalubri doctrina imbuit, & auſpiciis mox Arnolphi Imperatoris, *Tutundum* Auarum principem Chriſto vendicavit, ſub *Auſtria* ſiue *Orientalibus Marchionibus*, *Lupaldo*, *Babone* & *Rudigero* à *Pachlarn*; cui ſocios laboris in vinea Domini operanti Eugenius primus Pontiſex Romanus, *Methodium* in *Iuliomontio*, quod hodie corruptè *Olomuncium* dicitur, *Alcuinum* in *Nitrauia* & *Hattonem* in *Vetuaria*, Morauorum Epiſcopos, coniunxit, vt habet epiſtola quæ incipit: *Eugenius Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, Ratfrido S. Fabianenſis Eccleſia & Methodio Eccleſiæ Speculiulienſis, qua & Origiturenſis nuncupatur, atque Alcuino S. Nitrauienſis Eccleſia, parique modo Ammoni S. Vetuarienſis Eccleſia Epiſcopis, ſimul & Tutundo, nec non Moimaro ducibus & exercitibus plebis Hunnia, qua &* Auaria *atque* Morauia, & quæ ſequuntur de Eccleſiis in *Morauia* & *Auaria* per eos conſtituendis. Præfuit autem Eccleſiæ Fabianenſi *Ratfridus*, Arnolpho imperante, qui aduerſus Morauos, eorumque Regem *Svvetibogum* ſiue *Zvventenbaldum*, ex interiori Dacia *Cuſali* Hungarorum Regem cum euocaſſet in auxilium, vt Francicus non ſolum limes in *Marcha*, quam delineamus, deſereretur, verum totum adeo Imperium Francorum corrueret, cauſa fuit. Quippe Barbarus Rex mortuo haud ita multo poſt Arnolpho, fidei datæ oblitus, in ſocios arma conuertit, *Marcha* vna cum regno Boiario in poteſtatem redacta. Qua in excurſione tam *Laureacenſis* Archiepiſcopalis ſedes, quam ſubiectæ, *Fabianenſis* ac *Patauienſis*, eſſe deſierunt, & licet multis poſtea ſæculis, victoria de Hungaris ab Henrico ac Ottone hoc nomine primis relata, *Patauienſis* ſedes e ruinis vendicata fuiſſet, *Laureacenſis* tamen & *Fabianenſis* deſertæ inter vepres iacuerunt, etſi *Peregrinus* ac *Wichingus* quiſpiam, Patauienſes Præſules, ius ſibi metropolitanum, quod *Laureacenſes* habuerant, vendicaſſent, tamen *Fabianenſem* primum Henricus Claudus, Ottonis primi ex fratre nepos, reſtituit, cum *Marcha* ſcilicet, quam deſcribimus, opera & auſpicio *Leopoldi* & *Adalberti* Comitum *Babenbergenſium* eſſet recepta. Quo tempore *Aſcarichus*, qui & *Anaſtaſius*, poſt ſæculum peoe, Fabianis Epiſcopus conſecratus eſt vndecimus ordine, circa annum Domini 1009, qui ex eo loco *Geiſam* Hungarorum Regem ad Chriſti fidem ſua doctrina ac exemplo traxit, qui in baptiſmo *Stephanii* nomen aſciuit, & hunc ipſum Anaſtaſium abductum *Fabianis*, primum *Strigonii* Epiſcopum eſſe voluit. Poſt quæ tempora, etſi tractus ſitusque *Fabianenſis* ciuitatis recuperatus à duobus Comitibus Babenbergenſibus ſub fide Germanorum Chriſtianorumque maneret, locus tamen incultus, atque ſentibus obſitus, nulla hominum frequentia conſpicuus fuit, nedum ſede Epiſcopali, quam ad ſe *Patauienſis* totam ſicut & *Laureacenſis* traxerant, remanente. Quocirca factum eſt, cum poſterius *Leopoldus* quintus, qui ob vitæ cootinentiam inter ſanctos eſt relatus, venatoriam iſthic domum conſtituiſſet (cuius rudera in quadam domo noſtris ædibus proxima Pergkhof cernuntur, filius eius *Henricus* primus Dux Auſtriæ, captus loci amœnitate, domum ducalem adiecit. Cuius ergo, cum crebro *Vienna* habitaret, cœnobium pro *Scotis* ad terram ſanctam peregri-

Laureacen. & Fabian. ſedes deleta.

Primus Strigonii Epiſc.

nantibus,

nantibus, anno Domini 1158. conſecratum, & templum omnibus Sanctis, vtrumque extra mœnia veteris ciuitatis conſtruxit. In qua adhuc S. Petri fanum parochialem prærogatiuam habebat, quam & idem primus Dux, primo Abbati *Scotenſi*; vna cum ſacellis *S. Rudberti* ac *Pangratii* vetuſtioribus commendauit, eiusque iurisdictioni ſubiecit. Porro omnium Sanctorum Baſilicam, cui poſtea Patroni ſui B. Stephani nomen adiecerant, dedicauit *Reymbertus* Patauienſis Epiſcopus anno 1140. primo Parocho *Eberhardo* quopiam conſtituto. *Templi S. Stephani origo.* Quem ſecuti ſunt Parochi, *Burcardus* Præpoſitus Patauienſis, circa annum 1160. *Sigehardus* Canonicus Patauienſis, circa annum 1210. *Parochi Viennenſes.* *Petrus* Philoſophiæ Magiſter, in publica Viennæ habita Synodo, præſentia Cardinalis Guidonis S. Lucinæ Archiepiſcoporumque Salisburgenſium & Pragenſium cum ſuis ſuffraganeis, in Patavienſem electus eſt Præſulem A. 1266 *Gerbardus* Philoſophiæ item Magiſter, cœnobium Sanctimonialium ad Cœliportas, & domum leproſorum in Klagenpaum/ extruxit circa annum 1270. *Bernhardus Brambeck* ex Parocho *Viennenſi* in *Patauienſem* Epiſcopum electus eſt anno 1280. *Gotofridus* Parochus Viennenſis & Præpoſitus Patavienſis vixit circa annum 1310. *Pollio* ultimus Parochus Viennenſis anno adhuc 1350. in humanis erat. Quo tempore *Rudolphus* hoc nomine quartus templum *omnium Sanctorum* ſiue *S. Stephani* auguſtius reddidit, altiore teſtudine, ac turri excelſa & admirandi operis, adiectis, aduertensque animum ad propagandam religionem Chriſtianam ac honeſta ſtudia, duo eadem tempeſtate vtiliſſima & longe maxima decora perfecit, fundato *Gymnaſio* & *Præpoſitura* Cathedrali, maiorum ſuorum Parochiali templo adiecta, quæ ambo annuis reditibus ampliſſimis accumulauit, atque his initiis cum Parochi deſiiſſent, Præpoſiti ſucceſſere, quorum Catalogus ſic habet: *Initia Gymnaſii Viennenſis.* *Initia Præpoſituræ Viennenſis.* *Wernherus* à Rudolpho quarto deſignatus, ac rubeo veſtimento, in quo aurea crux nitebat, inſignitus, *Albertus* à *Garſio* primus ab Vrbano ſexto Rom. Pontifice Gymnaſii Viennenſis Cancellarius conſtituitur circa annum 1365. *Berchtoldus* circa annum 1380. *Præpoſiti Viennenſes.* *Ioannes* 1390. *Antonius* circa annum quadringenteſimum. *Wilhelmus Tuers* de nobili familia circa annum ſalutis 1421. *Albertus* Comes à *Schawenburg* circa annum 1440. *Iodocus Hauſner* circa annum 1460. creatus Cardinalis, & à *Friderico* tertio contra quendam *Maurkircherum* in Patauienſem Epiſcopatum poſitus. *Thomas* de *Cilia* nonus Præpoſitus Viennenſis, qui cum in Epiſcopum Conſtantienſem electus eſſet circa annum octogeſimum, Fridericus Imp. hoc nomine tertius, maiora animo cogitans, relata veteri ſede, etſi vetuſti decoris plane ignatus, *Leonem* à *Spaur* Tyrolenſem authoritate Pauli ſecundi Pontificis Max. *Viennæ* Epiſcopum dedit, ſubiecto illi *Virgilio Cantzler* Præpoſito, qui obiit anno 1503. *Leoni* Epiſcopo renouatæ *Fabianæ* ſiue *Viennæ* primo, ſucceſſit *Ioannes* Strigonienſis Archiepiſcopus exul, qui cum vix annum io hac ſede gubernaſſet, ad Metropolitanam Salisborgenſem aſcendit, & *Bernhardum* Baronem à *Ror* Auſtriacum habuit ſucceſſorem, cum ſede Metropolitana Salisburgenſi deiectus fuiſſet. Quo tempore, id eſt anno 1458., cum *Matthias* Viennam expugnaſſet, *Vrbanus* Agrienſis Epiſcopus Theſaurarius regni Hungariæ Regis Matthiæ authoritate quartus Viennenſis Præſul deſignatur, cui *Ioannes* Veſprinienſis ab eodem Rege ſurrogatur. Qui cum, mortuo *Matthia* Rege, ſolum vertiſſet, antequam de futuro Epiſcopo diſpiceret *Maximilianus* Cæſar, *Friderici* tertii filius, Rom. Rex, *Bernhardum* Baronem à *Polhaim* Auſtriacum adminiſtratorem dedit, qui ſedem Viennenſem annis pluribus quam decem gubernavit, Præpoſito exiſtente eiusdem Eccleſiæ Cathedralis *Iuſto Kaſman*, qui obiit anno 1510. Itaque cum Epiſcopum tandem *Maximilianus* iam Cæſar *Georgium* à *Slakonia* S. Sacelli Præfectum deſignaſſet, Præpoſitum ſimul dedit *Ioannem Buczium* Veldkirchenſem, fratrem Chirurgi Cæſarei, quem Graff Barbierer vocabant, & eius, quam in matrimonio Ioan. *Cuſpinianus* Poëta & Medicus habebat. Quorum obiit Præpoſitus 1517. Epiſcopus 1520. Ac Præpoſito quidem adhuc in viuis *Maximilianus* Cæſar haud procul morte ſua *Paulum* ab *Oberſtain*, I. V. D. Secretarium ſubſtituit, qui anno primum obiit 1544. Epiſcopatus vero, cum ob mortem Cæſaris & mutatam dominationem diu vacaſſet, adminiſtrante interim *Petro Bonomo* Tergeſtino Epiſcopo Auſtriæ Cancellario, tandem à *Ferdinando* Auſtriæ Archiduce, qui *Maximiliano* Cæſari in hæreditariis Prouinciis ſucceſſerat, circa annom ſalutis 1522. *Ioannes* à *Rauellis* Burgundus Eleemoſynarius, in ſede Fabianenſi confirmatur Epiſcoporum reuocatorum octauus, qui cum vitam cum morte commutaſſet anno 1530. *Ioannes* cognomento *Fabri* Leukirchanus Sueuus Theologiæ Doctor ad eundem apicem ſuſtollitur, quo & ipſo rebus humanis exempto, anno 1541. *Fridericus* cognomento *Nauſea*, Theologiæ & I. V. D. Eccleſiaſtes Moguntinus, Viennenſis Epiſcopus deſignatur, diligens

E ac

ac fœlix verbi diuini præco: Qui cum fideliter gubernaſſet decem annis, moritur in Concilio Tridentino anno 1552. & ſueceſſorem meruit *Chriſtophorum Werdvvein* S. Theologiæ Doctorem, Eccleſiaſten Ferdinandi tum Regis. Quo inter initia gubernationis extincto, cum ſedes vacaſſet annis continnis qninque, tandem *Antonius* à *Muglitio* Morauus, Cruciferorum per Bohemiam, Morauiam, Sileſiam & Poloniam Generalis Magiſter, à *Ferdinando* Cæſ. in Præſulem Viennenſem conſtituitur, qui, dum hæe ſcriberemus, ſedem verbo & opere illuſtrat, bonorum omnium ae muſarum inprimis Patronus ſingularis, & ad quem usque per Epiſcopos duos, Præpoſiti eiusdem Eccleſiæ fuêre, *Ioannes Roſinus* Poëta & Orator ex Præpoſito Clareuallenſi in *Zvvetel* Paulo ſubrogatus, ſed cum anno vix præfuiſſet, ſucceſſorem habuit, *Ioannem Sauer* Theologiæ Doctorem Eceleſiaſten regium. Huic, cum reſignaſſet anno 1554. ſubrogatur à *Ferdinando* Rege, *Martinus Bondenarius* I. V. D. & Primarius illius in Gymnaſio Viennenſi Profeſſor, & illo mortuo anno 1557. *Matthias Werdvvein* S. Theologiæ Doctor, qui in hunc vsque diem Præpoſituræ fœliciter præeſſe dignoſcitur. Quoniam vero Viennæ mentio facta eſt (quam veteris *Orientalis Marchæ*, poſt *Medlicenſe* munimentum, Caput &

Viennæ nominis origo. Metropolim extitiſſe conſtat, in diplomatibus paſſim vetuſtis *Wianam* & *Wiennis* appellatam, truncato veteri Rom. nomine, vt ex fundatione *Scotenſis* in ea cœnobii, ac Ottone Friſing. lib. 1. de vita Friderici primi cap. 32. animaduertere eſt, nimirum vel à eohorte *Fabiana*, quæ ſub legione X. Germ. eo loci ſtatiua habuerat, cuius mentionem facit Eugippus in hiſt. B. Seuerini, horum finium ſub Gelaſio Pont. Apoſtoli, & Cippus à me repertus, in quo *Marciani* duumuiri municipii Vindobonæ & Præfecti eohortis *Fabiana* nomen exprimitur, vel ab Ala *Flauiana*, quæ itidem ſub X. Legione ſtationem tenebat, vt aliquot Annales & monumenta reperta teſtantur, quæ his annis hic eruta ſunt, cum inſcriptione *T. Flauii verecundi magiſtri equitum Ala Flauiana Milliaria &c.*) Iniurias hanc aliquoties ſuſtinuiſſe reperio, inflammatam ſcilicet ac pene in cineres verſam annis à ſalute noſtra 1264. 1276. 1308. 1318. 1526. Obſidiones quoque nonnullas tollerauit, in quibus & deditionem & expugnationem experta fuit, anno videlicet 1235., pulſo Friderico Duce, qui in Imperatoris indignationem tum inciderat, Fridericus II. Imp. deditam in Imperii fidem accepit, conſtituto ibidem Præfecto *Bernhardo* Comite ab *Eberſtain*, quo tempore & libera Imperii vrbs deſignata Prætorem ac Ludimoderatorem à Cæſare accepit nouis inſignibus Aquilæ Aureæ ornata. Sed cum rurſus, nondum exacto decennio, Principi ſuo reddita fuiſſet, illo ad *nouam Ciuitatem* in acie victore tum ab Hungaris occiſo, eum nullam maſculam prolem reliquiſſet, male adminiſtrantibus duabus viduis, Hungaris præda obiecta, à Rege ipſorum *Bela* expugnatur anno 1272. Expugnata demum & à *Matthia* Hungarorum Rege anno 1477., & obſeſſa à *Solymanno* Turcarum tyranno nequicquam anno 1529.

LIBER III.

QVam hodie Prouinciam ſupra *Anyſum* vocant, *Boi* tenuere, vna cum proximo *Boiohemo* & *Vindelico*: Hine *Boiorum deſerta* Straboni lib. 4. & 7. Plin. lib. 3. cap. 24. ab *Oeno* vsque ad *Pannonica* confinia deſeribuntur. Manſerunt veſtigia veterum colonorum, *Boiodurum*, vbi eſt modo Batauia Epiſcopalis, *Boirbach*, *Boienſtain*, *Boichavv*, *Boirn*, *Boirſchling*, *Boiſtling*, quæ corruptè hodie vocamus *Baſſavv*, *Bubenſtain*, *Buchavv*, *Beurn*, *Byelach*, *Bieſting*, *Bierſtling*. Hac gente pulſa ex ſaltu Bohemico à *Marcomannis*, eius quoque ſobolem ex *Alpibus Noricis* Druſus Cæſar Auguſti priuignus, vt Florus & Horatius ſcribunt, vna cum *Tauriſcis* & *Geſatis*, cæterisque Gallicis tribubus eiecit. Scribit enim Strabo, *Boios* à Dacis eiectos, ad *Tauriſcos* transiſſe, qui loco circa Iſtrum tum incolebant. Ipſos quoq; *Tauriſcos* è ſaltu Hyrciniæ à *Bois* ante fuiſſe profligatos, idem author eſt. Hæc fuit mutua ſucceſſio earum gentium, quarum nomina tantum locorumque ad poſteritatem venerunt. Vt Taciti verbis vtar: Manet adhuc *Boiohemum*, ſignatque loci veterem memoriam; vnde *Tauriſcos* vltra Danubium *Boi*, ipſos vero *Boios*

Gentes ſuper Anyſum. *Marcomanni*, rurſusque *Marcomannos Zechi Slauini*, qui rerum iſthic adhuc potiuntur, profligârunt. Hinc *Boigreich* in Auſtria à *Bois* Styriæ Comitatus peruetuſtus

à *Tauriſcis* latc per *Alpes* ad *Drauum* usque fluuium excurrens denominatus permanſit. Sic igitur quemadmodum *Tauriſcos* in *Norico Ripenſi* ſccus Danubium Strabo dcpingit, ita Plinius lib. 3. cap. 25. in *Claudio monte* ad *Drauum Tauriſcos* & *Scordiſcos* commemorat: nec abludunt noſtra ſæcula, ſi nomina reſpicias. Qui enim fuit *Styria* Comitatus anguſtior paulo verſus Danubium, *Marcha* fuit poſterius, patentior agcr iu mediterraneis verſus *Drauum*, quem in Ducatum poſtea *Fridericus* primus conucrtit. Eodem adhuc hodie luſigni *Panthera alba in viridi clypeo*, cum vetcri Comitatu & *vrbe Styra vtitur*. Porro Romani, cum Druſi armis & Auguſti Cæſ. auſpicio eum tractum à *Danubio* & *Oeno* vsque ad *Drauum* & *Catium* montem ſui iuris feciſſent, quoniam latè exporrectns ab vno Præſidc gubernari non poterat, in duas Prouincias ſubdiuiſcrunt, quibus, Teutonicam ſequentes pronunciationem, corrupta Germanica impoſuerunt, huic quidem *Italiæ* viciniori, & in *Carnos* protenſæ *Noricum* Mediterraneum, illi vero ſecus *Danubium*, *Noricum Ripenſe*, quam modo *Auſtriam ſuper Anyſum* dicimus. [Norici diuiſion.] Sic enim Septentrionales populos Germani vocarc conſueuerant *Nordgavver*, qui tum ad *Iſtrum* erant ſub Romanorum tributo, quorum potcntiam cum hi grauem ferrcnt, promotis agris, ac *Iſtro* ſuperato, In veterem ac liberam Germaniam transmigrauêre, ubi hodic eſt *Nordgouia* & *Noricus* mons, *Nureberg* Francis vicina. Fuit igitur *Noricum Ripenſe*, quam modo *Prouinciam ſupra Anyſum* dicimus, quod nomcn etſi Romana adminiſtratione ante annos mille & centum peſſumeuntc abſerit, gentibus ordine inundantibus, *Hunnis*, *Gottis*, *Scyris*, *Sueuis*, *Longobardis*, *Auaribus*, tamen vocis corruptæ vcl vmbra quædam manſit in montc ac agro illo, quem Haußrük appellamus. Nam barbaræ gentes, de quibus diximus, *Ripenſe* Latinum cum vcllent cxprimere, in Ruck/aſperum & ſibi familiare detorsêre. In ea Prouincia (cuius pertinebat adminiſtratio ad Prætorium Illyrici Occidentalis, quod *Carnunti* in *Pannonia* prima vel *Syrmis* fuerat, & cuius Præſes poſt Conſulem inferioris *Germaniæ*, Legatum Conſularem *ſuperioris Pannoniæ*, Correctorem *Sauiæ Pannoniæ*, Legatum *Dalmatiæ*, Ducem *Valeriæ*, Præſidemq; equeſtrem, *Norici Mediterranei*, ſeptimum ac vltimum habuerat locum) duas Rom. colonias M. Aurelius Imp. deduxit, coloniam *Laureacenſem* vcl *Laureacum* & coloniam *Aurelianam*, quarum illam, acceptis literis Laureatis de victoria à Marcomannis relata, (cuius ſubinde authores, Capitolinus præſertim, Eutropius, Oroſius & Lucianus in Alexandro mentionem faciunt) ab euentu ita nominauerat, & cuius rudcra cum renouarent Germaniæ populi, truncato Romano nomine, & ultima ſyllaba (cum monoſyllabis gauiſi fuerint) retenta, Enſes vocabant, vcluti alterius non ita procul diſſitæ nomen *Aureliana*, in *Lyancz* & *Lyncz* deflexerunt. [Coloniæ Norici.] Ac *Laureacum* quidem non ſolum coloniæ honore ab Antonio Imp. decorata fuit, verum etiam cum Chriſtiana pietas ſub Philippo Cæſ. floreſcere cœpiſſet in *Norico*, Epiſcopii ſedes facta eſt, in qua ſederunt ſub Decio Diocletiano & Numeriano, *Laurentius*, *Eleutharius*, *Quirinus*, *Maximilianus*, & cum Romana perſecutionc doctrina Chriſti deſiiſſet, rurſus poſt Attilæ deuaſtationem B. *Seuerini* auſpicio, *Conſtantinus* in Laureaco Antiſtcs fuit, quam ſedem in Metropolitanam deindc Symachus Papa conuertit, *Theodoro* quodam Archiepiſcopo conſecrato, quem ſccuti ſunt *Wilo*, *Gerhardus*, *Waldericus* & quidam alii, quorum ſub Ottonibus *Peregrinus* vltimus fuit. In eadem vrbe & regiam veteres Duces Boiorum tenuerc: Quorum *Thaſſilo* Carolo Magno Imp. ob filii Guntheri obltum, haud ita procul Krembßmünſter/ cœnobium condidit. Reliquis locis, paſſim à ſtationibus militum Rom. qui perpetuo ibi ſub Legione tertia fœlice excubant ad Danubium aduerſus oppoſitos Germanos, nomina ſunt indita. *Boioduro* ad confluentes *Oeni* & *Danubii*, à *Batauorum* cohortc Batauia, quam à *Boiorum* etiam nemore *Boiſſavv* appellamus, ab *Ala Auriana* (cuius ab *Oeno* flu. verſus *Alpes* Tacitus etiam lib. 19. ab initio mentionem facit) Ried. Præterea à Legionis tertiæ ſœlicis ſtatiuis proximum fœlicem nominârunt, quem modo vel à flumine perfluente Traunſee/ vel à municipio proximo Gmundnerſee/ vocamus. Extat mentio illius in itinerario Antonini. A *Geſatis* deniquc veterum Gallorum reliquiis *Geſſodunum*, quam Germani vocem in Gaſten, Gaſtenthal/ detorſeruuts Ab *Ambidrauorum* mcmoria, Drauna flu. dominatum manſit, à *Suanetis Schvvindavv*, *Geſchvvend*; à *Mugillonibus*, quorum ad nemus *Boiohemi* meminit Strabo, *Muchel*, à *Gabromago Grobming*. His Carolus Magnus Imp. cum hanc Prouinciam *Auaribus* ereptam, Francico nomini vendicâſſet, & *Marcham Orientalem* Francici Imperii ad Pannoniarum confinia extendiſſet, Oſtenriche, gentilicia lingua dictam, iu ſua illa memorabili, quam Eginhardus eius Notarius dcſcribit, nauigatione & procinctu contra Auares ſuſcepto, adiecit *Saxinam* & *Artagrunam*, quarum illa in

ru
inas

ruinas conceſſit, & *Saxen* nominatur, altera manet & *Grana* vulgo dicitur, vbi ſunt Danubii cararactæ, quarum Strabo etiam meminit; vulgo Struden vnd Werffl. Etſi autem à Caroli Magni tempore, usque ad Ludouicum, familiæ nobiliſſimæ vltimum, *Marcha Orientalis regni*, vulgo Oſtenreich/ vel vt Sacerdotes Francorum larinè vocabant, *Auſtraſia*, vel *Auſtria*, ab *Arrabone* flu. Pannoniæ ſuperioris vsque ad *Oenum* excurrerir: factum eſt tamen poſt multas clades, partim à *Morauis* & *Slauinis*, partim ab *Hungaris* acceptas, multis ordine Marchionibus vel occiſis, vel profligatis, quorum in *Auſtria* inferiori meminimus, vti limes Germanici nominis in anguſtias redactus tandem ad *Anyſum* conſtitueretur,

Marcha in anguſtias redacta.

vbi ſupra *Laureaci* veteris ruinas, *Henricus* Dux, Henrici Imp. quem Aucupem vocant, filius, & Ottonis primi Imp. frater, in monticulo munimentum conſtruxir *Anaſſaburgum*, vbi modo eſt *Enſium*, ibique *Ratoldum* quendam Comitem à *Sempt* & *Eberſperg* Bcium præfecit, cuius ſtatua equeſtris, ad ſtatuam equeſtrem *Henrici* Ducis, vt intererant prælio aduerſus Hungaros, in templo *Maurkirchenſi*, haud procul *Praunavia*, adhuc cernitur. Ab eo rempore Prouincia, quam tibi lector hic damus, *Marcha Boiarica* dicta fuit, Ducibus Boiorum ſubiecta, per proprios Marchiones gubernata, quorum fuêre ante *Ratoldum*, *Albertus* & *Ottocarus* ſub *Pipino* & poſt hos *Svvidigerus*, quem Pipino in auxilium veniſſe contra Taſſilonem, Eginhardus ſcribit. Poſt *Ratoldum* non pauci, qui *Eberhardi*, *Sigenhardi*, *Erbonis*, *Theuderici*, *Eberhardi*, *Berchtoldi*, *Raſſonis* ſiue *Gafradi* à Comitibus à *Dreſſen* oriundi, *Sigefridi*, *Burcardi*, *Leopoldi*, *Chunradi*, *Henrici*, *Alberti*, *Engelſcalci*, *Alberti*, *Arnoldi* & *Gotofridi* nomina præferebant: Quorum non tam ſtirpe deficiente, quam caſu, cum inrerea *Babenbergenſium Leopoldi* & *Alberti* Comitum virtute ac auſpicio, pars limitis *Orientalis* verſus Pannonias recuperata eſſet, Ottonis tertii

Marcha Boiarica adiecta Orientali.

Imperio contigerat poſterius, vt ob obſeruantiam remiſſam, *Welphones*, qui rerum in Bois potiebantur, à Chunrado tertio proſcripti, Boiorum Ducatu exuti fuiſſent, isque Principatus à Cæſare Chunrado in fratres vterinos, *Leopoldum* & *Henricum*, filios S. *Leopoldi Marchionis Orientalis*, ſiue vt iam vocamus *Auſtria*, translatus eſſet. Quo Boiorum Ducatu tum quidem à *Lyco* ad *Anyſum* exporrecto, cum facta conciliatione ſub Friderico primo Imp. *Henricus* S. Leopoldi filius ſponte precibus Cæſaris & Imperii ordinum victus ceſſiſſet, in recompenſam, vt vocant, Cancelli, diuiſo Ducatu, partem illius *Orientalem* ab *Oeno* flu. ad *Anyſum* (hoc eſt antiquam Marcham Boiariæ tribus Comitatibus Francorum veruſtis claram, *Gryeſpacenſi*, *Machlandienſi* & *Styrienſi*) Cæſar, conſenſu Electorum Imperii, in Comitiis Rariſponenſibus, Rege primo Bohemiæ *Wladislao* ſententiam promulgante (vt verbis diplomatis vtar) *vetuſtiori limiti Imperii*, hoc eſt *Marcha Orientali*, ſiue *Auſtria* paulo ante recuperatæ ex Hungaris & immediate Imperio ſubiectæ coniunxit, atque ex coniunctione duarum Marcharum *Orientalis*, ſiue *Auſtria* & *Boiarica*, ſiue ſuper *Anyſum*, vnum iſtum Ducatum authoritate Imperiali, ex voluntare omnium

Ducatus Auſtriæ initia.

Electorum, Principumque conſtituit: eumque in beneficium idem Fridericus Imp. *Henrico* Marchioni S. *Leopoldi* filio, eiusque coniugi dilectiſſimæ *Theodora* Græcæ conceſſit. Eius rei commemoratio extat apud Ottonem Friſingenſem S. *Leopoldi* ſcilicet filium, lib. de hiſtoria Friderici primi Imp. I. cap. 7. & cap. 32. ad quod alludens canit Ligurinus eius ſæculi Poëta:

E quibus ille duo pariter tradenda reſignans,
Auſtria iura viro pariter ceſſura reliquit.
Marchia tunc tellus erat hæc, nunc vero Ducatus!
Namque volens priſci defendere nomen honoris
Rex patruo, cum tres Comitatus ille tenerer,
His quaſi compactis & in vno corpore iunctis,
Conſilio ptocerum celebrem dedit eſſe Ducatum.

Atque ab eo tempore, quod fuit à nato Chriſti 1156. anno, rurſus vetuſtus limes Orienralis Francorum, vt à Carolo Magno conſtirurus fuerat, in Integrum rediit, & ex duabus Marchis vna facta, eademque locupletata, in *Ducatum Auſtria* euecta fuit, ab eodem, de quo locuti fuimus, Friderico primo. Quam non ita multo poſt Fridericus ſecundus, anno 1246. in regnum primum Orientale, deinde cum *Fridericus* Princeps deliquiſſet, in Archiducatum conuertit:

Archiducatus Auſtriæ initia.

Quem, deficiente familia Comitum *Babenbergenſium*, *Rudolphus* ex Comite *Habſpurgenſi* Cæſar, victo in acie & occiſo *Ottocaro* tyranno Imperii hoſte, filio ſuo *Alberto* contulit, à quo originem ducunt, qui iam rerum in *Auſtria* potiuntur. Porro in

eadem

eadem Prouincia ſuper *Anyſum*, de qua præfati antea ſumus, vetuſtiſſima omnium ſedes Metropolitana fuit in *Laureacenſi colonia*, auſpicio S. Quirini, quem Philippi primi Cæſ. filium fuiſſe quidam autumant, poſita, cuius diœceſis per totam *Germaniam*, *Pannonias* ac *Slauorum* terras propagata fuerat. In qua ſederunt ordine poſt *Laurentium*, *Eleutherium* & ſupradictum *Quirinum*, qui ad *Sabariam Pannoniæ* ſub Decio paſſus fuit, *B. Maximilianus Celeienſis*, in patria ſua ſub Numeriano coronatus. Ideoque ob continuas perſecutiones deleta ſede, poſtremò illa Anaſtaſio imperante Gelaſii Rom. Pontificis ac B. Seuerini Rauennatenſis ductu relata fuit, *Conſtantio* iſthic quondam Præſule deſignato, cuius Euodius ac Eugippus à me reperti authores mentionem faciunt. Cui *Theodorus* ſucceſſit à Symmacho Rom. Pontifice circa annum 419. conſecratus, vt habet epiſtola Pontificis quæ incipit: *Symmachus Sanctæ Apoſtolicæ ſedis Dei gratia Epiſcopus, Reuerendo & Sanctiſſ. Theodoro fratri, Sanctæ Laureacenſis Eccleſiæ Archiepiſcopo.* In qua hæc etiam verba leguntur: *Quod vtpote ab eiſdem Apoſtolis fundata Eccleſia, maiorum more libenter indulſimus, ad oſtendendum te Magiſtrum & Archiepiſcopum, tuamque ſanctam Laureacenſem Eccleſiam Prouinciæ Pannoniarum ſedem fore Metropolitanam.* Porro qui hunc *Theodorum* in ſede Laureacenſi ſit ſecutus, non conſtat, niſi quod circa annum Domini. 534. *Agapitus* Rom. Pontifex ad *Gerhardum Laureacenſem* Metropolitam epiſtolam dedit, in qua hæc nominatim verba leguntur: *Laureacenſem itaque vrbem inuenimus antiquitus Metropolitanam fuiſſe, & Archiepiſcopis ſedem, cui ſanctitas tua præeſſe dignoſcitur, ſicut in priuilegiis authenticis ad nos videlicet à te directis legimus. Igitur inuentis quibuſdam exemplaribus chartis vetuſtate admodum detritis in Archiuo S. Petri, reperimus, hanc videlicet in exordio naſcentis Eccleſiæ, & in immaniſſima Chriſtianorum perſecutione, à Doctoribus iſtius ſedis Catholicæ fidei rudimenta percepiſſe, & exinde à ſuccedentibus in ſuperioris & inferioris Pannoniæ Prouincias eiuſdem fidei gratiam manâſſe &c.* Hunc ſecuti ſunt Archiepiſcopi ordine *Laureacenſis* in *Norico Ripenſi* coloniæ, ab anno ſalutis 550. *Erchenfridus*, quo tempore B. *Rudbertus* Boiorum Apoſtolus apud Iuuauiam floruit, *Wylo*, *Bruno* (ſub quo Grymoaldus à Dagoberto Francorum Rege, Bois Dux fuit deſignatus) *Theodorus*, *Sydonius*, *Gerhardus*, pro cuius reſtitutione Moguntinus Archiepiſcopus, Donno Rom. Pontifici ſcripſit, anno 696., & ad quem Leo ſecundus Papa elegantem & longam epiſtolam & Pallium miſit, cum pulchra & pia adhortatione, qua vſum Pallii explicat. Hunc ſecutus eſt *Vuylo*, cui Zacharias Pontifex Rom. *Bonifacium Wunifridum* commendauit, atque ut vna cum illo diæceſes Boariæ reformaret, commiſit anno 740. Poſt quem ordine ſequuntur *Syndonius* ſecundus, *Anthelmus*, *Waldericus*, *Vrolphus*, qui *Raſfridum Fabianenſem*, vbi eſt hodie *Vienna Auſtriæ*, *Methodium Iuliomontenſem*, vbi nunc *Olomucium* Morauiæ eſt, & *Alcuinum Niteauienſem* Epiſcopos conſecrauerat, adhortante Pontifice Rom. Eugenio, vt perelegans epiſtola ad ſupradictos teſtatur, vbi hæc nominatim verba ſunt expreſſa: *Ab hac S. Rom. matre Eccleſia, vobis eum rectorem tranſmiſimus, atque in præfatis regionibus* Huniæ, *quæ &* Auaria *appellatur*, Morauiæ, Pannoniæ *&* Mæſiæ, *Apoſtolicam vicem noſtram, & ius Eccleſiaſticum exercendi, & vſum ac pietatem anteceſſorum ſuorum, videlicet Laureacenſis Eccleſiæ Archiepiſcoporum, ſibi ſucceſſoribusque ſuis Canonica authoritate committimus, atque huius conſtitutionis Decretum noſtra ſubſcriptionis priuilegio roboramus, pallium quoque iuxta antiquam conſuetudinem ſanctitati ſuæ dedimus, &c.* Poſtremi igitur eiuſdem vetuſtiſſimæ Eccleſiæ Antiſtites reperiuntur, circa annum Domini 807. *Reynhardus* 819. à Paſchali Papa confirmatus, *Heruvicus* 844. *Erinricus* 895. *Wichingus* ab Hadriano ſecundo confirmatus, qui pulſus ab Hungaris, deſtructo *Laureaco*, vltimus extitit, licet *Bataulenſes* eo mortuo titulum Lauracenſium Metropolitanorum vſurpârint, *Engelmarus*, *Richardus*, *Burchardus*, *Gumpoldus*, *Gerhardus*, *Adalbertus* & *Peregrinus*. Cui licet Benedictus tertius ius Metropolitanum confirmârit, ſedemque veterem deſignâſſet, ſcriptis ea de re literis ad Ottonem primum Imp., *Rodbertum* Moguntinum, *Theodericum* Treuirenſem, *Gereonem* Colonienſem, *Adalbertum* Magdeburgenſem, *Fridericum* Iuuauienſem, & *Adeldingum* Bremenſem: tamen Prouincia ab Hungaris occupata, conſequi poſſeſſionem nequiuit, atque ita deſiit in *Pannoniis* ac *Norico Ripenſi Vindeliciaque Laureacenſis* Metropolita, & ſucceſſit *Iuuauienſis*, qui ſuffraganeus *Laureacenſis* antea fuerat in *Norico Mediterraneo*. Fuiſſe vero *Laureacum* regiam Boiorum Regum, Carolo Magno etiam imperante, hiſtoria Guntheri docet, ob quem ab apro in venatione interfectum, pater Thaſſilo haud procul *Laureaco*, in loco necis monaſterium Krembſmünſter exorſus eſt, victusque poſtmodum & captus à Carolo Magno, in memoriam veteris regiæ, prope Bormatiam *Laureacenſe* cœ-

Epiſcopi Laureacenſes.

In Enſe ſedes regum.

nobium

Veteres Comitatus ſuper Anyſium.

nobium conſtruxit, in quo cum filio *Theodone* ſepultus eſt. Porro in eadem Prouincia tres quondam peruetuſti ac nobiles Gomitatus fuêre, *Gryſpacenſis* ſiue *Paylſtainenſis*, *Machlandia* ac *Styria*, quibus quartus poſtea *Schavvnburgenſis* acceſſit. In primo claruerunt ab anno milleſimo, *Sighardus*, *Waltherus*, *Chunradus*, *Henricus*, *Chunradus*, *Sigefridus*, *Henricus*, *Sighardus*, *Hermannus* & *Otto*, vltimus ſuæ gentis, qui anno vixerat 1280. In ſecundo vltra Danubium verſus Bohemicum ſaltum Comites, *Purckhuſiani*, authores cœnobiorum *Reytenhaslach*, *Paungartenberg*, *Erla*, *Wilbering*, *Walthauſen*, ad famam venerunt, ab anno milleſimo *Hardvvicus*, filius *Erbonis*, aduocati de *Rantesbouen*, primi Burggrauii Ratisponenſis, *Botho*, qui in Hungariam lares murauit, *Gebhardus*, *Sigehardus*, *Gebhardus*, *Otto*, *Vlrichus*, *Sigefridus*, *Otto*, *Cholo*, *Vlrichus*, *Waldchono*, *Fridericus*, *Ortolphus* & *Fridericus* poſtremus, qui vixit anno 1240., qui à ſedibus interdum Comites *Wilberingenſes*, de *Klam*, *Klingenberg*, & *Gruonberg* nominantur. In tertio Comitatu Styriæ, à Chunradi ſecundi temporibus fluxêre, *Ottocharus* primus, qui Comitatum *Anasberg* ex Imperii beneficio poſſederat, *Ottocharus* ſecundus, qui Garſten, cœnobium eorum finium exorſus eſt, *Bernhardus*, *Ottocharus* tertius ex ſorore S. *Leopoldi* Auſtriæ Marchionis genuit *Hedericum*, *Rudolphum*, *Leopoldum*, & *Ottocharum* quartum, cui in *Noricum Mediterraneum* vsque Henricus quartus ditionem propagavit ad *Drauum* usque amnem, & Marchionem Styriæ appellauit, *Albero* & *Ozi* fratres Comites, *Leopoldus* Imperii Vicarius, *Leopoldus* Marchio autor *Runia* cœnobii in Styria, *Dietboldus* Comes, *Ottocharus* Marchio author cœnobii *Varavv*, *Henricus* Dux de Sancta Margaretha, *Dietboldus* Comes, *Ottocharus* Dux Styriæ primus, & ultimus ſuæ gentis, *Gundocharus*, *Ottocharus*, *Ortolphus*, *Gundoccarus*, *Gottofridus*, *Dietmarus*, *Vuezilo*, *Imbridus*, *Gundoscarus*, *Otto*, & *Ottelius*. Ab hac proſapia initia ſua repetunt, Domini à *Loſenſtayn*, Domini à *Starhenberg*, & quæ familiæ interciderunt, Barones à *Berneck* in Styria, & Domini à *Hohenburg* in Auſtria, ideoque omnes in armis Pantheram ferunt, auribus & ore ignem eiaculantem, coloribus modo variatam. In quarto denique Comitatu *Schavvnburg* ab anno milleſimo & ſeptuageſimo claruêre, *Vuolframus*, *Eberhardus*, *Henricus*, ſepulti in cœnobio Elſenbacgen Boiariæ, quod fundârant, *Rudolphus*, *Bernhardus*, *Henricus*, *Adolphus*, *Rapato*, *Hadamarus*, *Gottofridus*, *Chunradus*, *Henricus*, *Bernhardus*, *Vuilhelmus*, *Fridericus*, *Henricus*, *Lutoldus*, *Henricus*, *Henricus* alter & tertius, *Bernhardus*, *Vdalricus*, *Ioannes*, *Albertus*, *Georgius*, *Sigiſmundus*, *Fridericus* Archiepiſcopus Salisburgenſis, *Vuolfgangus*, *Bernhardus*, *Georgius* cum filiis *Ioanne*, *Andrea* & *Vuolfgango*, qui ſuperiori anno poſtremus nobiliſſimæ gentis ſine liberis obiit. Porro qui auream Pantheram in rubeo clypeo vſurpant, propago *Styrienſium*, Dominî à *Loſenſtayn* claruêre (ab anno 1170.) *Emericus*, *Dietmarus*, *Theodericus*, *Berchtoldus*, *Gundoccarus*, *Rudolphus*, *Sigefridus*, *Dietmarus*, *Bernhardus*, *Berchtoldus*, *Georgius* præfectus *Eberſpergenſis* anno 1477. *Achatius*, *Georgius* Iudex Ducatus *Auſtria*, & qui noſtro ſæculo vixerunt, & in viuis ſunt, *Chriſtophorus*, *Dietmarus*, *Iohannes*, &c. In *Starenbergenſi* vero, qui ceruleam Pantheram in albo campo gerunt, Domini arcis *Wildberg*, *Pirhenſtain*, *Lobenſtain*, *Rapoltenſtain*, *Ryedesk*, *Schonpuhel*, ad famam venerunt ab anno Domini 1100. *Duringus*, *Adalramus* author *Seccouienſis* cœnobii, *Marquardus*, *Gundoccarus*, *Ioannes*, *Albero*, *Wilhelmus*, *Otto* ad Minoritas Viennæ ſepultus anno 1342. *Rudigerus*, *Sigiſmundus*, *Caſpar*, *Gundoccarus*, *Vlrichus*, *Ioannes*, *Bernhardus*, cuius liberi ex *Anna Stubenbergenſi* fuere, *Gadoldus* & *Hedvvigis*, *Ioannis à Kranichperg* vxor, *Georgius*, *Caſpar à Bernhardo* Comite à *Tyrnſtain*, *Kulb* ac *Wolfſtain* Legatione acquiſiuit, *Stephanus*, *Rudigerus*, qui ex tribus coniugibus *Puechamia*, Comitiſſa à *Matſch*, & *Vlrici* à *Dagſperg* filia, nullam prolem reliquit, author Parochiæ Wolfgersdorfenſis, *Gothardus*, *Balthaſar*, *Georgius*, *Bartholomæus*, cuius filii *Ioannes* & *Eraſmus* noſtro ſæculo claruêrunt, & *Ioannes* filios *Hieronymum*, & *Paulum Iacobum* procreauit, *Eraſmus* vero *Ludovicum*, *Georgium*, *Rudigerum*, *Gundoccarum*, *Henricum*, *Gregorium*, *Eraſmum*, *Mariam Salomem*, *Annam*, *Elſam*, *Barbaram*, *Magdalenam*. Ad hæc in *Bernecenſi* proſapia, qui Gratzium ac agrum finitimum poſſederant, & *Domini* à *Gratz* & *Berneck* nuncupabantur, atram Pantheram in albo gerentes, claruêrunt, ab anno 1100. *Gundoccarus* & *Dietmarus*, *Ottoccarus* & *Ortolphus*, *Gundoccarus* & *Dietmarus*, *Gundoccarus*, *Wezzilo*, *Imfridus*, *Dietmarus*, *Gundoccarus* anno 1320. *Chunradus*, *Henricus*, *Ottelius*, *Otto*, *Ioannes*, *Eraſmus*, *Riedlinus*, *Offo*, *Martinus*, *Rudolphus* præfectus Styriæ anno 1340. *Eraſmus*, *Ioannes*, qui *Stubenbergiam* in coniugio habuerat, & *Ortolphus*, qui *Vngnadinam*, *Georgius*, *Vuilhelmus* Styriæ præfectus de anno 1420. *Ioannes*, *Vlrichus*, *Matthæus*, *Theodericus*, *Henricus*, *Wilhelmus* præfectus curiæ Friderici tertii, triplici connubio clarus, *Starhenbergia* Comitis à *Corbavv* filiæ & *Liechtenſtainia* à *Muravv*, vnde filias

Marchionum Styriæ origo.

Barones nobiliores ſuper Anyſium.

Domino

Domino à *Wynden*, Domino ab *Aurſperg* & *Fiechtenberger* collocauerat, *Vuolfgangus*, *Vuilhelmus* tertius, qui liberos ex *Oſanna* coniuge procreauit, *Vuilhelmum* quartum poſtremum ſtirpis, *Matthaum*, *Bartholomaum*, *Stephanum*, *Sebaſtianum*, *Heduvigem*, *Thoma* Comiti *Pozzingenſi* nuptam, & *Richardam*, *Vuilhelmo* Domino Ungnad nuptam anno 1446. Noſtrum ſæculum filias duas ſuperſtites vidit, *Mariam* & *Magdalenam*, quæ ex *Chriſtophoro* à *Racknitz Mauritium* tulit, Baronem doctum ac humanum, qui nuper obiit. Superſunt eadem in Prouincia ex regulorum ordine Barones plures alii, videlicet à *Scharpſenberg*, *Wolkeſtorf*, *Polhaym*, *Praga*, *Truna*, *Hohenfeld*, *Celking*, *Preſing*: Reliqui interciderunt, de *Capella*, *Vualſee*, *Ror*, *Dagsberg*, *Sumeravv*, *Ryed*, *Neuhaus*, *Lyehnſtain*, *Lobenſtain*, & *Draunerſtain*. Hos ſequuntur Equites à *Vueſen*, *Berg*, *Arenberg*, *Swangavv*, *Greisneck*, *Reyffnberg*, *Gryeskirther*, *Vnard*, *Zebing*, *Reycherſperg*, *Eggenberg*, *Schluſſelberger*, *Von der Naren*, *Vuolffſtainer*, *Ruſpeck*, *Stainpeck*, *Lampeck*, *Vuinckler*, *Moſprunner*, *Katznprunner*, *Haſelberger*, *Friczendorffer*, *Pliczperger*, *Aprechſperger*, *Graſendorfer*, *Synczenperger*, *Neurnburger*, *Fleckeneker*, *Vueydner*, *Zollenhofer*, *Paungartner*, *Lautzenperger*, *Mulhamer*, *Hohenecker*, *Preyſetker*, *Perckhaymer*, Mariſcalci de *Reichenavv*, *Inderſeer*, *Sigharder*, *Schiffer*, *Kirchperger*, *Stadler*, *Lagelberger*, *Aſpang*, *Mulhanger*, *Rorbacher*, *Oberhamer*; & quæ familiæ aliunde eo commigrârunt, *Gyenger*, *Mamynger*, *Ilſing*, *Meckavv*, *Preſing*, *Flushard*, *Ferrenberger*, *Gruentaller*, *&c.*

LIBER IV.

Boiorum regnum & vetuſtate & latitudine ampliſſimum quondam fuit, non ſolum, quo tempore *Carolingi* rerum in Germania potiebantur (quorum *Boiaria* Reges ad *Ratisponam* & *Odingam* gubernantes à Chronographis recenſentur paſſim, *Ludouicus Caroli* Magni filius, qui poſtea ad Imperii faſtigium conſcendit, *Ludouicus* ſecundus, eiusque filius *Carolomannus* & nepos *Arnolphus*, qui cum Imperio Monarchiam etiam conſecutus erat, quam Carolus Magnus Francis primum pepererat) verum primis etiam temporibus ad famam venerat, cum aduenæ primum, qui *Boiarii* appellabantur, ſiue ex *Armenia*, vt quidam fabulantur, à *Norige* Herculis filio, ſiue ex *Hercinia* ſylua, vbi *Boiohemum*, (vt Taciti verbis vtar) *veterem* loci memoriam quamuis mutatis cultoribus teſtatur, ſiue denique aliunde, longis itineribus profecti, ad Danubium, traiecto prius *Altmanno*, Romanos ad *Abenſium* amnem fudiſſent. Equidem & traiectus illius & victoriæ, haud procul *Ratisbona*, quam primum vrbem habitandam acceperant, veſtigia ſuperſunt: *Dietfurt* enim ad *Altmannum* flu. à *Theodonis* Regis traiectu, & locum victoriæ Sigenburg etiamnum nominant. Eamque transmigrationem anno ſalutis accidiſſe quadrageſimo ſupra quingenteſimum reparatæ ſalutis, ex vetuſtis Annalibus Auentinus tradit, Regesque enumerat ante transmigrationem illam, *Boiogerum* ac *Adalgerum*, qui, victis à *Clodoueo* Magno, Francorum Rege, *Alemannis* ad *Tolbiacum*, manom illam auxiliatricem abduxerat, extareque alia victoriæ veſtigia de Romanis relatæ, in Perlacher-Hayd, à perditis videlicet Legionibus dictis campis, alia vero in *Norico* per *Oenum* traiectus, aſſeuerat, vbi Dietfurt, alterum ſub Straobinga appellatur. Et ſi vetuſtioribus hiſtoriis fidem habemus, maturius illam contigiſſe in Rhetiam ſecundam ſiue Vindeliciam profectionem, apparet. T. Liuius ſane quinto ab vrbe condita, *Belloueſum* & *Sigoueſum*, Ambigati Celtarum Regis filios, ad quærendas ſedes miſſos ex Galliis magnis itineribus *Herciniam* veniſſe, author eſt. Polybius in ſecundo, *Aneroeſtem* ac *Congolitanum* (Germanica nomina ſunt deprauata *Erneſtus* & *Gongolphus*) per alpes *Rheticas* in *Italiam* deſcendiſſe, commemorat. Cæſar primo Comment. Gallici, *Boios* in *Noricum* agrum tranſiſſe, eorumque Regem *Voccionem* in *Norico* celebrat, *Boiosque* inde arrepto itinere *Noream* haud procul *Venetiis* vrbem obſediſſe, ſcribit, vbi hodie *Goritiam* cernimus. Strabo præterea, *Boios*, pulſis *Lueiis*, *Hercinium* nemus occupâſſe, eorumque Regem *Cretoſcyrum* à Dacis victum ſub Iulio Cæſare, *Boios* ſimul ab Iſtro profligatos tradit. Velleius, *Pinnetem* Boiorum Regem in *Norico* vna cum *Batone* Pannonio à Tiberio & Druſo debellatos, author eſt; cui ſuffragatur illud Flori: *Noricis dabant animos, alpes atque niues, quo bellum non poſſet aſcendere.* Sed omnes illius cardinis populos, *Brennos*, *Boios*, *Sennones* atque *Vindelicos* per

De Boiorum aduentu in Vindeliciam.

per priuignum ſuum Claudium Druſum pacauit Auguſtus, ad quod pariter alludens, cecinit Maro 3. Georg.

> Et ſciat aerias alpes & Norica ſi quis
> Caſtella in tumulis. - - -

Atque vt omnino accidiſſe illam ex *Hercinia* in *Vindeliciam* Boiorum emigrationem cognoſcamus, ſcribit Cornel. Tacitus in libello de moribus Germ. *Igitur inter Herciniam ſyluam, Rhenumque & Mœnum amnes Heluetii, vlteriora Boi, Gallica utraque gens tenuere. Manet adhuc* Boiohemi *nomen.* quamuis mutatis cultoribus. **Boiohemum.** Et vt tum pulſos ex Hercinia, ex *Boiohemo* videlicet, id eſt, *Boiorum domo* à *Marcomannis* & *Sueuis* conſtet, ſubdit: *Iuxta Hermunduros, Nariſci, ac deinde Marcomanni & Quadi agunt, præcipua Marcomannorum gloria viresque, atque ipſa etiam ſedes, virtute parta.* Huc facit, quod ſcribit Strabo in ſeprimo: *In hoc tractu eſt Hercinia ſylua & Sueuorum natio, ex quibus nonnulli intra, aliqui extra ſyluam habitant. Sunt & Coldulorum plerique, in quibus & Boiohemum Marobodui regia. Quem in locum ipſe, cum alios plures traduceret incolas, ſuos conterraneos quoque Marcomannos adegit.* Hæc eiusmodi ſuot, quæ pulſos ex *Hercinia* à *Sueuis* conreſtantur. Strabo lib. 7. rentatum hoc multo ante à *Cimbris* ſcribit, cæterum *Boios* victores in Hercinia manſiſſe. *Boios vero* (inquit) *prius Herciniam habitâſſe ſyluam, & Cimbros agmine facto hunc inuaſiſſe locum, à Boisque victos, Iſtrum atque Scordiſcos gentem Gallicam petentes deſcendiſſe.* Qui rorſus lib. 5. *Boios* à Romanis ob latrocinia ad *Iſtrum* pulſos, teſtatur. Priſcis igitur, vt dixi, temporibus plurimæ Gallorum genres fluuium accolebant, è quibus ampliſſimæ luerunt *Boi*, & qui olim cum *Geſatis, Sennones*, Romana per impetum potiti ſunt vrbe. Hos *Romani* poſterioribus aonis funditus deletos perdiderunt: *Boios* vero è fioibus eiecerunt. Inde migrantes, circumiacentes *Iſtrum* locos ſimul cum *Tauriſcis* habitârunt, bellum aſſidue contra *Dacos* gerentes, donec ea fuoditus extincta nario eſt. Hæc omnia eiusmodi ſunr, quæ *Boiorum* in *Noricum* atque *Rhetiam* accidiſſe transmigrationem multo aote *Theodonis* aduentum, de quo Aueotious ſcribit, confirment. Vnde & Ptolem. *Boios* in Pannooiæ finibus delineat, *Bononiamque* à *Bois* deductam coloniam duplicem commemorat, alteram haud procul *Sauo*, in *Sirmienſi Pannonia*, alteram vero ad *Drauum* in *Valeria*. Et vetuſtiores Chrooographi *Boiorum* Reges receoſent, *Boamundum, Ingramium, Landobertum, Heribertum, Hildomundum*, ac *Gipolphum*, qui Anaſtaſio imperante, profligatis ex *Norico Herulis*, ac Romanorum reliquiis, ad *Iuuauiam* in alpibus, vbi eſt hodie *Salczeburga*, S. Maximum loci Epiſcopum cum 40. Chriſtianis ad martyrium vocauerat, vt habet S. Seuerini hiſtoria, id quod ſæculo ante Diui *Rudberti* aduentum, quem *Theodonem* primum conuertiſſe conſtat, accidiſſe, Chronologia docet. Ad hæc ſcribit Diaconus lib. 3. cap. 14. **Latitudo Boiariæ.** *Noricorum quidem Prouincia, quam Boiariorum populus inhabitat, habet ab Oriente Pannoniam, ab Occidente Sueuiam, à Meridie Italiam, ab Aquilonis vero parte Danubii fluenta.* Quæ omnia, *Boiorum* io *Rhetia* ſecuoda & *Norico* confirmatam ditionem corroborapr, vbi videlicet *Boiorum regnum, Ducatum, Marcham, Palatinatum*, & ſecundum Strabonem lib. 7. ac Plio. lib. 3. cap. 24. *Deſerta Boiorum* **Deſerta Boiorum.** extitiſſe ex *Norico* in *Pannonias* dicimus, quibus finibus etiamnum per Auſtriam Boigreich / *regnum Boiorum, Boitengavv, Boiſſavv, Boirbach, Boilach, Boiſting*, tractus ac flu. ſupereſſe à *Bois* denomioata cernimus, licet corruptè temporum curriculo Bietengaw, Baſſaw / Bielach / Bieſting / paſſim appellentur. Eraot vero, antequam *Boi* eum Romanis agrom ademiſſent, celebria ſub Legione Italica quarta **Boiariæ vetuſta municipia.** municipia ac ſtationes cum equitum tum cohortium, iocipiendo à confluentibus *Lyci, Lycoſtoma*, vbi eſt Lechſgmynd, vetuſtiorum Comitum arx, qui Raßhaim cœnobium poſuerunt, *Collis Latinus* vel *Calleodunum* Galling, ſuper Neuburgam Danubii, vode Marſcalci à *Pappenhaym* quondam à *Callatin* titulum vſurpabant, *Attilia* Altenburg, ibidem, *Cæſarea* Reſching vel Raßhaim / monaſterium, quod Karſtenſhaym primos remporibus nominabarur. Statio *Aureatenſium* equitum, prope Naſſenfelß / Ingolſtadio nomen iodidit, *Artobriga*, vbi locus ruinoſus Artzburg / haud procul Weltenburg cœnobio cernitur, *Epona*, *Pynoburg* prope *Pferingam*, locum Caroli Magni oauigatione io Pannoniam celebrem, *Canum Oeningam*, io finibus Rebilbaym / generoſo illo Boiarico Vno fungerati, *Abuſina* Abenſperg, vetuſtorum Comitum ſedes, *Abudiacum* Abach / vbi ſalubres aquæ, *Tiberina caſtra*, vbi ſub poſtremis Auguſtis Rhætorum cohors excubabat, & nouam *Rhatobonna* nomenclaturam à ſtatione, quam geotilicio Germanico ſermone *Bannum Rhati* vocabant adiecit, *Vetera Caſtra*, quorum ruinas hodie, Romano nomine detruncato,

Pfatter

Pfater appellant, Auguſto *Acilia* Atzelberg, prope Srraubingam, *Mocana* Mo-
ning / *Regium* Rockhyng ad Labarem amnem, *Poſonium* Wiſchlburg verſus
Teckhndorff / *Quintana caſtra* Künzingen ſuper *Vilshoniam*, Epiſcopali quondam
ſede conſpicua, & vbi *Syluinum* Beatus Seuerinus Præſulem ordinauerat circa
annum ſalutis 460. *Boiodurum* in confluentibus *Danubii* & *Oeni*, quo loci *Batauo-
rum* cohors ſub poſtremis Auguſtis ſtatiooem habuit, & verus nomen in *Bataniam*
rransmutauit, manſit tamen antiquum etiam ei vrbis parti, quæ Oeno adiacet,
quam *Boitro* vulgus appellat. Nam & Eugippus in hiſtoria S. Seuerini *Batauis
caſtris* virum Dei ſacellum exrruxiſſe refert, trans *Oenum* flu. in loco nomioe *Boiotro*.
Fuerunt & ad *Oeni* ripam Romana municipia, *Traiectus Boiorum* à Theodone illorum
Rege, vel quia Teutonicæ illi originis extiterant, Dietfurt dictus, vbi Palatium
fuit Boiorum Regum Rantenhouen / Ad Muros Maurkhirchen ſuper Prunouiam,
Virunum Praunaw ſecundum Auentinum, *Pontes Oeni Odinga*, ab Odone filio
Theodonis Regis dicta, vetuſta Regum ſedes, *Medullunum* Medling / prope *Waſſer-
burgum*, vbi vetuſti Comites Gars & Aw / monaſteria poſuerunt, *Carnodunum*
Kravburg, vnde *Ortenburgenſes* Comites, exauctoratis Scyrenſibus ob Philippi
Regis Rom. cædem, ab Ottone quarto Palatini titulum vſurpârunt, *Abadacum*
Happing haud procul Roſſenhaym / *Aurifium* Rod / *Sebatum* Schwatz, locus me-
tallis noſtro ſæculo celebris. Inueniuntur & ad *Saltzam* amnem vetuſtorom mu-
nicipiorum rudera, quæ Antoninus præcipue recenſet, *Bidai* Dietmonnyng / *La-
uiaci* in Lauffen, *Iuuauia* ſiue *Ionii* in Saltzburg; ad hæc à Caſtrls *Paninis*, vallis
Pynzgaw, à Caſtris *Auguſtanis* Caſtein / vbi ſalubres ſunt in anfractibus montium
aquæ & feliciſſimæ auri ſuffoſſiones, à *Camanoduro* quod *Comavum* Strabo dicere
videtur Kvemigaw / Kvemſee, nomina ad poſteros transmiſerunt, quo loci
Comires opulenti quondam renebant. Ad *Iſaram* denique amnem, ſi perveſtiges
& Antonini itinerarium accommodes, ruioas reperies, *Inutrii* in Mitternwald /
Partani in Parthenkhirchen, *Toluſii* in Teltz / *Pontis Scbapani* in Schafftlarn cœno- *Auguſta Vindelicum vbi*
bio vel Staffſee, *Auguſta Vindelicum* in Wending / pago, qui in confluentibos Iſaræ
ac Loyſæ ſitus eſt, & à quo haud procul plures lacus viſuntur, Wurmſee, Bayl-
bergerſee, Rochelſee / Walhenſee, Staffſee / 2c. ad quorum fines, vt fragmen-
tum Commentarii Auguſti Cæſaris teſtatur, graue vulnus Rom. populus accepit,
cæſa à Soeuis Martia legione, cum T. Annio Prætore, & Varro legato in fugam
acto, qui cum deliruiſſer in lacu proximo Wurmſee, eidem nomen indidit.
Quam hiſtoriam falſo Vrſpergenſis Augſpurgæ noſtræ, hoc eſt, Auguſtæ Druſi,
ſiue Druſomago accommodat: Hiſtoria enim factum prælium, vbi duo rapi-
diſſimi amnes confluunt, hoc eſt, *Iſarâ* & *Loyſa*, & in barbaricum oppidum ex
linguis confectum & in colle extructo Coloniam deduxiſſe Auguſtum, nomina-
tim tradit, quæ in *Auguſta* noſtra minime cernuntur. Inde proficiſcenti occur-
rent, Submontorium ſuper *Monacum* ad radicem montis Altmünchen / vt *Monaco* *Monacum.*
appellationem inde adiectam, veriſimile ſit, & procul à ripa *Iſara*, *Vallatum*, in
Vallai loco & tegia antiquorum Cnmitum, *Iſiniſcum* vbi eſt hodie Altärding ad
Iſin amnem, qui vetus municipii nomen tetiner, *Damaſia*, cuius Strabo mentio-
nem facit in Dieſſen monaſterio ad *Ambronum* lacum celebri. *Belunium*, de quo
Ptolomæus mentionem facit, antiqua adhuc appellatione deprauara ſupereſt,
Belhaym incolæ appellant, vbi *Etscho* quiſpiam Comes à Lechrain & Landſperg,
à genero Ludouico terrio Boiorum Rege, poſſeſſiones accipit, & cuius filium
Henricum ferunt dolo aurei vehiculi, quod diei ſpatio circumtulerat (cum quan-
tum die aratro terræ contingere poſſit promiſſa à ſocero accepiſſet) ditionem la-
tiſſime extendiſſe, genuiſſeque ex *Hatta* Comitiſſa ab Hohenwart, S. *Chunradum*
Conſtantienſem Epiſcopum, *Rudolphum* Comitem ab Ametgaw / ptimum Comi-
tem à Rappertſwyl ad lacum *Turocenſem*, & *Vuelphonem* Comirem ab Altorff in *Comites ab*
Sueuis, vnde *Boiaria* Duces quidam *Henrici* nomine, itemque *Carinthia*, ac hodi- *Altorf.*
erni *Brunſuicenſes* deſcenderunt, authores cœnobii Weingarten prope *Rauesburgam*,
& cuius ſtemmatis *Iuditham* Ludouicus Pius Imp., *Richildam Carolus* Craſſus Imp.
atque *Comizam* ſiue *Kunegundem Azo* Marchio Italiæ (à quo *Tuſcani* Principes qui
Bonifacii vocabantur, *Mathilda* poſtrema eius Proſapiæ quæ ſub *Henrico* quarto vi-
xit) in matrimonio habuerunt. Eſt præterea veriſimile, in eo loco ioſra *Vogbur-
gum*, vbi *Ortolphus* filius *Rapatonis* ex *Henna* Orientali Marchioniſſa nepos *Rapato-
nis*, qui *Echardi Styrienſis* Palatini filius extiterat, *Wiltrudis* Germanæ precibus
Hochenwart monaſterium Sanctimonialium exorſus fuerat, ab *alta ſpecula* ſcili- *Comites de Hohenwart*
cet dictum, vel ſtationem Rom. equitum Legionis quartæ Italicæ, vel *Boiorum*
præſidium contra Romanos excubâſſe, cuius ſtirpis memorant fuiſſe *Aribonem* ſiue

Erbonem Moguntioum Archiepiſcopum, poſt *Willigiſum* carpeotarium illum, *Sigefridum* Comitem de Leubnaw in Styria, cuius filia *Adela* opuleotum illud Sanctimonialium monaſterium Goes prope Leuben auſpicata fuerat, *Ottonem* Comitem in Schrobenhauſſen/& *Chunradum* Epiſcopum Friſingenſem, qui Leuben Comitatum *Bernhardo* Carinthiæ Duci veodiderat anno 1246. à quo ad ſucceſſores, & inde ad *Auſtriæ* Principes peruenit. Denique vetuſtis locis adnumeres licet, & Epiſcopales ſedes, *Nouam Ciuitatem* præcipue, in qua ounc hodie eſt *Neuburgum* Danubii, cuius Epiſcopum *Mannum* B. Bonifacius exauctorauerat; *Fruxinum*, hodie Freiſingam vocant, vbi auſpicio S. *Corbiniani*, Grymnldus *Boiorum* Princeps, filius Theodonis ſexti, & fratet germaous *Blutrada* (quæ Pipino ſeniori iuncta fuerat, fundatrix Nibernburg io Batauia) ſedem Epiſcopalem poſuerat, in qua *Erchenfridus* à B. Bonifacio confitmatus eſt, & poſt ſæcula claruit, *Otto* Diui *Leopoldi* Auſtriæ Marchionis filius, hiſtoricus & Theologus doctiſſimus.

Leuben Comitatus in Styria & Goes monaſterium.

Haoc tam latè patentem Romanotum in *Vindelicia* ſiue *Rhætia* ſecunda ditionem vsque in *Noricum* & *Rhætiam* Alpeſtrem, perſluentemque Atheſim *Theodo Adalgerionis* filius extenderat, qui vna cum cæteris Alemannis ad Tolbiacum à Cloduicho primo Francorum Rege caſtris exutus fuerat, traiectisque anno Domini 540. *Altmanno* & *Danubio* flu. io finibus *Kelebaymi* oppidl Boiarici ad Danubium ſuper Ratisbonam poſiti occupauerat, quadruplici de Romanorum reliquiis victoria relata, quam primo ad Sigenberg/ deinde in Perlacher⸗Hard, & poſtremò in *Norico Ripenſi* ad *Matcham* amoem & *Rhætiæ* finibus, denique ad *Mitterwaldam* io finibus *Rhætiæ* reportauetat. Quem ſecuti ſunt filii paternam ditionem partiti: *Theodo* ſecuodus, ſacris vndis à Beato Rudberto Bormacienſi exule luſtratus cum tota ſubiecta natiooe, qui hodiernam erat *Boiariam* ſortitus; *Theobertus* ſiue Dietbrechtus à laude Teutonicæ nationis, Atheſinam Prouinciam inſederat, victus ab Auaribus ad *Anyſum*; *Vto* ſiue Odo, qui *Noricum Ripenſe* ex *Odinga* adminiſtrabat & *Theobaldus* ab Auaribus in prælio captus, cuius frater *Theodo* tertius liberato ex captiuitate patrueli *Theoberto* io Atheſioa Prouiocia ſucceſſit, ſepultus Salisburgi anno 665. Cuius Germanus *Theobaldus*, cum *Marcha Boiarica* in *Norico Ripenſi* præeſſet, *Narſetè* Euoucho aduerſus Gothos in Italia auxilium tulit, & fratri extincto in regno Boiatiæ tandem ſucceſſit, relicto filio *Taſſilone* primo, Welteoburgenſis cœoobii authote, quem præfectum *Boiariæ* à Childeberto Fraocorum Rege, Diaconus eſt author, lib. 4. cap. 2. Cuius cladem à *Slauis* in *Agunto* acceptam, Diaconus in Longobardica hiſtoria celebrat, lib. 4. cap. 14. Qui, cum *Sigberto Auſtraſiæ* Regi ſuppetias aduerſus Childebertum tuliſſet, in acie occubuit ſine prole, ſumma regni Boiarici *Garibaldo Theoberti* quondam Atheſini filio, ac primi *Theodonis* pronepoti, relicta: cuius ſibi filiam *Theodelindam Autharius* Longobatdorum Rex deſponderat, vt eſt apud Diaconum lib. 3. hiſt, Longobardicæ cap. 14. ad quem B. Gregorius aliquot literas ſcripſit, quæ apud eundem Diacooum extaot io quarto. Cuius fratres, *Grymoaldus* ex Beneuentano Duce, tegni poſtremò Loogobardiei apicem conſecutus eſt, & *Theodo* quartus pareoti io *Boiorum* regno ſubrogatur, ſucceſſores nactus, nepotes ex fratte *Grymoaldo*, *Theobertum* Ducem & *Thaſſilonem* ſecundum, Præfectum limitis in *Norico*. Quo tempore docuere, ad *Salisburgum* B. *Vitalis*, S. *Hemeranus Reginoburgi* & S. *Praconius* ad *Sabonam Brixinora*. Succeſſionem tamen poſtremò *Thaſſilo* tenuit, relictis filiis, *Theodone* quinto, qui *Nariſcas* cum *Reginoburgo* ſortitus fuerat, *Theoberto* tertio, qui *Noricum* cum *Laureaco* & *Batauia* acceperat, & *Grymoaldo*, qui *Atheſinam* Prouinciam cum agro *Fruxinenſi* meruerat: Sed ſummam rerum nactus *Theodo*, *Hemeranum* Scotum doctum ac pium hominem audiuit, quem *Landobertus* filius Regis, falsò ſtupri cum ſorore inſimulatum, occidit, à patre idcirco in exilium miſſus. Hæc Abbatiæ *S. Hemerani Reginoburg.* exordia ſuot, eum Scotorum multo aote Cœnobium extitiſſet, vnde videlicet *Pirminius*, *Corbinianus* & ipſe *Hemeranus*, aliique pii ac docti Antiſtites egreſſi fuere, *Hildulphus* Treuerenſis, *Erhardus* & *Victerbus* Reginoburgenſes, & *Erchenfridus* Fruxinenſis ſecundus Præſul. Huic ſucceſſit *Theodo* ſextus, *Grymoaldi* primi filius, frater *Blutradæ Pipino* ſeniori *Anigiſi* filio Francorum Maiori domus nuptæ. Ex quo filii ptoceſsêre, *Hugobertus*, qui Boiorum Marcham in *Norico* ſortitus erat, *Theodo* ſeptimus, qui ad *Atheſim* gubernabat, & *Grymoaldus* ſecundus, Dominus Alpeſtris *Boiariæ*, author Friſingenſis ſedis, quam B. *Corbiniano* adhortante exorſus erat, conſecutus poſtremo, extinctis ante ſe fratribus, regni apicem, in cuius gubernaculis interficitur bello inteſtino, quod contendentibus de hæreditate geſtum fuerat, inter *Theoberti* filios & *Blutradam*, *Pipini* ſenioris natam, auxiliante Catolo *Martello* Præfecto Francorum regni: Quo in tumultu *Atheſina* Pto-

Catalogus veterum regum Boiariæ.

S. Hemerani monaſterium.

Prouincia ab *Hiltebrando* Longobardorum Rege præoccupatur, filiis *Grimoaldi* ex *Wiltrude* genitis, *Alberto*, *Otgerione* & *Vetone*, in Comitatus miſſis, vnde Comites de Tegernſee, ſcilicet fundatores cœnobiorum Schlechtdorff, Tegernſee, & S. *Hyppoliti in Auſtria* proceſſere. *Hugobertus* autem frater occiſi, cum, nactus occaſionem, ex *Norico* regni faſtigium invaſiſſet, *Caroli* Martelli Francorum Maioris domus auxilio, cui neptem *Svvandehildem* coniunxerat, *Theoberti* quinti quondam filios, *Londofridum*, *Elidandum* ac *Waldoramum*, in Comitatum miſit, vnde Comites de Pleyen & *Blyantz* ſiue *Loyſa*, authores cœnobiorum Beuren/ Benedictpeurn/ Staffſee/ Rochelſee/ Pollingen & Weſſenprun/ primurdia repetunt. Is mire religionem Chriſtianam coluit, authoribus S. *Corbiniano* Fruxingenſi Epiſcopo, *Wunifrido* Angelo, quem Pontifex Rom. Zacharias *Bonifacium* appellauit ſedis *Moguntinæ* auſpicem, *Wunibaldo*, *Sebaldo*, *Vuilibaldo & Lullo*, qui ex Scotia vna cum Sanctis mulieribus *Vualburga*, *Brigitta*, *Tecla*, *Chunilda* & *Chuntruda*, ad *Boios* verbi diuini ergo conceſſerant. Ad quos Zachariæ Rom. Pontificis perelegans extat epiſtola, de Eccleſiis Boiorum reformandis, quæ data eſt Calend. Aprilis anno 743. itemque peculiares epiſtolæ, ad *Vuilonem* Laureacenſem in *Norico*, & *Bonifacium* Anglum cognomento *Wunifridum*, qui prioribus Parochiis tum adiecerat *Aiſtetenſem*, exauctorato *Nouæ Ciuitatis* Epiſcopo ad Danubium *Manno* quoppiam exorbitante; Porro *Hugoberti* filius *Vtilo* ſiue *Odilo* diminutiua ratione ab Ottone deriuato nomine, ex *Hiltrude* *Caroli* Martelli Maioris domus Francorum filia, *Pipini* ſecundi ſorore & Magni *Caroli* amita *Thaſſilonem* poſtremum genuit, eius ſtirpis *Boiorum* Regem. Quorum pater fundauit Oſterhouen, *Manſee*, *Iſem* & Nidermünſter Batauiæ, filius vero Kremßmünſter/ ob *Guntherum* filium iſthic ab apro occiſum in venatione, & *Laureacenſe* ad *Rhenum*, vbi cum *Theodone* filiorum altero tonſus monaſticen ad exitum vitæ profeſſus fuit, cum à Carolo Magno, quod ob coniugem *Liutbergam Deſiderio* Longobardorum Regi ſocero faueret, & *Auares* in perniciem Germaniæ adduxiſſet, bis acie victus fuiſſet. Quo tempore Euangelium *Boios* docebant *Voynilus* apud Laureacum, *Ioannes* Iuuauiæ, hoc eſt, Salisburgi, *Ariobertus* frater Beati Corbiniani apud Friſingam, *Gibolphus* Reginoburgi & *Vuilibaldus* Aichſtadii. Poſt has victorias mutata Republica Boiorum, mutati & dominatio cœpit. *Carolus* enim Imp. extincto Regum ſtemmate *Hildegardis* vxoris ſuæ Germanum, *Geroldum*, *Hiltebrandi* Sueuorum Ducis filium, gubernatoris nomine *Bois* præfecerat, quo haud ita multo poſt ab Auaribus occiſo, *Carolus* filius, qui ante patrem obiit, *Boiariæ* præficitur circa annum à nato ſaluatore 806. cui in finibus *Pannoniæ*, hoc eſt Marcha Orientali, ſubditi fuêre, *Canzaucus* Auarum, & *Tudun*, Slauorum Principes. Huic ſub Regis titulo *Ludouicus* filius *Caroli* Magni alter ſucceſſit, quem in Imperio poſtea conſtitutum, Pium Chronographi appellant, ad quod alludens ſcribit Eginhardus: *Completiſque omnibus negotiis, quæ ad illius conuentus rationem pertinere videbantur, Nouiomagum cum filio maiore ſeceſſit, minorem vero filium ſuum Ludouicum in Boiariam direxit.* Eiusdem *Ludouici* ſub titulo Regis *Boiorum* diploma meminit, quo deſtructa veteri Cathedra Epiſcopali, quæ ad muros Ciuitatis prope S. *Hemerani* templum fuerat, nouum S. *Stephani* fanum Leonis Papæ authoritate confirmauit de anno 798., quo tempore *Carolum* patrem adhue in viuis fuiſſe conſtat. Porro hoc, de quo loquimur, *Ludouico* ad apicem Imperii ac Monarchiæ ſublimato, filius cognominis regno *Boiorum* præfuit, mortuoque parente, illud cum fratribus in diuiſione adiecta *Germania magna* retinuit, vnde ſcribens de anno Domini 869. Rhegino: *Dum hæc* (inquit) *in regno Lotharii aguntur, Ludouicus Rex infirmitate detentus, in Boiarorum finibus lecto decumbebat.* Hinc in diplomate, quod datum eſt anno 832. octauo Octobr. quo Ratiſponenſi ſedi *Pachlarum* ad confluentes *Erlaphi* in *Marcha Orientali* confirmat, hoc nominatim titulo vtitur: *Ludouicus diuinâ prouidentiâ Rex Francorum & Boiariæ. Si nos ex munificentia & poſſeſſionibus nobis à Deo conceſſis, &c.* Is ex *Luitgarda* fundatrice cœnobii *Tyguriensis* genuerat filium *Ludouicum* in pueritia extinctum, cui *Boiariæ* regnum pater deſtinauerat, & ex altera coniuge alterum *Ludouicum* & *Carolomannum*. Itaque extincto puero, *Ludouicus* alter gubernacula *Boiarici* regni adiit: Hinc Rhegino ſcribens de anno 982. *Habuit autem Luitgardam reginam in matrimonium collocatam, ex qua filium vnum ſuſcepit, quem nomine ſuo Ludouicum appellauit.* Sed vt præmiſimus, poſt obitum fratris, ad obtinendum regnum eius, *Boiariam* ingreſſus, dum *Ratisbonæ* moraretur, idem puerulus de feneſtra cecidit, & confractis ceruicibus ſtatim expirauit (Et rurſus) *Ludouicus comperto, quod frater obiiſſet, Boiariam ingreſſus, Ratisbonam venit, vbi optimates regni ad eum confluentes eius ditioni ſe ſubdiderunt.* Vnde in diplomate *Ludouici* ſecundi, vt Imperatoris iam,

Comites de Tegernſee.

Comites de Pleyen.

Apoſtoli Boiorum.

Primus Marchio Boiorum.

quod

quod de *Trungoata* pago, donato Kremamonaſtero extat, hæc verba leguntur: *Quia ad deprecationem dilecti filii noſtri Ludouici Regis Boiariorum & Gerbardi Comitis, &c. huic Ludouico, qui Luitgardam filiam Echiconis Comitis ab Altorf habebat in coniugio, & accepto ex diuiſione Oſtro-Francorum regno, ceſſiſſet, poſtea minor annis frater Carolomannus ſucceſſit.* Vnde ſcribens cladem inter fratres idem Rhegino: *Poſthac conuenerunt ſupradicti tres fratres, in loco qui dicitur Salifelda, & ibi diuiſerunt paternum regnum, Carolomannus ſortitus eſt Boiariam, Pannoniam & Carnuntam, quod corruptè Carantanum dicitur, nec non & regna, Sclauorum, Beehemenſium & Marehenſium.* Vnde in diplomate dato In Ranteſdorff *Tutoni* Ratisbonenſi Epiſcopo, titulus Carolomanni ſic legitur: *In nomine S. & indiuidua Trinitatis, Carolomannus Dei gratia Rex Boiariorum, &c. Si Dei Eccleſiis noſtro regimine procurandis dignos adhibere curamus honores,* & quæ ſequuntur. Is eſt *Carolomannus*, qui viuo parente, Marchiam Orientalem, hoc eſt *Auſtriam*, adminiſtrabat, ibique à *Vratislao* & *Prynnone* Morauorum Principibus acie victus, vt dilueret notam & ſuſpicionem de affectato regno *Boiorum*, & à *Varlhelmo* & *Engelſcalco* Comitibus *Marchie* apud patrem tolleret, adortus vndique *Morauiam* ad *Teiam* vsque, Ratislaum Principem acie vicit, & Principatu repulit. Cuius cognatum *Svvetibogum* præterea, cum ad rebellionem ſpectaret, & *Auſtriam* rapinis vexaret, captum patri *Ratisbone* exhibuerat, à quo fide data dimiſſus, cum rurſus infeſta ſigna in Marcham tuliſſet, tertiâ atque omnium longè ſplendidiſſimâ victoriâ confecit, interfectis regulis Sclauorum *Zentislao*, *Vtislao* & *Spitimaro*, cum prælio præter reliquos interfuiſſe leguntur, *Luitbertus* Moguntinus, *Ambricus* Ratisbonenſis, *Arno* Vuirceburgenſis, Epiſcopi, *Sigebardus* Fuldenſis Abbas & *Rudolphus* Vogburgenſis Marchio.

Carolomannus Rex Boiorum.

Ludouicus ſecundus Rex Boiorum.

Carolomanno apud *Odingam* ex hydropiſi mortuo, ex teſtamento frater *Ludouicus*, qui *Oſtro Francos* gubernabat, ſubrogatur, denuo in fidem *Boiaria* recepta, nec quicquam *Arnolpho* ſpurio filio reſiſtente, cuius vt ille animum deliniret, *Carinthiam* & *Marcham Orientalem* à patre conceſſas, confirmauit, retento ſibi *Boiaria* regno. Sed cum mox, à *Nordmannis* in ſylua *Carbonaria* caſtris exutus, præ dolore animi *Franconoforde* obiiſſet, *Arnolphus* ſpurius *Carolomanni*, qui parentis patruique beneficio Carnis præfuerat, *Boiaria* regnum occupavit, qui poſterius tota ferme proſapia *Caroli* Magni deficiente, ad Imperii atque Monarchiæ faſtigium conſcendit, cum multo ante id affectâſſet, vnde Aueotinus: *Iisdem diebus, Arnolphus filius Carolomanni ex concubina genitus, Landbertam, aliosque plerosque Præfectos Boiorum, quos minus dicto audientes ægroto parenti eſſe cauillabatur, dignitate mouerat, Boiariaque exegerat: ipſique ad Ludouicum, opem eius implorantes, aufugerant, criminabanturque Arnolphum, tanquam regnum Boiaria ſibi aſſerere vellet.* Et Rhegino de Carolo Caluo exauctorato tractans: *Conceſſit autem Arnolphus Rex nonnullos fiſcos in Alemannia, vnde ei alimonia præberetur, ipſe vero compoſitis feliciter in Francia rebus in Boiariam reuertitur.* Et iterum de anno 890. locutus: *Arnolphus Rex conceſſit Svvetibogo Morauenſium Sclauorum Regi Ducatum Bohemenſium, qui hactenus Principem ſua cognationis ac gentis ſuper ſe habuerat* (Et ſubdit) *Arnolphus Rex in Boiariorum extremitatibus morabatur, inſolentiam Sclauorum reprimens.* Ipſumque adeo Arnolphum vt Regem Bois præſediſſe, multa denique diplomata fundationum teſtaotur, quæ vna cum *Deria* coniuge & ſede *Ratisbonenſi* & cœnobiu S. *Hemerani*, vbi tumulatus viſitur, tradidit, quæ ſuperfluum eſſet enumerare. Is eſt *Arnolphus*, qui incomparabilem mouens procinctum aduerſus *Svvetibogum* Morauum, qui *Hunibaldum* ſpurium ac *Engelricam* generum, Marchiones Orientales, noo ſemel ad *Arrabonem*, *Lytabam* & *Viſcabam*, amnes, caſtris exuerat, in poſſeſſionem miſerat, conuentu ea de re in *Homontenburgo*, vbi eſt hodie in Auſtria *Haimburga* transacto, qui de *Morauis* relata victoria, extincto poſtea in ipſis turbis *Arnolpho*, arma in ſocios vertens, multis poſtea annis miſerè cum Hungaris Germaoiam vsque in Gallias diripuere, videlicet à ſalute noſtra 903. 908. 912. 916. 929. 933. 937. 944. 945. 956. Ea in deuaſtatione patri in regno *Boiorum* ſucceſſit *Ludouicus* filius, qui de anno ſalutis 904. regni *Boiarici* quarto S. *Hemerani* paternam ac maternam fundationem confirmauit, victus poſtea & occiſus in prælio ab *Hongaris*, rurſus inundantibus ad *Oenum* amnem, cum paulo ante ob interfectum ſororium *Chunradum Haſſia* Comitem, *Adalbertam* Comitem *Babenbergenſem* capite affeciſſet *Moguntiaci*, vnde Orientales Marchiones poſterioris ſtemmatis Diui *Leopoldi* initia repetunt. Quo tempore *Marcham Orientalem* beneficio Francorum Regum adminiſtrabat *Luitbaldus* quiſpiam, ab Hungaris poſtea interfectus haud procul *Laureaci* veteris ruderibus anno 907., cuius filii rerum in *Bois* potiri cœperunt, *Arnoldus* quidem in *Vindelicia* & *Norico* mediterraneo, qui ſe & Ducem & Regem *Boiaria* vocabat, & *Berchtoldus* apud

Arnolphus Rex Boiorum.

Initia Haimburgæ Auſtriæ.

Initia familiæ Diui Leopoldi.

Initia familiæ Ducum Boiariæ.

apud *Carnos* in Norico mediterraneo, de quibus Vrſpergenſis de anno Domini 920. *Eodem tempore Arnaldus Dux, cum vxore & Filiis ab Hungaria rediens, honorificè à Boiariis ſuſcipitur, & non ſolum ſuſcipitur, ſed etiam vt Rex fiat, vehementer ab eis exoratur.* Et Luitbrandus lib. 3. *Arnoldus* (inquit) *Boiariorum & Carentinorum Dux, cuius ſuperius fecimus mentionem, cum non longe ab Italia diſtaret, collectis copiis quatenus Hugoni regnum auferret, aduenit.; Qui Tridentinam ea ex parte Italiæ Marcham pertranſiens Veronam vſque peruenit.* Is eſt *Arnoldus* ſiue Arnolphus, quem malum Chronographi cognominant, qui ſe *Henrico* Aucupi Cæſ. deſignato, vna cum *Rudolpho* in Burgundis, *Hugone* in Galliis, *Berengaro* in Italia, *Burcardo* in Sueuia, *Giſelberto* in Lotharingia & *Eberhardo* in Franconia, pro faſcibus Imperii opponere auſus fuit, ex vxore Hungara relictis filiis, *Eberhardo*, ſucceſſore in Ducatu (ad quem vt Ducem *Boiariæ*, itemque *Gerhardum* Laureacenſem, *Egilolphum* Iuuauienſem, *Lampertum* Friſingenſem, *Iſyngrinium* Ratisbonenſem & *Vuiſundum* Sabonenſem, Epiſcopos, Leonis V. Rom. Pontificis perelegans de reformata *Boiarica* Eccleſia epiſtola à me inuenta eſt) *Arnoldo* primo *Scyrenſi* Palatino, *Ottone* Vuittelſpacenſi, *Vuernhero* Dachouienſi, &c. Comitibus, de quibus Vrſpergenſis, cum ſeditionem deſcribit, à *Ludolpho* Ottonis Imp. primi filio aduerſus patrem excitatam: *Hæc omnia* (inquit) *fiebant conſilio Arnoldi iunioris fratrumque ſuorum, eo quod ipſe Henricus paternum haberet Ducatum.* Et iterum: *Mortuus eſt quippe Arnoldus Dux Boiariæ, & filii eius ſuperbia elati, iuſſu regis contempſerunt ire in Comitatus, cuius Ducatum dedit Rex fratri ſuo Berchtoldo.* Is eſt *Berchtoldus*, qui Berchingenſe cœnobium ſuper *Ingolſtadium* auſpicatus eſt, & *Altahenſe* monaſterium locupletauit, vbi cum filio *Henrico* primo Marchione *Vogburgenſi* tumulatus cernitur: De quo Luitbrandus lib. 4. cap. 18. Et Vrſpergenſis: *Hoc in tempore Berchtoldus Boiariorum Dux, Arnoldi Ducis frater, vir ſtrenuus, toto conamine fouebat Regis partibus*, & plura, quæ de matrimonio *Vuiltrudis Ottonis* primi ſororis & *Giſelberti* Lotharingi viduæ prolixius ſcribit. Sic igitur exauctorata nobili ac perantiqua familia, intercidentibus: *Henrico Ottonis* primi fratre, *Henrico* cognomento rixoſo, ex fratre nepote, eiuſque nato, *Henrico* claudo, qui ad Imperium poſt *Chunradum* ſecundum aſcitus, Sancti cognomen adeptus eſt, & ex *Vuelphonum* ſtirpe, poſtquam *Henrici* quarti mater, cum *Chunrado* filio atque *Ottone* Saxone, aliquamdiu Prouinciam adminiſtraſſet, *Vuelphone* quarto, *Azonis* Italiæ Marchionis ex *Cuniza* ſecundi *Vuelphonis* filia, *Vuelphone* quinto, *Henrico* ſuperbo à *Chunrado* tertio pulſo, & *Henrico* cognomento *Leone* à *Friderico* primo exauctorato, (de quibus lege Ottonem Friſingenſem lib. 7. Chron. cap. 32. & in hiſt. Friderici lib. 1. cap. 15. & 23.) iterum tandem ad gubernacula patria gentis ſuæ peruenerunt circa annum ſalutis 1160. Authore *Ottone* Scyrenſi, *Friderici* primi Cæſaris Maiore domus, in quo ſtemmate paulo ante, *Babo*, *Otto* & *Eckhardus*, *Vuernheri* Dachouienſis filii, authores multarum ſtirpium claruerunt. Siquidem *Babonis* Comitis à Ritterburg & Rottenhouen filii, *Aſcanyus Pogenſes* Comites infra Straubingam induxit, authores cœnobiorum Wemberg & Dieſtbach (vnde Comites *de la Arca* ad *Benacum* lacum in Italiæ finibus, qui ſuperſunt, recta originem ducunt) *Vuolframus Abenſpergenſes* exorſus eſt, *Eberhardus Gayſſefeldenſes*, *Fredericus* Comites à Ritterburg & Falckenſtain, *Vuerinto* Comites de Kraybenburg/ & *Rudbertus* Burggrauios *Ratisbonenſes*, Landgrauios de *Steuening*, Comites *Neuburgenſes* & *Varnbacenſes*, Comites *Purckhuſianos*, *Ortenburgenſes* & in *Auſtria*, *Machlandinos* ac *Butenſes* Comites, propagines ex ſeſe dimiſit, vnde aliquot *Carinthiæ* Duces *Erbo*, *Bernhardus*, duo *Vlrichi*, ac *Philippus* ad famam venerunt. Ad hæc *Ottonis* filii (cuius mentionem ſed in malam partem facit Otto Friſingenſis lib. Chron. cap. 20.) traduntur, *Raparo* primus Comes in Hochenwart, *Gebhardus* Præſul Ratisbonenſis, qui *Thierhaupten* cœnobium, à Lothario quondam Imp. fundatum, extulit, *Vernherus* tertius, qui Vuitelſpacenſem Comitatum primum poſſederat, *Otto* ſecundus, qui ex *Haziga* Arragonum Regis nata, *Hermanni* Comitis à Caſtl vidua, fundatrice *Vſchlacenſis* cœnobii & S. *Petri* prope Reſenbaym, genuit, *Ottonem* tertium, *Heroldum* Archiepiſcopum Saltzburgenſem, à Rom. Pontifice ob ſcelera exauctoratum, *Gothardum* Halberſtadenſem Præſulem, *Bernhardum* & *Eckhardum*, vulgo ab inſigni, quod neceſſitate pugnæ in Aſia extulerat, vt ad manum fuerat, mit den Hundtſchafft / appellitant, oppiduli *Ried* authorem, cuius liberi ex *Haika*, Comitis à Lengenfeld nata, fuere, *Arnoldus* Comes de Dachaw & Landeſperg, pater *Chunradi*, *Ottonis*, *Berengarii* & *Henrici* Ratisbonenſis Præſulis: *Chunradus* Comes de *Vallai* & *Grueb*, pater Arnoldi Ducis *Ruſſiæ*, & *Henrici* Comitis de *Vallai*, qui aduerſus *Fridericum* primum bellum geſſit, quod Otto Friſingenſis deſcribit, lib. hiſtoriæ Friderici cap. 15. & 26. *Fridericus* Palatinus author

Origo multorum Comitatuum in Boiaria.

Duces Boiariæ ex Saxonibus & Vuelphonibus.

Propagines Scyrenſium Comitum.

Ducum Carinthiæ origo.

cœno-

cœnobii Enſdorff, *Chunradus* Moguntinus Archiepiſcopus, hac tamen dignitate, quod Octauiano Papæ fauerat, à *Friderico* primo priuatus: *Otto* pater alterius *Ottonis*, qui *Philippum* Cæſarem occidit, expulſus idcirco ab *Ottone* quarto Imp. à nemore *Arduenna*, in quo delituit, *ſylueſtris Comes* nuncupatus, à quo rite deſcendere *Rhanenſes* Comites dignoſcuntur, qui vulgo ab eodem euentu die Waldtgrauen nominantur: & *Otto*, quem *magnum* cognominant, Præfectus Curiæ Friderici primi, à quo denique; exauctorato *Henrico Vuelphone*, quem *Leonem* cognominari diximus,

Origo Ducum Boiariæ. *Boiariæ* Ducatum, quem maiores quoque tenuerant, recepit, & poſtliminio familiæ ſuæ intulit, autor cœnobii Innerſdorffen: De quo hæc nominatim Vrſpergenſis. *Cumque Imperator præfato Duci (Henricum Leonem Vuelphonum ſtirpis intelligit) abiudicaſſet, Ducatus duos, & alia bona ſingula conceſſit his, quibus apta erant ad retinendum. Sicque factum eſt, vt Ducatum Noricum concederet Ottoni Comiti Palatino de Vvitlineſpach.* De cuius quidem *Ottonis* præclare geſtis in Italia pro *Friderico* primo plura apud Ottonem lib. 3. hiſtoriæ Friderici cap. 36. & 45. Huius filius ex *Agnete* Dachouienſi, *Ludouicus* Dux Boiariæ, *Landeshutam*, *Straubingam*, & *Reichenhall* à fundamentis extruxit, relicto *Ottone* Duce, qui ducta in coniugem *Gertrude Henrici* poſtremi Palatini Rhœni nata vnica, in orbem quinque potentiſſimas familias induxit, Ducum ſcilicet *Boiariæ*, *Palatinorum Rhœni*, Principum de *Symern*, *Palatinorum de Amberga & Neuburga*, & Comitum *à Veldentz* & *Zvveypruck*, qui in hodiernum vsque diem tam apud *Boiarios*, quam ad *Rhenum* rerum potiuntur. De quorum omnium genealogiis alterius eſt ocii ſcribere, & quæ prolixe in migrationibus noſtris explicantur. Cæterum præter ſupradictos Palatinos, vnde Duces proceſſerunt, celebre *Boiorum* regnum & multis aliis proſapiis fuerat, Comi-

Vuelphonum ſtirps. tum ac Principum, quorum *Vuelphones*, *Altorfenſes Marcham Occidentalem* tuebantur, Regum *Boiariæ* matrimonio clari & opulenter ditati. Nam & *Ludouicus* primus cognomento *Pius*, Caroli Magni filius, *Boiorum* Rex & Imp. *Iuditham Vuelphonis*, & *Ludouicus* ſecundus *Ethiconis* eiuſdem ſtirpis natam *Luitgardam*, fundatricem cœnobii *Tigurienſis* in matrimonio habuere. Qua ex occaſione & liberalitate poſteri ampliſſimas, Imperii beneficio, Prouincias in poſſeſſionem accepère, *Rudolphus*, *Henrici* filius & *Ethiconis* nepos, S. *Chunradi* Conſtantienſis Præſulis frater, Aduocatiam *Tigurienſem*, *Vuelpho* tertius *Carnorum* Ducatum & *Veronenſem* Marchiam ab Henrico tertio in fidem acceperant, & *Vuelpho* quartus ex *Chunitza* tertii *Vuelphonis* ſorore *Azoni* Italiæ Marchioni in matrimonium collocata, *Boiariæ* Ducatum ab *Henrico* quinto Imp. impetrauit. Atque is eſt, qui ex *Iuditha Balduini* Angliæ Regis filia *Henricum* illum genuerat, quem *Chunradus* tertius *Boiorum* & *Saxoniæ* Ducatibus exuerat. Cuius exulis filius *Henricus* cognomento *Leo*, cum *Friderici* primi munificentia Ducatus vtroſque recepiſſet, ab eodem mox tamen, ob factiones, priuatus eſt, cuius patruus *Vuelpho* ſextus nactus Tigurienſem aduocatiam, genuit *Vuelphonem* ſeptimum, ex *Friderici* primi munificentia *Spoleti* Ducem & *Tuſciæ* Marchionem. Fuit eius ſtemmatis & *Otto* quartus imperator, & qui hunc ſequuti ſunt *Brunſvvigii* ac *Luneburgenſes* Duces. Porro his proximum locum apud *Boia-*

Vogburgenſes Marchiones. *rios*, & nobilitate & vetuſtate, *Vogburgenſes* Marchiones habuerant, à Septentrionis limite regnum tuentes, vbi hodie *Voitlandia* eſt, ab aduocatia ſiue dominio illorum vernacula lingua ſic nuncupata, Voyt namque (quam vocem Sueui durius Vogt pronunciant) *Præfectus*, videlicet *Landgrauius Prouinciæ* dicitur, nimirum à Græco verbo *Boêθεῖν*, id eſt auxiliando. Quam Præfecturam (vbi Waldtſaſſen eſt opulentiſſimum cœnobium, opus Principum illorum) *Henricus Berchtoldi* quondam *Boiorum* Ducis filius, & *Arnoldi* mali ex fratre nepos, ab *Henrico* Aucupe, vna cum *Canabino* Comitatu acceperat, cum is filium ſuum *Henricum*, *Ottonis* Magni germanum, in Ducatum *Boiariæ* confirmaſſet, quem *Henricum*, in *Altacha* ſuperiori apud patentem conditum, ſecuti ſunt aliquot *Berchtoldi* & *Dietboldi* Marchiones *Vogburgenſes*; quorum *Dietboldus*, quem Theobaldum perpetuo Otto Friſingenſis vocat, in hac ſtirpe tertius, circa annum Domini 1180. ſorores habuiſſe legitur, *Adelhaidem Friderici* primi Imp. *Kunegundem Ottochari* Styriæ Marchionis, & *Iuditham Friderici* Comitis à *Bogn*, authoris Comitum *de la Areu*, coniuges. Pertine-

Landgrauii Boiorum. bant ad Boiariæ præterea ditionem Landtgrauii à *Steuenyng*, Burggrauii *Ratisbonenſes* & Aduocati Epiſcopatus eiuſdem. In quorum loca, vtpote cum tota proſapia extinctorum, ſucceſſere labentibus ſæculis Landtgrauii *Leuchtenburgenſes* ex Comitibus ab Halß, & Burggrauii *Norici* Caſtri ſiue *Nornbergenſes* ex Comitibus à Zolern, oriundi. Hos ſequuntur ordine, quorum adhuc ſtemmata ſuperſunt,

Comites ab Ortenburg. Comites ab Ortenburg / Palatinorum à Krayburg, titulo ab Ottone quarto donati, ex quibus Duces aliquot Comitesque *Carinthiæ* emerſere, Comites *An-*

dacenſes

Digitized by Google

dacenſes & à *Dieſſen*, vnde *Meranie* Duces, Comites cum *Tyrolie* tum *Goritiæ* Marchioneſque *Iſtria* proceſſerunt, *Amergouienſes*, *Portengouienſes*, *Chyemgouienſes*, *Leubnouienſes*, *Belhaymenſes*, *Mosburgenſes*, *Vuolfrutzhuſienſes*, *Dachouienſes* ab *Hochenvvard*, à *Vuayr*, à *Falckenſtain*, à *Bogen*, à *Ritterburg*, à *Rayning*, *Gaiſſnhauſen*, *Lengenfeld*, *Rottenburg*, *Hebburg*, *Abenſperg*, *Hippoltenſtain*, *Katznſtain*, *Paylſtain*, *Leonſtain*, *Dornberg*, *Iulbach*, *Schavvnburg*, *Malesdorff*, *Griesſpach*, *Grayſpach*, *Lechsgmynd*, *Sultzbach*, *Hirſchperg*, *Caſtl*, *Schendingen*, *Pleyen*, *Waſſerburg*, *Eberſperg* & *Sempt*, *Burgeck*, *Reicherſperg*, *Moringen*, *Hochenrieden* & *Meſſenhauſen*. His adnumeres licet, qui vel in regulorum vel equeſtri ordine adhuc ſuperſunt, ex antiquitate Mareſcalcos Imperii de *Pappenhaym*, quorum aliqui à *Biberbach* & *Oberndorf* titulum uſurpabant, Mareſcalcos Boiariæ à *Gumpenberg*, Mareſcalcos à *Dornſperg*, Dapiferos à *Kulental*, *Pincernas* à *Reicheneck*, Liberos à *Torringen*, à *Fronhouen*, à *Reichenbach*, à *Seraulemberg*, à *Heydeck*, à *Seueld*, à *Laber*, à *Lupfburg*, à *Wexelrayn*. Plures manent in equitum ſubſelliis: à *Vuelhaym*, ab *Hohenfels*, *Aichelberg*, *Wildenavv*, *Stainhaym*, *Laymingen*, *Pentzenavv*, *Preyſing*, *Seybelsdorf*, *Randeck*, *Zulenhart*, *Kamerberg*, *Althaim*, *Lechſperg*, *Greiffenberg*, *Wildenberg*, *Haldenberg*, *Fronberg*, *Fraunberg*, *Tannperg*, *Globſperg*, *Ebron*, *Schuangavv*, *Adelmanshauſen*, *Haslinger*, *Trenbeck*, *Avvertrium* ſtirpium *Gruober*, *Trayner*, *Pauledorffer*, *Fuckendorffer*, *Paumgartner*, *Amarskircher*, *Harſchkircher*, *Loſſnkircher*, *Raindorfer*, *Purckartinger*, *Pyrbinger*, *Kalshamer*, *Giebinger*, *Popinger*, *Publer* à *Weitneck*, *Weix*, *Hellmunſtrer*, *Staindacher*, *Schvvartzenberger*, *Kumperger*, *Hochenſtainer*, *Rottenberger*, *Taminger*, *Polner*, *Puechperger*, *Pollinger*, *Guiezen*, *Krauſen*, *Zautzen*, von *Eck*, von *Thurn*, *Nothafft*, *Abamer*, *Anhanger*, *Pfaffinger*, *Panichner*, *Sandicel*, *Loſchen*, *Maminger*, *Moringer*, & plures alii, qui omnes in nobilium ordine veteri adhuc & veſtitu & armatura vtuntur, quæ deſcribuntur à T. Liuio lib. 3. & 6. Decad. 4. à Polybio lib. 2. Virgilio 8. Æneidos, & Silio Italico lib. 4. Punicorum, vbi nominatim hi verſus leguntur:

> Ipſe tumens, ataui Brenni ſe ſtirpe ferebat
> Chryxus, & in titulos capitolia capta trahebat.
> Tarpeioque iugo demens, & vertice ſacro
> Penſantes * aurum Celtas vmbone ferebat.
> Colla viri fuluo radiabant lactea torque,
> Auro virgatæ veſtes, manicæque rigebant,
> Ex auro, & ſimili vibrabat criſta metallo, **
> Prima phalanx, ſpiſſæque ruunt conferta per arma,
> Vnde Boiorum ſocia † examina denſant.

Ad nobilitatem denique *Boiorum* gentis, vnde linguam *Auſtriaci*, *Salisburgenſes*, *Carni*, *Styri* ac *Carniolenſes*, *Tirolenſesque* ſortiuntur, videntur pertinere Inſignia, in quibus 24. panes, duodecim albos, ac totidem cœleſtino colore Principes gerunt, peruetuſta origine, vt eius generis maiores fuiſſe veriſimile ſit, qui de antiquitate quondam, videlicet Phryges, gloriabantur, vt eſt apud Herodotum in quarto, Pſameticum, nempe Ægypti Regem, cum illi contentio cum Rege Phrygum de vetuſtate mota fuiſſet, vt eam experiretur, cuinam genti tribuenda foret, duos pueros recens natos paſtori educandos tradidiſſe, dato mandato, ne quiſpiam illis colloqueretur; factum vero eſſe, cum adoleuiſſent, vt fame coacti inclamauerint: Becha! Quam vocem cum comperiſſet, Scytharum ac Phrygum eſſe, de antiquitate his populis ceſſiſſe. Quapropter non abſurde fortaſſis veteres Annales Boiarorum initia ex *Armenia* repetunt, vt non ſolum *Beronoardus* nobilis ſub *Friderico* primo Annalium ſcriptor autumat, ac *Boiarica* linguæ homines procul in *Armenia* in illa memorabili *Friderici* primi expeditione *Aſiatica* tum fuiſſe repertos, teſtatur, verum etiam peruetuſtus liber à me repertus, his nominatim verbis mentionem facit: *Anno Domini 507. Ludouicus Rex Francorum Alemannos, diuinum auxilium inuocans, vicit atque ſubiecit. Gens Noricorum prius expulſa reuertitur ad proprias ſedes, videlicet Boiariam & Auſtriam, cum Duce eorum Theodone, Latinie inde & Romanis eiectis. Qui Theodo Dux obiit, cui Theodo ſecundus ſucceſſit. Hi quoque Norici dicti, à Norice Herculis filio, è partibus circa Armeniam*

Comitatuſq; ... origo.

Boiorum veſtitus & armatura.

Inſignia Bavariæ.

* *l. Penſantis.*

** *Interp.* Sternitur impulſu vaſto perculſa Camertum.

† *l. Sociata.*

niam ſitis, huc transmigrauerunt, à quibus habemus nos Auſtrales & Boiarii ſermonem & nationem. Quæ ne quis abſurda exiſtimet, compertum eſt, vt Pauſanias in Phocide tradit, & Liuius Decad. 1. meminit, *Brennum Boiorum* Regem, ſpoliata vrbe ac Italia, aſcitis aliis *Celtarum* Regibus ac gentibus, *Bolgio*, *Cerethrio Acichorio* & *Bathanatio*, in Græciam per *Macedoniam* longis itineribus perueniſſe, ſpoliatoque rurſus *Delphico* templo, cum diris numinis agerentur, *Brennum* ac cæteros Reges (Bachanatlo excepto, qui in Pannoniam redierat) cum his, qui ſuperſtites erant, in *Aſiam* traieciſſe, vnde *Galati* illi proceſſerunt, ad quos Diuus Paulus epiſtolam dedit. Equidem *Teutonas* fuiſſe *Galatos* illos, nomina declarant Principum, quos Liuius in bello Macedonico citat, *Ludouicum*, *Carolomannum*, *Gnismarum*, *Gambolomarum*, quæ nos vernaculo ſermone rectius pronunciamus, *Ludwich*, *Caroloman*, *Zynsmayer*, & *Gumpelmayr*. Mayr enim apud veteres Gallos *Dominus* erat. Hinc & Cæſ. lib. 7. *Viridomari* meminit, & Marcellinus *Vadomari*, *Suomari* & *Chondomari*, & Iordnandes, *Theomari*, *Widmari*, *Waltmari*: Corrupta ſunt à ſcriptoribus Latinis *Teutonica* nomina, quæ noſtri proferebant, Werdmayr/ Badmayr, id eſt thermarum dominus, Schweinmayr / Hundtſmayr, Dietmayr / Waydmayr / Waldtmayr / id eſt *Teutonum dominus*, campeſtrum *dominus* & *ſyluestris regionis dominus &c.* Huc alludens cecinit Claudianus ſecundo in Eutropium:

Nuper ab Oceano Gallorum exercitus ingens,
Illic ante vagus, tandem regionibus hæſit,
Geſaque depoſuit, Graio iam mitis amictu.
Pro Rhæno poturus Halym, dat cuncta vetuſtas.

A panibus nomina nobilium & inſignia.

Recte igitur mea quidem ſententia Auentinus ex Annalibus diſſerit, *Boiogero* autore, relictâ *Aſiâ*, *Boios* in *Germaniam* ad *Rhenum* rediiſſe, ibique ſub duce *Adalgeri* filio *Theodone*, traiecto *Danubio* in *Vindeliciam* transmigrâſſe, vbi hodie adhuc *Boiorum* manet poſteritas, qui *Boiari* & corruptè *Bauari* nuncupantur, quorum diximus inſignia à vetuſtatis memoria à panibus illis infantilibus, ſiue panum appellatione Teutonica, & perantiqua Becha, primitus picta fuiſſe, ac plerosque alios ex nobilium ordine ſimiliter non ſolum vſurpâſſe, verum etiam gentilicia nomina traxiſſe Duces *Teccenſes*, *Kynsbeck*, *Taxenbeck*, *Trenbeck*, *Vueydbeck*, *Vrſembeck*, *Schvvambeck*, *Schvvartzenbeck*, *Hirſchbeck*, *&c.* Ex quibus præcipuè *Taxenpeck*, & *Kindſpeck*, hodie Barones dicti à *Kyndſeck* vnâ literâ deletâ, coniecturam non ineptè confirmare videntur. Hoc, quippe ſi preſſius conſideremus, infantiles illos panes, vel vt rectius dicam, infantilem illam poſtulationem panis Becha, vt diximus; illud vero *Teutonis Boiorum* quondam Regis, inſignia panificii picta, haud abſurdè repræſentare videtur. Ac antiquiores quidem *Boiorum* Reges à ſyluis, vt plurimum, nomina ſortiebantur, *Theobaldus*, *Garibaldus*, *Hugubaldus*, & *Francorum* à paratu & opibus *Dagobertus*, *Theobertus*, *Theoderichus*, *Hulderichus*, & à lupis Sueuorum, *Gibolphus*, *Agiolphus*, *Deoctolphus*, *Wolfgangus*, *Welpho*. Erat huic nationi præterea familiare diminutiuis vti, *Udiho paruus Otto*, & ab animali *Taxillo*, hoc eſt, paruus *taxus*: Nomina locorum vero deſinentia in *Ingen* habebant, *Scherding*, *Dinglſing*, *Pfering*, *Kitzing*, *Plödling*, *Berbing*, *Motzing*, *Schierling*, *Aerding*, *Mening*, *Hasling*, *Moring*, *Eitzing*, *Giebing*, *Pfaſſing*, *Popping*, *Adelſing*, & quæ erant vetuſtiores proſapiæ, quibus ſecundum leges ſucceſſio in principatu debebatur, *Habenling* & *Agilolphing*, à quibus *Welphones* deſcendiſſe autumant. Leges recenſent etiam ſtirpes nobiles vetuſtas,

Drozza, Fagana & Hoſi.

LIB. V.

LIBER V.

QVam Prouinciam *Styra-Marcham* vocant, duas Rom. Prouinciarum portiones continet. Superior quidem *Styria* in *Norico* mediterraneo: Inferior vero in *Valeria* ſitum obtinet. Quarum illa quidem inculta ſemper ob rigidas alpes & montium anfractus, hæc vero ob *Drauum* flumen & *Claudium* montem (in cuius fronta verſos *Pannones*, *Scordiſcos*, & à tergo in *Norico* coles *Tauriſcos*. Plinius lib. 3. cap. 21. eſt autor) culta ſemper fuit, vnde videlicet *Quados* & *Marcomannos* expuliſſe Auguſtum Cæſarem, de locis *Valeria* ſextus Ruffus ſcribit, & quem tractum, fœcundum ac cumprimis vineis celebrem, in honorem filiæ Cæſ. Diocletianus *Valeriam* nominauit, vt Ammianus tradit. Quam Prouinciam poſtquam Cæſ. Octav. Auguſtus Romano nomini vindicâſſet, *Anrupeno*, *Metullo*, *Monecio*, *Vendo* & *Petouione* expugnatis, ac ad deditionem compulſis, Coloniæ iſthuc Rom. deductæ fuêre in *Celeiam* & *Petouionem*, vbi hodie ſob ditione *Styria* ſunt *Cilia* & Pettaw / reliqua loca municipiorum iura tuebantur ſecus *Drauum*, *Vinudria*, *Mariana Caſtra*, *Monecium*, *Variana caſtra*, *Aqua*, (quorum ruinas Styri vocant Windiſchgrätz) *Marburgum*, *Manſpurgum*, *Varaſinum* & *Futzel*. Et ad *Sauariam* flumen, quod hodie *Mueram* dicunt, *Leontudum*, *Carnodunum*, *Riſpia*, *Murocla*, *Vindomana*, *Cardobianca*, *Olimacum*, *Vallatum* & *Saliorum Vrbs*, quæ hodie loca per *Cilienſem* tractum & *Styriam* Inferiorem, quam *Marcham* nominat vulgus, vetuſtis nominibus Romanis vel corruptis vel truncatis appellant, *Lutenbergam*, *Kornburgum*, *Reckaſpurgum*, *Leybnicium*, *Gradvvynam*, *Friburgam* ad *Byuckam* amnem, qui nomen municipii retinuit, *Lymbachum*, *Valbachum* & *Salam*. Erant & in alpibus *Noricis*, ſed paucæ vrbes, vbi hodie *Styria* ſuperior eſt, quondam *Norici mediterranei* portio, à Druſo & Tyberio ad Romanum obſequium redacta (& ad quam alludens Maro 3. Georg.

Valeria in Styria.

Rom. in Styria municipia

Et ſciat aerias alpes & Norica ſi quis
Caſtella in tumulis. - - -

Viana, quam modo *Voytſpergam* dicunt, *Candibiania* prope *Iudenburgum*, hodie Cobentz/ & *Obadiacum* Obdach/ noſtro ſæculo, In hoc terræ tractu, antequam Rom. ditioni ſubacta fuiſſet, & quidem à primis temporibus *Tauriſci* tenuere, gens Gallica, Teutonicæ tamen linguæ, vt non ſolum locus Plinii de *Claudio monte* atteſtatur, quem modo in finibus Ciliæ, Vogel & Pacher/ nominant, verum etiam libro 3. cap. 20. nominatim ſcribit: *in Noricis & Tauriſci ſunt*. Et iterum: *Incola alpium multi populi, ſed illuſtres à Pola ad Tergeſtis regionem, Secuſes, Subocrini, Attali, Menocaleni, iuxtaque Carnos quondam* Tauriſci, *nunc* Norici, *his contermini Rhæti & Vindelici*. Ex quibus locis conſtat, *Tauriſcos*, antequam illa adhuc loca in Rom. poteſtatem veniſſent, deletos & profligatos fuiſſe, nimirum in *Rhætiam* alpeſtrem, ad lacus, vbi *Turgouia* & *Vri* ſunt, quibus locis reliquias *Tauriſcorum* conſediſſe etiam Iulius Cæſar autor eſt. Contingit autem, quod in *Boiohemo* accidiſſe in deſcriptione *Auſtria* diximus, ex Taciti authoritate, manſiſſe videlicet *Boiohemum*, quamuis mutatis cultoribus. Sic profligatis *Tauriſcis*, cum ex *Claudio monte Valeria*, tum ex alpibus *Noricis*, nomen *Styria* manſit, quæ vox Latinam *Tauriſcorum* refert, manſit & Latini nominis, vel vmbra quædam in alpibus & montanis eiusdem quam deſcribimus, Thaurn/ vt editiora montana ferè omnia veterum colonorum nomina retinere conſtet, Prouinciæ Rottenmanſthaurn, Rachſtatterthaurn/ Welzthaurn/ Ybertheurung. Hinc quæſtio oritur de origine & Etymo nominis *Tauriſcorum*, ſiue *Styrorum*, vt vernacula lingua vtamur. Beroſus, antiquiſſimus autor, *Teyram* Iouis fratrem tradit poſt diluuium ex *Tauro* Aſiæ monte ad Pontum Euxinum colonias deduxiſſe, *Tyragetas* videlicet, indeque profectum in vlteriora loca Germaniæ ac Pannoniæ, non vulgarem manum in *Thuringos* ac *Tauriſcos* diuiſam eſſe, *Tauriſcosque* ſecus Iſtrum manſiſſe, vt veriſimile ſit, *Taurunum* ad confluentes Iſtri Sauique ab his & conditum eſſe & denominatum, vbi eſt hodie *Alba Græca*. Strabo quoque *Tauriſcorum* ad ripam Danubii in *Noricis* finibus meminit, eos à Bois confectos referens, quemadmodum in Periphraſi *Auſtria* dictum eſt, *Styra* Comitatum ac ditionem ſuperioris Auſtriæ ab his nominis vmbram retinuiſſe. Rurſus Am. Marcellinus lib. 15. Herculem refert tranſiſſe

Tauriſcorum in Norico veſtigia.

ſiſſe ad *Tauriſcum* Tyrannum in Gallias eumque coercuiſſe, quo tempore Gallia, ſicut & poſterius, vltra Rhænum & circa Danubii fontes vſque Venetios propagabatur, veluti Celtas etiam Gallicam gentem in alpes *Noricas* extendere Appianus Alexandrinus videtur, cum refert ſub finem libri tertii ciuilis hiſtoriæ, Tauriſci unde? Decimum Brutum in finibus *Aquilegiæ* à Camillo *Celtarum Principe* illorum finium ioterfectum fuiſſe. Et Strabo lib. 4. *Hos ergo Venetos eſſe opinor, eu quibus Veneti ſinum incolentes Adriaticum, in coloniam deducti ſunt, reliqui enim ferè omnes Galli è Tranſalpina Gallia commigrârunt, ſicut Boi & Sennones.* His adde ex Stephano Bizantio tertiam coniecturam oominis *Tauriſcorum*, nam cum Phocenſes ex Græcia coloniam deduxiſſe in Galliam, Maſſiliam doceſ, nominatim ſcribit, nauem vnam ab inſigni *Taurini* capitis, quæ fabros ferebat, via abiuiſſe, & *Taurinum* io alpibus proximis condidiſſe, vbi eſt modo *Taurinum* Pedemontis: ab his denique ſobolem quandam in *Noricum* fines extendiſſe. Vel *Tauriſium*, quam *Taruiſium* vocant, antiqua Germanorum verſus Italiam Marcha coarguit, & Comitatus duo peruetuſti, Thaur oomine, quorum alter in *Rhætia* finibus erat ad Atheſim, cuius ſubinde Diacoous meminit lib. 2. cap. 32. & lib. 3. cap. 9. & 10. alter verò in *Norico mediterraneo* in *Carnis*, in quo *Rapato* quiſpiam *Hennam* Auſtriæ Marchioniſſam io matrimonio habuiſſe legitur, cuius filius *Ortolphus* cum *Vuiltrude* coniuge Hochenwart arcem in Boiarla io cœoobium commutauit, cuius denique ſtirpis *Wilhelmus*, ex *Henna* Comitiſſa de *Vrieſaco*, *Wilhelmum* & *Hardvvicum* genuerat, à Gurcenſis Præpoſitura initia. latronibus occiſos prope *Vrieſacum*, quorum mater *Henna Gurcenſem* Præpoſituram poſuit. Siue igitur *Tauriſci*, aut ſi mauis vernaculo ſermone *Styri*, à *Theyra* gigante illo Beroſi deſcenderint, vode *Tauri*, qui modo Tartari *Tyragetæ* ad Pontum Euxinum, *Turingi* in Germania deſceoderuot, ſiue à *Tauriſco* Gallo, ab Hercule occiſo, ſiue denique à Phocenſium fabris, qui *Tauri* inſigni vtebantur, vt Stephanus ſcribit, ſatis conſtat, eam gentem ad lacus Heluetiæ profligatam à Romanis fuiſſe, vt etiam Cæſar ſentire viderur, vbi hodie ab illis *Turgouia* tractus terræ, & *Vri* pagus ſuperſunt, & nomina ſaltem veteribus ſedibus in *Norico* manſerunt, quæ in honc vſque diem Taurn dicuntur. Huc pertinet, quod Strabo lib. 4. ſcribit: *Poſt ipſos propriores ſinui Adriatico nonnulli* Norici *Carnique tenent, in* Noricis & Tauriſci *ſunt, horum omnium impudentiſſimas incurſationes repreſſit Tiberius, & eius frater Druſus æſtate vna, vnde annus agitur tertius & triceſimus, ex quo quieti ordinatim tributa pendent.* Sic lib. 7. *Nauportum*, vbi eſt hodie *Labacum* Epiſcopale, *Tauriſcorum* coloniam vocat. Et Marcellinus lib. 14. *Petouionem*, Norici vrbem ſub Conſtantio adhuc Cæſare apertè appellat, quæ adhuc hodie non ignobilis *Styriæ* Ferraria Styriæ. vrbs eſt, manent & *Ferraria*, ad quas Homerus & Euſtachius eius interpres alludere videntur, cum calibem *Noricum* deſcribunt. Dionyſius denique Geographus, poſt *Pannones* ab Iſtro verſus *Auſtrum*, *Geras* ac *Noricos* recenſet, vt plane dubium nullum ſit, & *Styriam* noſtram *Norici* veteris, puta *mediterranei*, partem fuiſſe, *Valeriæ* Taurn montes contiguam, in eaque *Tauriſcos* tenuiſſe & à *Tauriſcis* noo ſolum Taurn/ tot montes manſiſſe, ſed ipſum etiam *Styriæ* nomen vernaculum, quanquam mutatis coltoribus, ſiqoldem Romanorum ditione, in hoc quem deſcribimus, agro, peſ-Sueui in Styria. ſumeunte, Attilæ & Hunnorum victoriis, Sueui hunc ſub tributo obtinuerunt, vt Iordnandes eſt autor, vnde excurrentes Duce *Chunimundo* in *Pannoniam* proximam ad lacum Pelſodis (hodie Balaton) à Theodemyro Gothorum Rege, Theoderici Bernenſis patre, victi ac cæſi fuere. *Quieſcente vero tandem* (inquit) *Hunnorum gente, à Gothis Hunnimundus Sueuorum dux, dum ad prædandas Dalmatias tranſit, armenta Gothorum in campis errantia deprædauit, quia Dalmatiis Sueuia vicina erat, nec à Pannoniis multum diſtabat, præſertim vbi tunc Gothi reſidebant.* Et iterum de ſucceſſionibus temporum: *Illiricis autem cuncta* (ait) *per partes quidem & membra deuicta, ad vnum tandem corpus adaptata eſt, quæ habet in ſe Prouincias decem & octo, hæ ſunt Norici duæ, Pannoniæ duæ, Valeria, Sueuia, Dalmatia, Mæſia ſuperior, Dardania, Dacia duæ & Macedonia.* Quamobrem in Gothica hiſtoria Procopius Sueuiæ inter Dalmatiam & Pannonias memioit: *Ad id accedebat* (ioquit) *quod Aſinarium Coligiſlaumque Præfectos cum maximis copiis in Dalmatiam miſerat, vt in Gothorum hanc poteſtatem redigeret, & his imperat, vt ex locis Sueuiæ Prouinciæ circumiectis cæterit, &c.* Porro reperio Reges in hac *Sueuia*, vbi eſt modo *Styria* inferior, *Hildomundum*, ſub Galeno Cæſare, vt Vopiſcus in Probo adnotauit; *Gabinium* ſub Valentiniaoo, cuius Marcel. lib. 17. mentionem facit; *Hunimundum* ſub Leone primo; *Achiulphum Hunimundi* filium; *Droctulphum*, de quo Paulus Diaconus; *Gibolphum*, cuius eſt apud Eugippum meotio, imperante Iuſtino, & *Virodomarum*, qui, facta excurſione in

alpes

alpes, Salisburgi S. Maximum loci Epiſcopum, vna cum 40. Chriſtianis, ad martyrii coronam vocauit, circa annum à nato Chriſto quingenteſimum. *Sueuis* in hoc tractu poſtea ſucceſſerunt *Longobardi*, gens & ipſa *Sueuica*, vt lib. 3. Gothicæ hiſtoriæ Procopius teſtatur, de Anaſtaſio Imp. locutus. *Longobardos interim Imperator Norico & in Pannoniis nonnullis præſidiis & aliis plerisque locis cum ingenti pecunia donat.* His ſucceſſiſſe poſterioribus temporibus profligatos ex Italia Herulos veriſimile eſt. Hinc Procopius lib. 3. Gothicæ hiſtoriæ: *Heruli præterea alia circa Dalmatiam loca, Imperatoris permiſſu, & Sigidonum vrbem habebant.* Hinc tot Hermsdorff, Hermſtayn, Hermanſdorff, Herrnhauſſen, in hoc tractu ſuperſunt, ad nomen *Herulorum* alludentia. Horum reliquias Romanorumque *Sclauini* ſub Mauritio Cæſare deleuerunt, occupatis Dalmatiâ, Liburniâ, & quæ adiacebat *Valeriâ*. Hinc Procopius lib. 3. Gothicæ hiſtoriæ ſcribit: *Per idem tempus Sclauinorum exercitus, flumine Iſtro traiecto, Illyrios omnes usque Epidamnum ingentibus malis adfecere, ad hæc & præſidia illis in locis non pauca, & quidem prævalida occupârunt, circumuagatique omnia pro arbitrio ad rapinam vocarunt.* Ab eo tempore vsque ad Francorum Imperium, cum hi, Carolo Magno ductore, limitem ad *Tiſciam* & *Drauum* usque extendiſſent, conſtat, ſemper *Sclauinos* in hac, quam lectori Prouinciam damus, tenuiſſe, ſiquidem & Ludouicus Pius graue bellum cum *Lyndevvyto* quondam Sclauo ad Drauum geſſit in *Carnis*, quod Eginhardus, Herimbertus & Hermoldus Poëta deſcribunt, in quo Franci ſubinde à Sclauinis victi fuere. Hinc Eginhardus cum tribus exercitibus adortum Cæſarem Sclauos deſcripſiſſet: *Ille tamen* (inquit) *qui per Pannoniam ſuperiorem iter fecit, in tranſitu Draui fluminis, ex locorum & aquarum inſalubritate ſoluti ventris incommodo grauiter affectus eſt, & pars eiûs non modica conſumpta eſt.* Cæterum fracti diuturno bello Sclaui hoc in agro, tandem deditione facto ſub tributo Francis paruerunt. Ad quod pertinet, quod Eginhardus ſcribit: *Quibus domum reuerſis* Carniolenſes, *qui circa* Sauum *flumen habitant, & Foroiulienſibus pene contigui, Baldrico ſe dediderunt. Idem & pars* Carentanorum, *quæ ad* Lyndevviti *partes à nobis defecerat, facere curauit.* Atque ab eo tempore limite Francico in *Valeria* conſtituto, *Marcha* nomen ortum fuiſſe crediderim, manſiſſe tamen in parte agrorum *Sclauinos*, & præſertim in tractu *Cilienſi*. Quippe in Carolomanni hiſtoria, qui Ludouici ſecundi filius fuerat, & Arnolphi Cæſaris pater, legitur, *Brynnonem* Sclauorum Ducem à *Drauo* & *Cilienſi* tractu, ob dubiam fidem, cum ſibi ſubiecta gente vltra *Iſtrum* remotum, acceptisque agris in *Morauia*, *Brynnam* condidiſſe. A quo tempore, exciſa penitus *Sclauina* gente, totus is tractus, quantus è *Pannoniis* ſecus *Drauum* flumen in alpes *Noricas* patet, *Carnorum* ditioni mancipatus fuit, exiguis admodum remanentibus reliquiis, quem Duces illorum per Marchiones proprios adminiſtrârunt, & contra Hungaros defenderunt: Et magna quidem ex parte *Carinthiæ* Ducum filios Marchiæ præfuiſſe inuenio, qualis fuit *Vlrichus* iſte, cuius mentionem facit Lampertus Schafnaburgenſis Anno 1062. *Wilhelmus Marchio reuerſus in Thuringiam, dum redire in Hungariam, & ſponſam ſuam cum magna opum ſuarum oſtentatione adducere pararet, inter eundum ſecunda manſione morbo correptus obiit; ſponſam eius Vdalrichus Marchio Carentorum cognatus eius accepit, Marcham Otto frater eius obtinuit.* Tales fuêre Marchiones, quorum diploma fundationis *Gorvvicenſis* mentionem facit, ad fontes *Traſama*, qui hodie in *Styria* finibus ſcaturit. Subſcribam verba: *Eandem altitudinem vadit ad caput* Edelichæ, *inde ad proximum montem, qui pertinet ad* Hoſſtetten, *hinc deſcendit rectâ* Kreußpach, *in* Perlache, *quem tranſit recto limite ad* Schyntelecha, *& duo allodia Marchionis, Ottochari ac Peregrini, deinde ad caput* Perſnicæ, *inde per altitudinem montanam tranſit, ſuper* Styenberg, *inter allodia Marchionis Luipoldi, & quorundam nobilium & ciuium in* Ceſermavvr, *deinde inter duo allodia Wiliberti & Hartonis in villam* Thewrn, *verſus Orientem* Persnicam, *cum ortu ſuo, vsque ad villam* Thewrn, *verſus Auſtralem partem & ſemitam, quæ vocatur* Pechſteg, *inter confinia allodiorum Marchionis Hederici & Rudolphi, & ita verſus Carinthiam.* Talis fuit & *Albertus* ille, ſiue *Adalbero*, Comes de Muerzthall & Auelanz qui ſub S. Henrico *Marcham* Hungaris eripuit, qui deficiente ſtirpe *Carinthiæ* Principum, pro Ducatu *Carnorum* prope *Vlmam* cum Chunrado quodam prælio contendit, cuius filius poſtea *Marquardus* ab Henrico quarto *Carnorum* poſſeſſionem obtinuit. Atque is Cæſar deſinente ſtemmate Principum *Carinthiæ* antiquorum, dum pro eo digladiantur *Zaringenſes*, *Muertztallenſes*, & *Ortenburgenſes*, diuiſo veteri *Carnorum* Principatu (qui ex *Pannoniis* per *Noricum*

[illegible]

Carnorum Duces ex Marchionibus.

 medi-

mediterraneum totum, vſque ad alpes Italiæ, Rhætiamque patebat, & quatuor Principes ſubiectos habebat, duos Marchiones & totidem Palatinos, videlicet

Carinthia Marchio.

Marchionem, qui hodiernam *Styriam Carnorum* Ducis nomine gubernabat, Marchionem *Kraynburgenſem*, vbi eſt hodie *Carniola*, Palatinum *Carinthia* in *Goricenſi* tractu, & Palatinum *Krayburgenſem* ad *Oenum*, vnde *Ortenburgenſes* Comites defluxere) demptam Marchiam, *Orientalem* videlicet portionem, in *Pannonias* ſecus *Drauum* & *Mueram* amnes propagatam, *Ottocharo Styria* Comiti in *Norico Ripenſi*, autori videlicet *Garſtenſis* cœnobii contulit, ſub nomine quidem *veteris Marcha*, ſed mu-

Styria Principum initia.

tato nomine, vt qui quondam *Carnorum* Marchio dicebatur, deinceps *Styria* Marchio vocaretur. Sed is minus agri, quam hodie *Styria* Marchia complectitur, ex Imperii autoritate poſſidebat: Siquidem à *Drauo* ad *Sauum* quicquid terrarum erat, Marchio *Kraynburgenſis* tenebat, & in finibus verſus *Hungariam*, ſecus *Drauum*, quidem ad Sallsburgenſis ſedis obſequium pertinebat; quod autem verſus *Orientalem Marchiam*, hoc eſt *Auſtriam* protendebatur in alpibus, Comites *Bu-*

Comites Butenſes.

tenſes, ſiue *Varnbacenſes*, precatio ab Imperio accipere ſolebant, quorum Neynkirchen metropolis erat. Horum vtraque ditione definente (*Kraynburgenſi* inquam, quæ *Iſtria* Marchionis erat *Mainhardi Berchtoldi* & aliorum) & ſub Friderico primo occiſo ad Mediolanum *Eckenbrechto* vltimo Comite *Butenſi*, *Styria* Marchia verus illa, propagatis limitibus, maiorem *Rutenſis* partem, quanta videlicet à *Noua Ciuitate* Auſtriæ & *Semeryngo* monte verſus *Mueram* excurrit, ſuo corpori adiectam accepit, & agrum non minimum de *Kraynburgenſi*, cuius tamen maiorem portionem Liberi à *Saaneck* ob merita in Rempub. Imperii impetrârunt, (Cæſari, non Principi vel *Carnorum* vel *Styria* ſubiecti) qui à metropoli *Cilia* Comites, &

Comitum Cilia origo.

ab Inſignibus *Sternbergenſes*, itemque ob arcem in *Carnis Hainburgenſes* Comites nuncupati fuêre, ac Marchionom quidem *Styria*, qui *Carnorum* Marchiam ab Imperio, hoc eſt *Styriam* poſſederunt. Succeſſio hæc ferme fuit: *Ottocharus* Styriæ Comes, ac autor cœnobii *Garſtenſis*, ob fidelem nauatam operam in bello Sa-

Catalogus Principum Styriæ.

xonico, Marchæ *Carnorum* præficitur ab Henrico quarto, qui redacta in anguſtias *Carnorum* ditione, ſuperiorem tantum partem verſus *Rhætiam* ſub Ducatus nomine *Marquardo* Comiti à Muerzthall contulerat. Is habuiſſe fratres legitur, qui in auito Comitatu *Styria* in *Norico* Ripenſi manſerunt, *Ozonem*, *Bernhardum*, *Alberonem* prope Leuben occiſum ab aulicis fratris, & *Luitgardem* ſororem. Cuius filius *Ottocharus* tertius, ſecundus ſuæ gentis Marchio, ex *Eliſabetha* S. Leopoldi *Auſtria* Marchionis germana, genuit *Ottocharum* quartum, *Leopoldum*, *Peregrinum* & *Rudolphum*. Is S. Berchtoldi inſtinctu Canonicos *Garſtenſes* in Monachos Benedictinos convertit, & Hungaros ad *Petouionem* profligauit, obiit Romæ anno ſalu-

Reyn monaſterium.

tis 1122. Qui *Waldone* vltimo *Runia* Comite, ſine maſcula prole extincto, ab Imperio *Graczenſem* tractum beneficio obtinuit, vbi etiam prima initia *Runia* cœnobii poſuit, & ex Sophia Henrici *Welphonis* Baoariæ Ducis filia, *Dietboldum* & *Ottocharum* quintum tulit, obiit anno ſalutis 1128. Cuius patruelis *Luitoldus* à Chunrado tertio Rom. Imperii Vicarius creatus in Oriente, *Hugoni* à *Kranichperga* Dominium S. *Petronella* in Auſtria Imperii nomine contuliſſe legitur. *Leopoldo* forti in *Styramarcha* ſucceſſit *Ottocharus* frater, hoc nomine in familia quintus, qui diuiſa ditione cum fratre *Dietboldo*, ſiue *Leopoldo*, ſuperiorem is in verba accepit, deſtitutosque tum hæredibus legitimis ampliſſimos Comitatus, *Butenſem* ac *March-*

Quando Styriæ principes aduocati Friſingenſes?

burgenſem, vna cum Eccleſiæ *Friſingenſis* aduocatia, vt vocant, à Cæſare Friderico primo meruit, & ex *Kunigunde* filia *Dietboldi* Marchionis à Vogburg, *Eliſabetham* procreauit Auſtriæ Ducis coniugem, & *Henricum* vulgo appellatum Ducem de S. *Margaretha*, condidit duo cœnobia in *Marcha* ſua, Canonicorum regularium in Varaw & Chartuſianorum S. *Ioannis*, obiit *Quinque Eccleſiis* in Hungaria, in illa memorabili in terram Sanctam expeditione anno 1162. De quo plura lege apud Ottonem Friſingenſem lib. 1. de Friderici Cæſaris vita, cap. 40. cuius quoque frater germanus *Ozilo* obiit anno 1162. His ſucceſſit *Ottocharus* ſextus, *Leopoldi* filius, à Friderico primo Imp. Dux *Styramarcha* ſalutatus, & ex *Agnete Leopoldi* Auſtriæ Ducis ſecundi filia, cum nullam prolem tuliſſet, ac lepræ inſuper contagione infeſtaretur, in cœnobium Seyz, quod pro Chartuſianis conſtruxerat, ſeceſſit,

Styriæ Principes.

Ducatu ſocero tradito, in quam reſignationem Prouinciales omnes conſensêre, ſeruatis priuilegiis. A quo tempore *Auſtriaci* Duces rerum in *Styria* potiri cœpêre, dubia ſubinde fortuna cum Hungaris pro *Valeria* præcipuè tractu decertantes; Quorum regiam tenuiſſe *Graczii*, de familia quidem *Babenbergenſi* ſiue S. *Leopoldi*, reperio, *Fridericum*, *Henricum* Medlicenſem, de *Habſpurgenſi* vero, *Leopoldum* & *Erneſtum*, *Friderico* Imp. tertii patrem, qui & *Runia* in cœnobio prope Grätz ſepultus

pulrus cernirur. Porro deſinente veteri Archiducum *Auſtriæ* ſtemmate, *Ottocharus* Bohemiæ Rex, qui hæreditarem Vxoris *Margaretha*, *Auſtria* videlicet ac *Styria* adiecrat, *Styramarcham* primo quidem *Bela* Hungariæ Regi concefſerat, qui eam per *Stephanum* Comitem *Sagrabienſem* ex *Petouione* adminiſtrabat, deinde veru excitara factione, cum & *Hungari Styris* graues eſſe pergerent, recuperauit, & eam primo per *Brunnonem* Olomucenſem Epiſcopum, deinde per *Chunradum* Comitem *Hardecenſem*, poſtremo per *Henricum* Comitem *Pſanebergenſem* gubernauit, nec quicquam pro hac Prouincia Henrico Boiorum Duce interpellante, vt qui *Bela* Hungariæ Regis naram in matrimonio habebat, vnde vocatos in ſuſpicionem præcipuos *Styria* Satrapas, *Bernhardum & Henricum* Comites à *Pſaneberg*, *Fridericum* Mareſcalcum à Petouione, *Harduidum* à *Wildonia*, *Wulphingum* à *Stubenberga*, & *Vlrichum* à *Liechtenſtain*, *Ottocharus* cuſtodiæ mancipauit, neque eos ante libertati reddidit, quam arces tradidiſſent Peckach, S. Petrum, Kayſerſpergum, Stragel, Straunberg/ Muraw/ Eppenſtain/ Gleichenperg/ Premerſperg/ Kapffenberg/ Schirmberg/ Wurmberg/ Wulffling ſtain/ Rabenſtain & Loſſenthall. Quas omnes poſtea arces, victo & occiſo *Ottocharo*, à *Rudolpho* Habſpurgenſi Cæſ. *Styri* recuperârunt, cui in bello egregiam operam nauarunt, & victoriæ autores præcipui omnium Annalium conſenſu extitêre. Atque is Prouinciam, profligatis Bohemis, auſpicio *Mainhardi* Tirolis Comitis, filii ſoceri, ſubiugatam per *Pſannebergenſem* primo Comitem adminiſtrauit. Et cum *Albertus* eam filius in fidem vna cum *Auſtria* accepiſſet, *Colonem* à Geldenhoven Præſidem *Styris* dedit, & eo mortuo *Ottonem* à Liechtenſtain, eoque extincto *Henricum* Abbatem *Admontenſem*, qui ex odio priuato excitato grauiſſimo bello cum *Rudolpho* Salisburgenſi Præſule, ob fines in valle *Auyſi*, vt conſpirarent in Principem *Auſtriæ* Prouinciales, anſam dedit, in quibus motibus *Otto* Boiorum Dux in ſpem Ducatus conſequendi à *Styris* vocatur, quo ab *Auſtrio* profligato, *Fridericus* à *Seubenberga*, haud procul *Ponte Muera*, ab *Hermanno* à *Landenberga* intercipitur ex itinere, & multis poſt annis ad intercesſionem Epiſcoporum ac vicinorum Principum ex cuſtodia vix dimiſſus eſt, pecuniâ & multarum arcium poſſeſſione mulctatus. Et de *Styramarchâ* Principibus hæc, qui, vt diximus, ob merita in Imperium duas amplas ditiones familiæbus extinctis adiecêre, *Butenſem* & *Cilienſem*. *Butenſis* erat Comitatus verſus *Hungariam* & *Auſtriam*, à *Noua ciuitate* Auſtriæ vsque ad *Byncam* ac *Lauſnicium* amnes, in qua floruere, qui cognati fuerant Burggrauiorum *Ratisbonenſium*, Landrgrauiorum de *Steueningen*, Comitumque à *Ryetenburg*, *Varnbach* & *Neuburg* Oeni, *Vdalricus* cum fratribus *Theoderico* Præpoſito Saltzburgenſi, & *Burcardo* Abbate ad S. Gallum, & filiis *Arnoldo*, *Peregrino*, *Friderico*, *Brunnone* & *Thiemone*, ac *Henrico*, qui *Theodericum* & *Gebhardum* reliquit. *Thyemo*, *Henrici* frater, quinque liberos genuit, *Henricum*, *Eckebertum*, *Fridericum*, *Meginhardum* & ſecundum *Thiemonem*, cuius filius *Meginhardus Hermannum*, Landrgrauium de *Steuenyng*, dedit, *Vlricum* & *Chunradum* Comites *Varnbacenſes*, *Fridericus*, *Thiemonis* primi filius, Principatum *Butenſem*, de quo loquimur, in finibus *Pannonia* & *Noriei* poſſidebat, poſt *Thiemonem* primum, & ex *Gertrude*, Henrici quarti amita, tulit, *Harduicum* Comitem à Burckhauſen/ vnde *Machlandini* & *Paylſtainenſes* Comites defluxere, *Erbonem* Landtgrauium de *Steuenyng*, vnde *Hardvvici*, *Erbones* ac *Sigefridi* Burggrauii *Ratisbonenſes*, & *Botones* in *Hungaria* deriuati ſunt, & *Hedvvigem*, quæ ex Marchione *Saxoniæ Lotharium* Cæſarem tulit. *Thiemonis* filius in Comitatu *Butenſi*, de quo loquimur, relictus erat, *Eckebertus* ſecundus quatuor liberis clarus, *Gotofrido Monacho*, *Diethmaro*, *Eberhardo* & *Eckeberto* tertio, à quorum *Eberhardo* Palatini de *Krayburg*, & Comites *Ortenburgenſes* defluxere, *Eckebertus* à Chunrado tertio Imp. cognato Priuilegium impetrauit, vt ditio *Butenſis* in finibus *Auſtria* & *Styria* Principis titulum haberet, & ius ſignandi monetam in Neynkirchen/ oppido illorum. Cuius filius *Eckebertus* quartus, ſub Friderico primo in obſidione Mediolani occubuit, de quo lege Ottonem Friſingenſem lib. 1. de vita Friderici Imp. cap. 31. De quo Ligurinus Poëta: *Primus in his Eckebertus erat Comes ipſe, ſed alto ſanguine, Regiſico minime ceſſurus honori.* Ac quanquam ſupereſſet de hac ſtirpe *Hermannus* quidam Comes *Nevvburgenſis*, is tamen acceptis *Hertzogburgo* ac *Sitzenbergo*, *Neynkirchen* & agrum vicinum *Leopoldo* ſexto vendidit. Ita *Butenſis* Principatus, partim *Styria* partim *Auſtria*, Imperii beneficio ceſſit. Cæterum ditio *Cilienſis*, quæ à proprio Principe Imperii gubernabatur, in tractu *Valeria*, primis quidem temporibus, nec Principis *Styra* ſiue *Marchionis Carnorum*, nec Comitum à *Sternberg*, hoc eſt *Cilienſium* obſequio ſubiecta fuerat, ſed partim Marchinnum *Kraynburgenſium* fidem amplectebatur, partim vero Comitum *Marchburgenſium* iuſſa ſequebatur. Quorum

Præfecti Styriæ.

Laus Styrienſium.

Seditiones Styriæ.

Butenſis Comitatus.

Machlandini Comites.

Principes à Buten in Auſtria.

Principatus Ciliæ.

reperi *Chunradum* cum *Ottone* filio, anno 1120. *Richerium* & *Vdalricum* fratres, do anno 1170. *Bernhardum*, qui circa annum 1160. *Ottocharo Styriæ* Marchioni vendidit *Marchburgum*, & multa circum vicina caſtra ac prædia. Ab eo tempo-

Comites à Sternberg.

re *Sternbergenſes* Comites, qui multo ante in *Carnis* ſub nomine Comitum à *Starchand* & *Hainburg* clari fuerant, actis radicibus magnam *Valeriæ* partem ſecus *Saanam* flu. ad *Sauum* vsque Imperii autoritate comparare cœperunt, poſtremò Prin-

Genealogia Comitum Ciliæ.

cipum titulo honorati. In qua gente reperio (exceptis propaginibus ab *Hainburg* & *Sternberg*, de quibus in *Carnis* dicemus) *Vdalricum* ſub nomine Comitis de *Sternberg*, qui à *Berchtoldo* Patriarcha *Aquilegienſi* Comitatum *Dreuen* ſeudo accepit circa annum 1278. *Waltherum* & *Vdalricum* circa annum 1280. *Henricum* & *Chunradum*, qui à *Raimundo* Patriarcha feuda accepiſſe legitur, ſub nomine Comitum à *Sternberg*. *Vdalricus* tertius ſub nomine Liberi à *Saanck* citatur in literis, & ab *Ottobono* Patriarcha circa *Satlam* ſeuda quædam accepit circa annum 1304. *Leopoldus* Liber à *Saanck*, à *Ludouvico* Patriarcha *Reiffmez* comparuit; *Henricus* & *Fridericus* Liberi à *Saanck*, à *Berchtrando* Patriarcha *Lemburg*, S. *Petrum*, *Neukirchen* & *Neydeck* accepere, quorum *Fridericus* Comitem ſe Ciliæ primus ſcripſit, cum late ditionem in *Valeria* acquiſiviſſet, obiit, ſepultus *Celeiæ*, anno 1359. Succeſſere *Vdalricus* quartus & *Ioannes*, quorum ille ex *Adelhaido* Comitiſſa *Ottingenſi Wilhelmum* procreauit, ſepulti *Celeiæ* in monaſterio Minorum, hic quidem anno 1372. ille vero 1368. *Hermannus* ſuperiorum frater à Carolo quarto Imp. multis prærogatiuis adornatus inter quatuor Imperii Comites adnumeratur anno 1361. *Hermanno* & *Ioanne* ſecundis poſt ſe filiis relictis. *Ioannes* ſecundus ex Comitiſſa *Montis fortis* genuit, *Ioannem* Præſulem *Friſingenſem*, & *Catharinam Ioanni* Dapifero à *Waldtburg* nuptam; *Hermannus* ſecundus Pletriach, cœnobium, poſuit, & ex Comitiſſa *Schavvnburgenſi Auſtriaca* procreauit *Hermannum* tertium, *Georgium*, & *Wilhelmum* ſecundum, quorum hic obiit anno 1392. *Georgius* vero anno 1443. *Hermannus* tertius ex *Boiariæ* Ducis filia genuit *Fridericum* & *Vdalricum*, poſtremos ſui generis, & filias, *Barbaram* Sigismundi Imp. coniugem, *Margaretham*, Comiti *Pſanebergenſi*, & tertiam *Henrico* Comiti *Goricenſi* locatas, donatur à Cæſare in *Sclauonia* Comitatibus, Sagor & Schackenthurn. *Vdalricus* quintus ex *Seruiæ* Deſpotæ filia, quæ Amurathi Turcarum Imp. vxoris ſoror fuerat, nullam prolem habuit, ad *Albam Græcam* à filiis *Huniadis*, *Ladislao* & *Matthia*, qui poſtea Rex Hungariæ fuit, interfectus, cum aliquandiu Regnum *Sclauoniæ* tutorio nomine adminiſtrâſſet, donec

Poſtremi Cilienſes.

Vladislaus Rex, nepos ex ſorore, & *Alberti* Auſtriaci Regis Rom. filius adoleuiſſet, de quo multa Æneas Syluius ſcribit. Cuius frater *Fridericus*, mali exempli homo, contemptâ legitimâ vxore *Modruſienſi Comitiſſa*; *Veronica Teſchnitz* pellicis amore detentus, cum tyrannidem ageret, captus in *Oſteruicio* arce diu delituit, obiit tandem anno 1454. Et ditionem *Cilienſem* Fridericus Imp. & Dux *Auſtriæ* ac *Styriæ*, ex veteri pactione vt agnatus in verba adactam *Styræ Marchæ* adiecit, nec quicquam vidua & *Ioanne Vitobicio* Bohemo reſiſtentibus, qui *Celeiæ* etiam, cum *Auſtriæ*

Occaſio nominis Maximiliani.

iuri vendicaret incolas, vitæ periculum adiit, & S. *Maximiliani* locis martyris ope cum euaſiſſet, filium tum natum *Maximilianum* appellauit, qui poſt eum im-

Comitum Pfannenbergenſium ſtirps

perauit. Proximo loco poſt *Cilienſes* in tractu *Styramarcha* erant Comites *Pſanuenbergenſes*, in *inſignibus albis* tres *rubros panes* geſtantes. Quorum reperi *Poponem* de anno 1100. *Rudolphum* de anno 1136. *Poponem* ſecundum, cuius filiam *Egino Artenburgenſis* Comitis filius vxorem duxit anno 1240. *Henricus*, qui *Styriæ* Præfectum egit ſub *Ottocharo Bohemo*, anno 1256. *Viennæ* in templo Minorum ſepultus, *Rudolphus* ſecundus, *Vdalricus*, qui cum potentiſſimis *Styriæ* & *Auſtriæ* Satrapis in *Albertum* primum conſpirauit, *Ioannes* filius *Vdalrici*, ex filia *Wilhelmi* Comitis *Montfortii* vnicam filiam *Margaretham* genuit, *Hugoni* Comiti à *Montſort* nuptam, ra-

Montfortii in Styria.

tione cuius matrimonii *Montfortii* dominium *Pakach*, & alia quædam in *Styria* prædia à domo *Auſtriæ* impetrârunt. His antiquiores fuêre in hoc tractu, Comitatus *Muerztall*, *Auelantz*, *Durgemiml*, *Levvbn* & *Runia*, in quorum illis *Albero* celebratur ad Marchionatum prouectus, & eius filius *Marcquardus* ad Ducatum *Carnorum*. In Comitatu *Levvbenſi Aribonem* & *Sigefridum* reperi, quorum primus electus

Comitatus Levvbenſis.

in Archiepiſcopum Moguntinum poſt *Wylligiſum*, Göß celeberrimum illud cœnobium pro Sanctimonialibus nobilibus fundauit, prima Abbatiſſa *Adela Sigefridi* fratris

Comitatus Runa.

filia conſtituta. In Comitatu denique *Runiæ Waltherus* floruit circa annum 1096. & *Waldo* primus *Runiæ* autor. Sed miſſis Comitatibus peruetuſtis ad nobilitatem me conferam, quorum officiis hæreditariis, vt vocant, celebres fuêre Mareſcalci à *Wildonia*, Mareſcalci à *Petouione*, Pincernæ à *Stubenberg*, Camerarii à *Liechtenſtain*, Dapiferi de *Enſtall*. Reliqui Baronum ordinem tuebantur, Domini à *Berneck*

neck

neck & *Hohenburg*, veterum *Styriæ* Marchionum cognati, eiſdemque inſignibus, mutato tantum colore, vſi, Domini ab *Eppenſtain*, *Neidberg*, *Seldenhouen*, *Blanckenſtain*, *Lindek*, & qui ſunt alio tranſlati, à *Scherpſenberg*, quique interiêre, à *Reichenburg*, à *Vualdſee*, quique titulum eum aceeperunt poſterius, *Dietrichſtain*, *Vngnad*, *Herberſtain*, *Windiſchgratz*, *Kainach*, *Raknitz*, quique alio abiuerunt, *Brueſchinckii*, vnde Comites *Hardecenſes* in *Auſtria*, *Rogendorffii*, *Harrachii*, *Hoffmannii*, *Rappachii*, *Prevvner*, *Lembachii*, *Schrott*, *&c.* Reliqui in ordine equeſtri, qui quidem manent pluribus ſæculis euolutis, de *Graben*, *Saravv*, *Rotmansdorffer*, *Trautmansdorffer*, *Kaindorffer*, *Mindorffer*, *Hermansdorffer*, *Rindſcheid*, *Stadler*, *Moshaimer*, *Grasvvein*, *Prandner*, *Prancker*, *Gloicher*, *Spongſtainer*, *Gailer*, *Holnecker*, *Altenhauſer*, *Stainacher*, *Gallen*, *Zvvickel*, *Zachen*, *Glintzer*, *Hamer*, *Han*, *Innerholtzer*, *Igelshouer*, *Leiſſer*, *Colonitſcher*, *Katzianer*, *Eibervvalder*, *Lemſitzer*, *Stadler*, *Dragſel*, *Idemſpenger*, *Pleicher*, *Peer*, *Perckhamer*, *Dreykopſ*, *Ernavver*, *Stubech*, *Staindorfer*. Intercidetunt autem aut ad ſummam egeſtatem redacti ſuot: *Hornecker*, *Talberger*, *Zuber*, *Premhaſen*, *Zierbach*, *Pütrer*, *Hoenecker*, *Fledinger*, *Varavver*, *Honavver*, *Vaſoldſperger*, *Hohenbancker*, *Leibnitzer*, *Algerſpacher*, *Algersdorffer*, *Prembacher*, *Murrecker*, *Ritzendorffer*, *Grebminger*, *Rendecker*, *Geſtnick*, *Pernſtain*, *Planckenvvard*, *Planckenperg*, *Wansdorf*, *Kemberg*, *Offenberg*, *Guttenberg*, *Alendorff*, *Pfaffendorff*, *Strechavv*, *Zebinger*, *Kapffenſtainer*, *Hollenburger*, *Freiſtainer*, *Vaitſcher*, *Luger*, *Lugaſter*, *Affacher*, *Frueten* de *Mairhouen*, *Tuedingskircher*, *Iarndorffer*, *Pfannavver*, *Kaller*, *Straſſer*, *Paucker*, *Kuppenſtainer*, *Sichlperger*, *Lobminger*, *Falckenberger*, *Reyffenſtainer*, *Oberburger*, *Gmaynhart*, voo *Maur*, *Reitenbach*, *Iunckenhouer*, *Pottendorffer*, *Krubsdorffer*, *Schonbeyring*, *Angerer*, *Raiminger*, *Grobminger*, *Luegaſſer*, *Pfundan*, *Popler*, *Ecker*, *Huetſchecker*, *Treytner*, *Wundergerſter*, *Truſtramer*, *Pucher*, *Derrer*, *Harlinger*, *Sturmair*, *Libgengaſter*, *Rader*, *Freiſinger*, *Schvvingenhaimer*, *Hager*, *Pruckdorſer*, *Mullinger*, *Regenſeer*, *Leitſchacher*, *Zerman*, *Retzer*, *Gaisrucker*, *Schrampf*, *Patriarch*, *Haffen*, *Gnaſer*, *Horrobeck*, *Schrattenberger*, *Rottenberger*, *Hengsbacher*, *Gleysbacher*, *Lansdorffer*, *Herezenkraffi*, *Mittenrecker*, *Muertzer*, *Ennpacher*, *Schavvſues*, *Gallenberger*, *Dillinger*, *Dolicher*, *Vnmold*, *Iler*, *Herter*, *Hertiſcher*, *Entzesdorffer*, *Globizer*, *Abbrecher*, *Gonſſel*, *Svvegel*, *Helffenberger*, *Liechtenperger*, *Lottenpeck*, *Prevver*, *Waldtſperger*, *Roſenberger*, *Grienpeck*, *Himelfoind*, *Kampfol*, *Hundſpen*, *Rechaim*, *Abaimer*, *Kuerpfaff*, *Saltzer*, *Gleiſpacher*. Et talium nomioum plures, quos ob tabellæ exiguitatem adnotate nequiui. Et hactenus de *Styramarcha* ſiue *Styria*, quæ duobus ampliſſimis amnibus irrigatur, *Drauo* in finibus *Tyrolis* orto, & *Muera* in finibus *Carinthiæ* in valle *Lunggavv*, in literis vetuſtis à ſuecisa arbote ligni dicta. Ipſa porro *Muera* à municipio *Murocla* ad ipſius ripam ſito, vbi eſt hodie *Leibnicia*, appellatiooem ſortita eſt, cum Sauaria apud Romanos vocaretur. Eſt tameo & *Saana* flu. in tractu *Cilienſi* fotte *Sauaria* minor. Denique in hoc tractu quatuor inſignes montes hiſtoriis ac Geographis celebratos obſeruaui: *Cetii* iuga, quæ, juxta *Semeringam* montem, *Cetzvvald* diplomatibus antiquis nuncupantur; *Comagenum*, cuius præter Antonini itinerarium Eginhardus meminit, hodie Kaumberg, in finibus *Auſtriæ* & *Styriæ*; *Heortes* Straboni in finibus *Draui* celebratus, quem *Hardpergum* eſſe autumo; *Geſſacum*, per quem Gallienum Cæſarem Gothos à *Drauo* pepuliſſe Trebellius Pollio autor eſt, cuius hodie juga dicuntur *Satl*, *Maſſenberg*, *Kulmperg* & *Schockel*, qoæ vox ad vetus nomen alludere videtur; & *Claudium*, in cuius fronte *Scordiſcos*, & à tergo *Tauriſcos* habitare in tertio Plioios ſcribit, hodie in finibus *Styriæ* & *Sclauoniæ* iuga eius nominantur *Robitzberg*, *Vogel* & *Facher*. Porro quoniam à Benedicto quarto Rom. Pontifice, imperante Ottone primo, diuiſa veteri *Laureacenſi* diœceſi *Frideric* *iuauienſis* in *Norico mediterraneo*, vbi *Carni* ſunt & *Styri*, Eccleſiaſticam Iotisdictionem accepit, ibique tres ſedes Episcopales poſteri poſuêre, nempe *Gurcenſem* anno 1072. *Laurentinum* aote 400. circiter annos, & *Seccouienſem* 1219. Operæ pretium duximus, eorundem Antiſtitum Catalogum inſerete, quod eorum præſertim *Auſtriæ* Principes Aduocati exiſtant. Ac vt nihil dicamus de S. *Maximo*, quem loci Epiſopum S. *Seuerinus Norici* Apoſtolus, ſub Gelaſio Papa, deſignârat, martyrio ibidem coronatum, circa annum 459. *Rudbertus* ex *Bormacienſi*, cum *Theodonem* Regem *Boiorum* cum tota ſubiecta gente Chriſto vendicâſſet, Epiſcopii veterem in *Iuuauia* ſedem, vbi hodie eſt *Saltzeburga*, reuocauit, circa annum 640. Quem ſecuti ſunt ex cœnobio S. Petri, quod ibidem eſt, Monachi, *Vitalis*, *Aiozologus*, *Sauolus*, *Etius*, *Ioannes*, *Virgilius*, qui reductis *Carnis* ad fidem Chriſti, per *Modelhamum* & *Modeſtinum*, *Solienſem* ibidem ſedem auſpicatus erat, circa annum 772. Huoc conſecuti ſunt *Bertrichus*, & ſub Carolo Magno *Arno* ptimus Metropolitanæ ſedis ibidem autor, vt in epiſtola Agapiti ad

Muera fluvius

Montes Styriæ

Episcopi Salzburgenses

Gerhardum Laureacenſem Papæ legitur: *Quibus vero duabus Prouinciis illarumque Pontif. vsque ad tempora Hunnorum, non alius quam S.* Laureacenſis *Eccleſiæ præfuit Archiepiſcopus. Quorum barbarica feritas non ſolum prædictam* Laureacenſem, *verum & in circuitu iacentes regiones depopulauit, atque funditus deſolauit. Vnde quidem contigit, vt Epiſcopi hac neceſſitate compulſi, ſede deſerta, atque alio tranſlata, ſimul & Archiepiſcopalem deſererent honorem, modernis autem nec multum retrolapſis temporibus, vacante ab Apoſtolico vicario* Boiorum *regno*, Arno *primus S. Laureacenſis Eccleſiæ ſubrogatur Archiepiſcopus.* Hoc teſtatur annoſa memorialis Sacri ſcrinii hiſtoria. Hæc illa. Secuti ſunt, *Auilidon*, *Alramus*, *Luitprandus*, *Adalbinus* Comes à Thaut, qui io Tráßmaut *Auſtria Auarum* regulum ſacris vndis luſtrauit, *Dietmarus*, qui à Ioanne Papa oono primus Legati titulum obtiouit, anno 1025. *Peregrinus*, *Adalbertus*, *Egelolphus*, *Heroldus*, primi *Scyrenſis* Palatini filius, ſub quo magna pars *Laureacenſis*, deſolatæ iam, Iuuauienſi acceſſit, *Balduinus*, cui Henricus quartus *Erneſtum* Marchionem *Auſtriæ* & eius ſucceſſores Aduocatos dedit anno 1056., *Gebhardus* Comes ab *Helſenſtain*, autor *Gurcenſis* ſedis & cœnobii *Admontenſis* io *Styria*, *Thyemo* occiſus in terra Sancta, vt eſt apud Ottooem Friſiogeoſem cap. 7. lib. 7. *Chunradus* filius S. *Leopoldi*, *Eberhardus* ab Adelſtevt, fundator cœnobii Salmeißweyl, ad lacum *Podmannicum*, *Adalbertus* Regis *Bohemiæ* filius anno 1188. *Henricus* ex Præpoſito *Berchtolsgadenſi*, *Chunradus* ex Moguntino Archiepiſcopo ab Alexandro Papa conſtitutus, *Richerius*, *Ladislaus* Dux Polooiæ, *Philippus* Dux *Carinthiæ* & Patriarcha *Aquileienſis*, *Stephanus*, *Henrici* Ducis Boiorum filius, *Rudolphus*, qui cum *Alberto* primo geſſit bellum anno 1308. *Chunradus* à Praytenfurt ex *Lauentino*, qui S. Virgilii altare conſtruxit, *Wichardus* à Polhaym, Baro Auſtriacus, qui S. Rudberti aram conſtruxit & Annales ſcripſit, *Fridericus* à Leybnitz ex Præpoſito, à *Berengario* Cardinale Tuſcano conſecratus, Fridericus Comes à Schawnburg, Auſtriacus, *Fridericus* Dapifer ab Emerberg, Auſtriacus, *Sigismundus* à Volckenſtayn, Atheſinus, *Ortolphus* à Weiſſeneck, Styrus, *Bernhardus* à Rohr, Auſtriacus, *Ioannes* ex Strigonienſi, *Burcardus* à Weyßbriach, Carnus, *Leonhardus* à Keytſchach, Carnus, Mattheus Lang, Cardinalis Sueuus, *Erneſtus* Dux Boiariæ, *Michael* à Kuenburg, Carnus, *Ioannes Iacobus* Kayn, Atheſinus, qui gubernatula primum adiit anno 1561.

LIBER VI.

Iauntall. Karſt Goritia Labacen. ſtatus Argonauta.

QVam hodie Prouinciam *Carniolam* vocant, vna com adiuncta *Wyndorum Marcha* & *Karſtio*, portiones hæ de Rom. Prouinciis complectitur; ab Oriente quidem partem *Sauiæ Pannoniæ*, quæ correctore gubernabatur, vbi *Colapis* in *Sauum* exoneratur, & *Segeſticam* memoratiſſimam illam hiſtoriis ac Geographis Inſulam efficit; ab Occidente nonnihil de vetuſtiori *Carnorum* ditiooe habebat, vnde *Tergeſtum* coloniam *Carnorum* Strabo nomioare videtur. Reliqua tenebant *Illirici*, *Gallici* populi, *Iapodes* à Septentrione & *Caturiges*; ac *Norici* à Meridie, vnde in hanc vsque diem Jaunthall, Kharſt, *Goricia* pro *Noricea* ſiue *Noreia*, nomina ad poſteros defluxêre. Quem quidem terræ tractum *Sauo* flu. irriguum & *Colapi*, præter alia vel Argooautæ antiquiſſimi illi nobilitârunt, vt qui aduerſo flumine ex *Iſtro* in *Sauum*, & inde in *Nauportum* nauigârunt, quem hodie ab antiquis accolis *Latobicis Labacum* dicunt: Strabo & Plinius *Nauportum* appellant, quod Argooautæ iſthic, cum vlterius in mare Adriaticum nauigare noo poſſent, naues in ſtatione habuerint, vnde & *Nauporto* nomen, & quæ loca proxima ſuot in Annalibus celebrata *Portnaonis*, ac *Nauprodrona*. Placet Plinii ac Strabonis locum, de toto Prouiociæ ſitu, adſerre; quorum ille lib. 3. cap. 18. ſic nomioatim ſcribit: *Anaſſum quo Varramus defluit, Alſa Natiſo cum Turo profluente Aquileiam coloniam* 12000. *paſ. à mari ſitam. Carnorum hæc regio, iunctaque regioni Iapodum amnis Tymauus, Caſtello nobile vino Bucinum. Tergeſtinus ſinus, Colonia Tergeſte* 23000. *paſ. ab Aquileia. Vltra quam* 6000. *paſ. Formio amnis ab Rauena* 189. *paſ. antiquus auctæ Italiæ terminus, nunc vero Iſtria, quam cognominatam tradunt à flumine Iſtro in Adriam effluente, Nauporto amne, eidemque Iſtro ex aduerſo Padi fauces contrario*

rorum

eorum percuſſu mari interiecto dulceſcente, plerique dixere falſo, & Nepos etiam Cornelius Padi accola. Nullus enim ex Danubio in mare Adriaticum effunditur. Deceptos credo, quoniam Argonauis flumine in mare Adriaticum deſcendit, nec procul Tergeſte, nec iam conſtat, quo flumine. Humeris traiectam alpes, diligentiores tradunt: Subiiſſe autem Iſtro, dein Sauo, dein Nauporto, cui nomen ex ea cauſa eſt, inter Aemonam alpesque exorienti.
In qua deſcriptione Plinius incipiens *Carnorum* ditionem delineate ex *Iſtria*, cui proximi colebant (vnde *Tergeſtum* etiam pagum *Carnicum* vocat, & hodie *à Carnis* nimirum *Carniolam* vocamus, ad fontes *Saui* & *Labaci* extentam regionem) & totum ſitum ad Rom. coloniam *Aquileiam* dirigens, fluuios inprimis ac profluentes enumerat. *Natiſonem*, quem hodie *Lnicium* dicunt, in finibus *Goritia* & *Karſtii*, *Carniolaque* decurrentem, in quem teliqui partim confluunt, partim vero non ita procul alueos tenent. *Turus* quidem, quem Torre vocant, ex *Vdina* confluit, *Alſa* vero, quem *Liſontium* dicunt, *Goritiam* præterlabitur. Qui *Varramus* porto ſit, dubium eſt, niſi is ſit amnis, quem ex finibus *Carniolæ* & *Karſtii*, hoc eſt, *Albia* regione per *Iſtriam* decurrentem, *Fuſinum* nominant, ſed quoniam ex *Anaſſo* defluere ſcribit, coniectura adducor, vt credam, eſſe *Gurckium Carniola*, quem Strabo lib. 7. *Corcoram* dicit, lane & hodie ex Naſſenfues is delabitur ad *Aurſpergium*, quod ad vetus nomen *Aurupeni* non ineptè alludere videtur. *Tymaui* nomen corruptum ſupereſt, Tybein vocant, & *arcem Auſtriacam* ad eius ripam ſitam, cui proxima eſt altera Proſſeck / vbi nobile adhuc illud vinum prouenit *Riſolium*, quod *Bucinum* eſſe non dubitn, etſi Wipach, vox, magis ad vetus nomen alludere videatur, ſed à fluuio potius præterfluente illa vineta, (quem *frigidum* Antoninus appellat) denominationem traxiſſe veriſimile eſt, Bach enim vocula Teutonica eſt, & fluuiolum denotat. Sed hæc ad confinia magis, quam tibi lectnr damus, Prouinciæ pertinent. Quæ vero poſtea de *Argonautis* ſubiicit, ad ipſiſſimum *Carniola* ſitum ſpectant, nam & hodie *Labacus* fluuius oritur ſupra *Labacum* Epiſcopale, quod de *Nauporto* refert Plinius, haud procul *Iggii* ruinis antiquæ vrbis, quam *Æmonam* extitiſſe coloniam inſcriptiones ſaxorum teſtantur. Isque ingreditur *Sauum*, qui ad *Albam Gracam* Iſtro confluit, vt veriſimile ſit, *Argonautas* aduerſo flumine ex *Danubio* in *Sauum* nauigâſſe, & inde in *Labacum*, ibique naues in ſtatione habuiſſe, quod vlterius nauigare nequirent in *Iſtriam* ob intericctos montes, quos *Albiam* Strabo, Ptolomæus *Ocram* dicit. Sane & hodie *Albia* dicitur, & à *Carnis Ocram* denominatum autumo, aut, vt in mille aliis, vocem in exemplari Græco corruptam eſſe, ac *O* literam ſuperfluam acceſſiſſe, ſiue initiali litera *Oros*, quæ vox montem ſignificat, *Carnorum* montem voluiſſe Ptolomæum exprimere, vt hodie Chorographi, cum montes indicant, M. literam addunt. Porro quod de nauigatione ſubdit Plinius, an humeris nauem in *Iſtriam* tulerint, omnino humanis viribus impoſſibile videtur. Et quoniam nullum flumen è *Labaco*, hoc eſt, *Nauporto* in *Iſtriam* defluit, admirationem non exiguam parit, qua ratinne *Argonauta* in *Iſtriam* ex *Iſtro* nauigârint. Nauigare ſane vsque *Labacum* aduerſo flumine potuerunt, ſed vlterius quoniam peruenerunt, memorabili illa nauigatione, digna res eſt inquiſitione. Igitur conſideranti mihi, & diligentiſſime oculis perſcrutanti lacum Zirckniʒerſee, & ſpecum illum, qui ſub ſcopulis prope Lueg ducit, quem *Lugeum* eſſe Strabonis non dubito, ad ſpatium ferè milliarii late ſub terra excauatum, & per quem multi ſane ad lucernam latiſſime penetrârunt, & ni tot fontium ſcaturigine præpediti fuiſſent, procul peruestigando perueniſſent, *anſer* tamen aliquando in eo ſpecu relictus, in *Iſtriam* enatauit, & haud procul *Adelſperga*, quod in finibus *Iſtria Carniolaque* eſt, emerſit. Idque argumentum illuſtre eſt, *Argonautas*, cum nauigare vlterius nequirent, operibus excauaſſe montem *Albium*, qui *Iſtriam* à *Carniola* ſeparat. Cuius quidem excauationis & lacus proximus Zirckniʒerſee fidem approbat, vt qui totus in fundo cauus ex operibus illis, magna ex parte ob vetuſtatem obrutis terra, quotannis piſcationem exhibet, erumpentibus ex ſpecu dicto fontibus, & per alia foramina intro reuertentibus, quæ incolæ *Reſchera* nominant, ſementem largitur. Et ex Plinio hæc, quæ exactius paulo Strabo depingit, & præſertim illa *Carniola* ac *Iſtria* confinia, vbi diximus eſſe ſpecum illum *Argonautarum*, quem Lueg etiamnum nominant, haud aliter quam Strabo, qui *Lugeum* dixit, & lib. 4. Geographiæ ſub finem de eo ſic ſcriptum reliquit: *Porro Iapodes circa hæc habitant loca, gens Illiricis Galliſque commixta, & penes iſtos eſt ſublimitas. Iapodes igitur virium florentes robore antea & vtroque ex montis latere domicilia habentes, ab Auguſto tandem Caſare ſummo cum labore debellati ſunt, cum late latrociniis inualeſcerent. Ipſorum autem oppida Metullum, Aurupenum, Monecium, Vendum. Poſt hæc vrbs* Segeſtica *in plano ſita,*

Carniola limites.

Natiſo fluuius.

Alſa fluuius.

Gurck fluuius.

Tymauus.

Bucinum, vinum.

Æmona.

Ocra mons.

Lacus Zirckniʒerſee.

Argonautarum opera in Carniola.

Iapodes.

L *iuxta*

iuxta quam Drinus præterlabitur in Iſtrum influens; vrbs ipſa aduerſus Dacorum bel- *Ocra mons.* *lum oportunè ſita eſt. Ocra vero humillima prorſus alpium pars eſt, vbi Carnis adiungitur, qua ex Aquileia onera plauſtris ad Nauportum (ſic enim appellant) aduehuntur, ſtadia non* *Nauportus fluvius.* *vltra 400. iter eſt, inde per fluuios ad Iſtrum vsque vectantur, locaque huic vicina, Nauportus etiam amnis ex Illiricis nauigabilis defertur, intrat autem Sauum, vt facile per Segeſta-* *Colapis fluvius.* *nam Oram & Pannoniam ac Tauriſcos delabatur; at vero in Sauum irrumpit Colapis ad vrbem, ambo ſane nauigabiles ex alpibus fluentes.* In qua Strabonis deſcriptione, ſex locorum nomina noſtris temporibus, ſitus, vt delineat Strabo, veritatem con- *Karſtium & Iauntall.* firmant, nam & hudie ſublimitas eſt in *Karſtio* loco ſaltuoſo, & à *Iapodibus* haud ita procul in finibus *Cilienſis* tractus & Carinthiæ Jauntall ſupereſt, vetus *Iapodum* nomen referens. Superſunt & ciuitatum, quas enumerat, non ſolum rui- *Metullum.* næ, ſed nominum veterum etiam vel vmbra quædam manet. *Metullum* in *Metnica* valle *Cilienſi*, vbi ruinæ alicuius magnæ vrbis ſuperſunt, quas, ob vetuſtatem ſcilicet, accolæ *Troiam* vocant. *Vendi* in *Vendisgracio*, *Monecs* in *Mauſpurgio*, & *Aurupeni* in *Aurſpergo*. De *Ocra* mnnte & *Nauporto* dictum eſt prius. Quod autem de *Segeſtica Inſula.* *Colapi* refert & *Segeſtica* Inſula, quæ ex *confluentibus* fit *Colapis* & *Saui*, in finibus *Marcha*, quam vocant *Windorum*, domui Auſtriæ ſubiectæ, omnia, vti delineae Strabo, cernuntur, nam haud procul *Soſſedo* arce Sclauoniæ, & *Sagrabria* Epiſcopali vrbe Hungariæ, & *Carniola* Gurckfeldt/ *Culpa* fluuius *Sauum* ingreditur, quæ vox à *Colapi* non abludit, ſi decurtationem Teutonicam aduertas, & Inſula ibi permagna cernitur, quam *Zyzyam* nominant, quod & ipſum ad *Segeſtica* nomen non pcſſime accedere videtur. Pertinet ad eandem Prouinciam, quam deſcribimus, explicandam & alter locus Strabonis, qui in 7. lib. legitur in hæc verba: *Cæterum Segeſtica vrbs eſt Pannoniorum, vbi fluuii plures confluunt, omnes ſane nauigationibus idonei, arx in gerendo contra Dacos bello natura perutilis, ſubiacet enim alpibus ad Iapodes vsque protendentibus nationem Gallicam ſimul & Illiricam. Ex his locis quam plures labuntur amnes, quibus cum aliunde, tum ex Italia multa conuehuntur onera. Nam poſt promontorium ex Aquileia conſcendentibus Nauportum, ſtadia ſunt 350., ad quam rhedæ perducuntur. Ea vero eſt Tauriſcorum colonia, quanquam nonnulli D. eſſe dicant. Promontorium illud quadam eſt alpium pars humillima, quæ ex Rhætia vsque ad Iapodes porri-* *Albius Lugeum.* *guntur. Hinc montana attollitur denuo ad Iapodes regio, quam Albiam vocant. Pariter ex Tergeſto pago Carnico tranſmiſſio eſt per Promontorium ad Paludem nomine Lugeum. Nau-* *Corcoras fluvius.* *porto proximus eſt fluuius Corcoras, qui onera excipit. Hinc ſane Sauum intrat, hic vero in Noarum penes Segeſtam; hinc Noarus augetur accepto Colapi, qui ex Albio monte fluens per Iapodes Danubium illabitur ad Scordiſcos.* Et ſubdit de *Albio* monte (quem hodie etiamnum *Albium* vocant, qui *ex Carniola Iſtriam* petentibus eſt ſuperandus, & cui nemus illud ingens adiacet, quod à *Burno Sueuorum* oppido iſthic condito, cuius Procopius in hiſtoria Gothica meminit, Pyernpamerwaldt nominatur:) *Iapodum vrbs.* *Dehinc c ırſus Iapicus * ſtadiis mille continetur, Iapodes enim in Albio monte ſiti ſunt, qui alpium poſterior eſt, excelſus admodum, hinc quidem ad Pannonios Iſtrumque pertinentes, hinc autem ad Adriaticum mare, pugnaces quidem, cæterum ab Auguſto Cæſ. tandem expugnati ad vnum omnes; eorum oppida Metullum, Aurupenum, Monecium, Vendum.* In quo loco, vt de *Segeſtica*, *Metullo* & ſublimitate montium in *Karſtio*, de quibus antea dictum eſt, nihil addamus, colligere licet, ex Italia, vt etiamnum conſuetudo tenet, ad *Nauportum* vina ac merces deuehi ſolitas; cernitur & humillima pars, qua *Rhætia* coniungitur. *Noricum mediterraneum* in valle, quam hodie à *Pyruſtis*, quorum eiſdem finibus in *Illirici* deſcriptione Appianus meminit, Purſterſtall nuncupa- *Albia regio.* mus. *Albia* regio, à monte proximo denominata, ipſiſſima eſt *Carniola* noſtra, vnde *Albicos* credo milites Rom. dictos, quorum & Cæſar in Gallica hiſtoria, & Ap- *Zirckniтzer-ſee.* pianus mentionem faciunt. Supereſt *Lugeum* palus, ſed mutato nomine Zirckniтzerſee/ quæ inter *Labacenſem* ditionem & *Gotſcheenſem* regiunculam, ſupereſt, quam diximus ſingulis annis venationem, piſcationem & ſementem præbere, ad cuius marginem duæ arces, Haſperg & Stegwerg/ & pagi quatuor ſiti ſunt, Martinſpach/ Lypſe, Jeſſera & Otockel, hunc enim *Lugeum* eſſe, arx proxima Lueg nomine, & ſpecus ille conteſtantur, de quibus ſupra diximus, cum de *Argonautarum* nauigatione in *Iſtriam* loqueremur. Pertinet ad eiusdem Prouinciæ, quam tibi lector damus, delineationem, & locus Appiani Alexandrini, in libro, quem *Illiricum* inſcripſit, vbi hæc nominatim verba leguntur, cum de bello Auguſti *Carniola deſcriptio.* Cæſaris ſcribit, aduerſus *Iapodes* ſuſcepto, in quo ad *Metullum* vrbem ex caſu in oppugnatione vulneratus erat: *Ex Iapodum gente, quæ intra alpes habitat, Montini & Edata*

* Strabo *Iapodicus*.

& Edata, ipſi ſe aduenienti vltro tradidère. Aurupini, qui plurimi & bellicoſiſſimi ex Iapodum
natione referuntur, ex villis ad vrbem ſeceſſerunt, appropinquante quoque illo inter ſyluas
latuerunt, Cæſar capta vrbe neutiquam ignem iniici paſſus eſt, ratus eos ſe tandem traditu-
ros, quo facto, vrbem vt incolerent, permiſit. Qui rurſus ad amuſſim delineaos val-
lem *Metnicenſem*, vbi eſt *Troia Metulli* veteris ruinæ vnde nomen valli ſine dubio *Troia Carniola.*
acceſſit: *Deinde ad aliam proceſſit vrbem*, (ait) *Metullum incola nominant, qua Iapodum*
urbs primaria habetur, ſita eſt autem in monte nemoroſo duobus condita tumulis, quos val-
lis modica interſecat. Huc adde, quæ Velleius de *Nauporti* ſitu refert, cum bellum *Nauportum.*
Pannooicum à Tyberin Imp. geſtum explanar: *Cuius immenſa multitudinis pars acerri-*
mis & peritiſſimis Ducibus properare in Italiam decreuerat, iunctam ſibi Nauporti & Tergeſtis
confinio. Cornelius Tacitus lib. 1. *Pannonica æſtiua* in *Nauporto* celebrat, quæ ſub exi-
tum Auguſti contra *Iunium Bleſum* Legatum ſeditionem concitauerat, quam *Ty-*
berius Cæſar inter initia gubernationis ſuæ mox compreſſit. *Interea Mampuli*, in-
quit, *ante cœptam ſeditionem Nauportum miſſi ob itinera & Pontes & alios vſus poſtquam*
turbatum in caſtris accepere, vexilla conuellunt, direptisque proximis vicis, ipſoque Nau-
porto, quod municipii inſtar erat, retinentes Centuriones contumeliis poſtremo verberibusque
inſectantur. Non poſſum omittere, quæ de *Æmona* coloniæ ſitu Herodianus ſcribit *Æmona Colonia.*
in hiſtoria Maximini Cæſ., cuius hodie rudera ſupra Labacum Jgg oominanrur,
cum Maximi & Balbini expedirionem ex Iralia aduerſus Maximinum Tyrannum,
qui *Aquileia* rum fuerat, recenſet: *Sed vbi totam planitiem ſeruatis ordinibus transmi-*
ſerunt, ad Italia vrbem peruentum eſt, qua Æmona à cultoribus vocatur, ea ſita eſt in ex-
trema planitie ad alpium radices. Præter hanc igitur *Æmonam* coloniam, poſtquam
Auguſti Cæſ. auſpiciis *Iapodes* eſſenr debellati, & multo ante *Carni* per Q. Caſſi-
um Rom. Coſ. Romanæ ditioni vendicati eſſent, vt & apud Liuium Decad. 5.
lib. 3. coloniæ exciratæ ſunt, à *Carnis* quidem, vt Strabo in 7. eſt autor, *Terge-*
ſtum, à Romanis vero *Siſcia*, *Celeia*, & *Petouio*, ac de poſteriorihus in *Styria* dictum eſt: *Siſcia Colonia*
Siſciam vero, ad *Colapis* & *Sauui* confluentes, delinear Plinius lib. 3. cap. 29., quam
cap. 25. Coloniam cognominat, & Strabo io 7. penes *Siſciam* Inſulam *Segeſti-*
cam celebrar, vbi hodie contra Inſulam *Zyzyam* eſt *Suſacum* Sclauoniæ, quod *Si-*
ſcia veteris ruinas conrinere oon dubiro. Velleius Tyberii Cæſ. iſthic hiberna in
bello Pannonico celebrar, & Ammianus lib. 28. *Siſcianum* quæſtorem, *Iuuentium*;
Concilia quoque & Decreta Rom. Pontificis Epiſcopos *Siſcianos* commemorant.
Conſtantium caſtum & alios, liber Præfecturarum, Rom. claſſis Præfectum in *Siſ-*
cia, Præpoſirum theſaurorum *Sauia Pannonia*, Procuratorem monetæ, & Tribu-
num cohortis tertiæ *Alpinorum* deſcribir, vbi S. *Quirinus* Præſul Laureacenſis in *S. Quirinus.*
Norico Ripenſi in lucem editus ſuit, quem multi Philippi Cæſ. filium putaot, pri-
mum *Pannoniarum* & *Norici* Apoſtolum, paſſum ſub Diocletiano ad *Sabariam* Pan-
noniæ, de quo elegans Prudentii Carmen legitur: *Inſignem meriti virum, Quiri-*
num placitum Deo, vrbis mœnia Siſcia, conceſſum ſibi martyrem complexu patrio fouet. His
adde lector, qunrum in hoc tractu meminit itioerarium Antonini, in deſcriptio-
ne itineris ex *Adriatico* in *Pannonias Aneſicam*, ad *Titulos*, *Turrem*, *frigidum fluuium*, *Seniam*, *Ruinæ antiquæ in Carniola.*
Longaticum, *Auendonem*, *Pratoriam Latonicorum*, *Nauportum*, *Aurupenum*, *Monecium*, *Nouidu-*
num, *Romulam*, *Bilbilim*, *Adranſem* & *Quadratam*; quæ hodie loca duobus primis dem-
ptis vulgus appellat, *Dorrenberg*, *Wippach*, *Senaſetz*, *Logyſch*, *Adelſperg*, *Peterlaſſeck*, *Labach*,
Aurſpurg, *Manſpurg*, *Neuburg* prope *Krayburgum*, *Rudolffvverdam*, *Billigratz* vel *Billikir-*
chen, *Dorgememl* & *Gurckfeldam*; quorum *Aurupeni*, *Monecii* ac *Nauporti* creberrime
tam Strabo, quam Appiaous Alexandrinus mentionem faciunr. Ptolomæus in hoc
tractu quaruor tantum municipia enumerat, *Siſciam*, *Petouionem*, *Sorogram* & *Vi-*
ſontium, quorum de primis iam dictum eſt, rertii ruioas arbirror ſupereſſe in *Sa-*
grabia Epiſcopali Hungarorum vrbe, & *Viſontii* in *Vibitſch*. His adde *Anaſſum* Pli-
nii hodie Naſſfuſes, cuius etiam mentio extat apud Iordanum, *Tarſatium* ho-
die prope *Sanctum Vitum* am Pſluman / *Terſetz* dicitur *Bolliam*, cuius eodem lo-
co, cum *Sueuorum* ſedes in hoc terrarum agro depingit, Iordanus mentionem facit,
hodie *Pollan* flumen prope Lack, de quo ſupradictus Iordnandes. Procoplus in *Sueui in Carniola.*
Gothica hiſtoria *Burnum Sueuorum* vrbem in tractu quondam nemoroſo locare vi-
detur, dubio procul Gotbſee, vbi & à *Burna* Pyrnpamer Waldt / & in argro re-
liquæ Sueuicæ gentis, etiamnum in Gotbſee, ſuperſunt, lingua Sueuicum
quiddam ſonantes, etſi veſtitu Croatico & Illirico vtantur. Sed placet Pro-
copii locum inſerere, qui eſt in Gothica hiſtoria: *Poſt hunc ſub Heſperio regno Dal-*
matia, deinde Liburnia, Iſtriaque & Venetorum ſunt loca, & Rauennam vsque pertingunt,
maritimique omnes habitant ea regione, ſupra hos Sichii ſunt & Sueui, haud tamen Fran-

corum ſub ditione, alis præterea qui mediterranea tenent. Carni deinde Murcique. Et iterum: *ad id accedebat, quod Aſinarium, Vlegislaumque Præfectos cum maximis in Dalmatiam copiis miſerat, vt in Gothorum hanc poteſtatem redigeret, & ex his impetraret, vt ex locis Suenia Prouincia circumiectis Barbarorum ſocietate adſcito exercitu recte ſe in Dalmatiam & Salonas conferrent; cum his præterea claſſem longarum nauium miſit, vt terra marique Salonas vndique obſiderent: ipſe vero cum vniuerſo exercitu aduerſus Beliſarium vrbemque Romam ire mox peregit, equitum peditumque ad centum quinquaginta millia ductans, quorum pars maxima armis munita, vel equos ipſos armatos habebat. Aſinarius itaque vbi Sueniam venit, Barbarorum contraxit exercitum: Vlegislaus vero ſolus in Liburniam Gothos ductabat.. Qui cum Romanis apud Sardonem (id loco nomen) acie conflixiſſet, victi bello ad Burnum vrbem ſe receperunt, &c.* Hactenus de *Burna* & reliquiis *Sueuorum*, quæ extant in regiuncula illa exigua Gotſchee/ venio ad nomen vtrumque huius, quam tibi lector damus, Prouinciæ, quam *Craniam* Germani ttaospoſitis literis à *Carnis*, Latine vero io literis *Carniolam* nominaot, eaque nomina non noua ſunt, ſed vetuſta.

Crania & Carniola.

Carnorum ſane in eo tractu Strabo libro 7. expreſſe meminit, ſcribens: *Ad eum locum Rhæti paululum adſunt, amplius Heluetii & Vindelici, & deſerta Boiorum regio vsque ad Pannonios. Magis autem Luetii & Heluetii in montibus campos habitant, Rhæti vero & Norici alpium ſumma tenent, & Italiam verſus inclinant, hinc Inſubribus inde Cranis propinqui & Aquileia tractui.* Ad idem nomen veroaculum alludens Rhegino Prumienſis ſcribit: *Anno Dominica incarnationis* 924. *Henricus Rex Hungaros multa cæde proſtrauit, pluresque ex eis comprehendit. Eodem anno Sclauos, qui Vucrani vocantur, hoſtiliter inuaſit & vicit.*

Carniola & Carnorum nomen.

Sic *Carniola* nominis Latini mentionem facit Paulus Diacoous lib. 6. Longobardorum hiſt. cap. 52. *Rachis denique* (ait) *apud Forumiulii Dux, vt diximus, effectus, Carniolam Sclauorum Prouinciam cum ſuis ingreſſus, multitudinem Sclauorum proſternens, eorum omnia veſtauit.* Eiusdem oominis & Prouiociæ mentionem facit Eginhardus rerum à Carolo Magno geſtarum ſcriptor, cum de expeditione *Balderici* Ludouici Pii Imperatoris Præfecti in *Lyndouitum Carniolenſem* Marchiooem tractat: *Is tamen* (inquit) *qui per Pannoniam ſuperiorem iter fecerat, in tranſitu Draui flu. ex locorum & aquarum inſalubritate ſoluti ventris incommodo graviter affectus eſt, & pars eius non modica hoc modo conſumpta eſt, deinde tres exercitus de Saxonia & Orientali Francia, ac Alemannia, Boiaria quoque, atque Italia congregati ſunt, quibus domum reuerſis Carniolenſes, (qui circa Sauum fluuium habitant & Foroiulienſibus pene contigui ſunt) Balderico ſeſe dediderunt.* Sic in diplomate quodam *Friderici* primi dato, de anno Domini 1214. *Caſtrum quoque Treuem cum omnibus ſuis pertinentibus miniſterialibus, famulis, terris cultis & incultis, exitibus & reditibus, nemoroſis & aliis iurisdictionibus, ſecundum quod Voldradus & mater ſua Aquileienſi Eccleſiæ contradidit, & caſtrum Atymis cum omnibus ſuis pertinentiis, miniſteralibus, famulis, ſecundum quod nobilis vir Vdalrichus quondam Marchio Tuſciæ Aquileiæ contulit, inſuper Marchiam Carniolæ & Iſtriæ, cum comitatu & honore, vniuerſis pertinentibus, omnique iure Imperiali, quod ab anteceſſore noſtro Ottone Imp. tum autem Rege, &c.* Et hactenus de oomine; tranſeo ad Principes, qui paſſim & *Carniolæ* Marchiooes ſiue Comires in literis Latinis nuncupantur, in Annalibus vero vernaculis *Marchiones Graynburgenſes.* Hi vero ex ſtemmate Comitum *Andecenſium* Boiariæ deſluxere, vnde & *Merania* Duces, Principesque *Tyrolis* & *Goritiæ* deſcendetunt: Quorum *Rato* ſub Carolo Martello floruit; *Verlinus* Caroli Magni Cancellarius fuerat, *Rotbardus* Præſul Auguſtanus 12.

Carniolæ Principes.

Raſſo, ſiue S. *Gafrad* Marchio Orientalis, de quo in *Auſtria* dictum eſt, *Fridericus*, qui Dieſſen in Boiaria cœnobium poſuit. *Ezelinus* pulſus ab Henrico ſecundo Imp. ptimus agros aliquot in Patriarchatu accepit, *Leopoldus* genuit *Albertum* Comitem *Tyrolenſem* (qui in valle Trideotina legatos Saxonum & Germaniæ aduerſus Henricum quartum Romam miſſos interceperat, vt eſt apud Vrſpergenſem) & *Arnoldum Iſtriæ* Marchionem, *Engelbertum Graynburgenſem* Marchionem, & *Albertum* Comitem *Goricenſem*, *Arnoldus* porro *Arnoldum* filium tertium dedit, cuius filius *Bertholdus* ex *Sophia* Comitiſſa ab *Amertall Berchtoldum* reliquit *Iſtriæ* Marchionem, *Poponem* Epiſcopum *Babenbergenſem*, *Chunradum Andecenſem*, & *Ottonem Wolfratzhuſienſem*, Comites in Boiaria, *Berchtoldus* ſecundus eiusdem generis Marchio *Iſtriæ* & *Carniolæ* ex *Agneto* à *Neuburgo* genuit *Berchtldum* tertium Marchionem, *Chunradum* Conſtantienſem, *Theobaldum* Patauienſem Epiſcopos, & *Menegoldum* Abbarem cœnobil Krembſmünſter/ in ſuperiori Auſtria, *Berchtoldus* tertius ex Marchioniſſa *Saxonia* genuit *Berchtoldum* quartum Marchionem *Iſtriæ* & *Carniolæ*, *Poponem* Babenbergenſem, *Ottonem* Friſingenſem & *Vdalricum* Patauienſem Præſules. *Berchtoldus* quartus, ex *Hedwige Carinthia* Ducis nara, genuit *Ottonem* ſeniorem Ducem *Meraniæ*, *Henricum*, Marchionem *Iſtriæ* & *Carniolæ*, *Ottonem*

Baben-

Babenbergenſem Epiſcopum, ſundatorem Arnoldſtayn cœnobii in Carnis, *Eckebertum* Præſulem Babenbergenſem, captum à *Bernbardo* Duce *Carinthia*, & ſepultum *Vienna* in monaſterio Scotorum, quorum ſórores *Agnes Philippo* Franciæ Regi, *Gertrudis Andrea* Hungariæ Regi filio *Bela*, (quæ S. Gertrudis mater extiterat) *Sophia* Duci *Saxonia*, & *Hedvvigis* Duci *Sileſia* nuptæ ſuere. *Henricus* Marchio *Iſtria* & *Carniola*, *Berchtoldum* vltimum dedit, qui legitur *Gratzii* in *Styria* obiiſſe anno 1208. cum antea eum *Ottone* Palatino *Scyrenſi* & *Eckeberto* Babenbergenſi cognato in necem *Philippi* Cæſaris coniuraſſet, cuius cognatus *Chunradus* Comes à *Dachavv* Boiariæ, Dux *Dalmatia* à Friderico primo creatus fuit, vt eſt apud Ottooem Friſingenſem lib. Chron. 7. cap. 25. & lib. 3. hiſtoriæ Friderici cap. 29. Porro conſtat, Prouinciam *Carniolanam*, vna cum *Styria* Ducatu ac *Wyndorum* Marchia, ditioneque *Medlicenſi*, ad *Auſtria* Principes perueniſſe, cum *Ottocharus* primus *Styria* Dux lepræ contagione infeſtatus, ſocero ſuo *Leopoldo Auſtria* Duci conſentientibus Prouincialibus tradidiſſet, cum omnibus iuribus ſuis, vt vocant, per reſigoationem. Siquidem ad nepotem prædicti *Leopoldi* ſexti, *Fridericum Auſtria* Ducem, epiſtola *Friderici* Cæſ. ſecundi legitur, eum Archiducalem illi honorem, ac eas prærogatiuas confirmat, quibus hactenus *Auſtria* Principes gauiſi fuere. Eius epiſtolæ initium ſic habet: *In nomine Sancta & indiuidua Trinitatis: Fridericus ſecundus, diuinâ fauente clementiâ Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Hieruſalem & Sicilia Rex. Iuſtis Principum noſtrorum petitionibus condeſcendere cogimur, quas niſi fauorabiliter audiremus, obaudire, quod iuſtè petitur, per iniuriam videremur. Quapropter per præſens Priuilegium nouerit tam præſens ætas, quam ſucceſſura poſteritas, quod noſter excellentiſſimus Princeps Fridericus Dux Auſtria & Styria, Dominus Carniola, dilectus Princeps & conſanguineus noſter, quoddam Priuilegium Diui Auguſti Imp. quondam Friderici aui noſtri memoria recolenda, Henrico quondam Duci Auſtria proauo ſuo dudum indultum, noſtro culmini præſentauit*, & quæ ſequuntur. Cæterum quando Ducali tiara Prouincia hæc, quam deſcribimus, elata ſit, & à quo, nondum inueni. *Wilhelmus* ſane Dux *Auſtria*, & *Rudolphus* quartus Archidux *Auſtria*, is qui Gymnaſii Viennenſis initia poſuit, quem fundatorem nominant, Anno à Chriſto nato 1334. ſe Dominos *Carniola* vocant; ita enim incipit diploma quoddam: Wir Rudolff, der Vierdt, von GOttes Gnaden Ertzhertzog zu Oeſterreich, Hertzog zu Steyr und Rhärnndten, Herr zu Rhrain, auf der Windiſchen Marckh, vnd zu Portenaw, Graff zu Hapſpurg, zu Phierdt vnd zu Rhyburg, Marggraff zu Burgaw, vnd Landtgraff in Elſaſſen ꝛc. De Principibus hactenus; tranſeo ad Proceres eius, & qui maiorum imaginibus, longaque fulgent ſucceſſiooe, quam damus tibi lector Prouinciæ. In qua Camerarii titulum Barones ab *Aurſperg*, Piocernarum *Domini* de *Troia* & *Montparis* habuere, Fuere & Burggrauii de *Lueg* & *Luentz*. Reliqui Baronum ordinem tuebantur, *Scherpſenbergii*, *Mammingeri* & *Petſchackeri*, qui in *Styriam* ac *Auſtriam* poſterioribus temporibus conceſſerunt, & *Turriani*, qui è *Mediolano* ad confinia eius Prouinciæ peruenerunt, Domini de *Seldenhouen*, de *Hungerſpach*, de *Billigratz*, de *Czermeml*, de *Igg*, de *Tybein*, de *Landtſtras*, de *Leſſeck*, de *Treuen*, *Dragemel*, *Polan*, *Zobelſperg*, de S. *Petro*, de *Greyffenberg*, *Reichenburg*, *Abelſperg*, *Somenitſch*, *Tſchiketen*, *Heritſch*, quæ omnes proſapiæ interciderunt. Manent adhuc & vetuſtis, Barones à *Lamberg*, Domini ab *Eck*, à *Laas*, de *Atymis*. Et qui in equitum ordine manent, *Rauber*, *Gallen*, *Gallenberger*, *Haydenecker*, *Katzianer*, *Palderſtainer*, *Walderſtayner*, *Wildenſtayner*, *Laſer*, *Ecker*, *Elacher*, *Schnitzenpaymer*, *Rythſaner*, *Apſalter*, *Edlinger*, *Neuenhauſer*, *Gelgenberger*, *Proſpergii*, *Purgſtaller*, *Stettner*, *Wagen*, *Raunacher*. Reliqui magna ex parte interciderunt, *Katzenavver*, *Katzenſtayner*, *Freyenſtainer*, *Reutenberger*, *Irenſperger*, *Scheyrer*, *Saurer*, *Schodel*, *Haffer*, *Hamer*, *Rauſchavver*, *Kartſchavver*, *Obernberger*, *Gutenberger*, *Grauen*, *Baden*, *Moſer*, von der Veſten / von Perg / ꝛc. & alii plerique, de quibus longum eſſet ſcribere. Qui omnes iura ſua petunt in Prætorio *Labacenſi*, quod *Auſtria* Principum nomine iura dat præter *Carniolam*, *Iſtria*, *Windorum* Marchæ, *Karſtio*, tractui *Medlicenſi*, S. *Viti* am Pflaum, & *Senenſi* ditiooi, hodie Zeng, quemadmodum *Lyntzium* ſuperiori Auſtriæ, *Gratzium* Styriæ & *Clagenfurda* Carnis, à quibus omnibus ad *Viennenſe Prætorium* prouocatur.

Quibus auſpiciis Carniola ad Auſtriacos?

LIBER VII.

Purſterſtall. Serrentheyn.

QVam hac tabula lector Prouinciam deſcribimus, pars *Norici* quondam *mediterranei* fuerat, quanta videlicet a *Iudenburgo Villacum*, & alpibus *Styriæ* ad vallem, quæ à *Pyruſtis* Purſterſtall nuncupatur, protenditur, atque hic quidem *Rhætis*, ad *Draui* originem, quem apud *Serretas* Plin. lib. 3. cap. 25. ſcaturire tradit (hodie Serrentheyn/ vallem, Tyrolenſes vocant) iſthic vero à Meridie quidem *Carnis* iungebatur, quos quidem populos veriſimile eſt Rom. potentia peſſumeunte promotis limitibus, *Norici* iſtam partem occupaſſe. Siquidem *Carnos* à *Drauo* verſus *Italiam* ac *Venetos* Ptolom. celebrat lib. 3. Geographiæ tabul. Europ. 6. & Strabo *Tergeſtum* pagum *Carnicum* vocat, *Aquileiamque* à Rom. in *Carnis* Coloniam deductam refert. Ad quod pertinet iſtud T. Liuii lib. 3. Decad. 5. cum C. Caſſii Coſ. ex *Italia* in *Macedoniam* per *Illyrios* profectionem deſcribit: *Ingreſſum hoc iter Conſulem Senatus ex Aquileienſium Legatis cognouit, qui querentes, coloniam ſuam nouam & infirmam, nec dum ſatis munitam, inter infeſtas nationes Hiſtrorum & Illyriorum eſſe, cum peterent, vt Senatus cura haberet, quomodo ea colonia muniretur,*

Carni ac Hiſtri.

interrogati, vellentne eam rem C. Caſſio Coſ. mandari? reſponderunt: Caſſium Aquileiam indicto exercitu profectum per Illyricum in Macedoniam eſſe; ea res primo incredibilis viſa, & pro ſe quiſque credere, Carnis forſitan, aut Hiſtris bellum illatum. Hæc ille, Plinius lib. 3. cap. 18. de *Carnorum* agro ſic ſcribit: *Anaſſum quo Vareamus defluit, Alſa Natiſſo cum Turo profluente Aquileiam Coloniam* 120000, *paſ. à mari ſitam. Carnorum hac regio iunctaque regioni Iapidum, amnis Tymauus, Caſtellum nobile vino Bucinum.* Et cap. 19. *Iulienſes* in *Carnis* celebrat, & cap. 20. iuxta *Carnos Tauriſcos* delineat, qui & *No-*

Limites Carinthiæ.

rici dicuntur. Quæ omnia haud peſſime noſtræ *Carinthiæ* conueniunt, nam à Meridie quidem *Iapidiam* habet, quam *Carniolam* eſſe docuimus ſupra de *Carniola*, & ab Oriente *Tauriſcos*, quos *Styros* eſſe in *Claudio monte* oſtendimus, qui *Norici* à *mediterraneo* videlicet *Norico* nominabantur. Quæ omnia prolixius Strabo in quarto deſcribit, valles præcipuas ac limites ad amuſſim delineans: *Poſt hos propiores ſinum Adriaticum* (inquit) *ad Aquileiam nonnulli Norici Carnique tenent, in Noricis & Tauriſci ſunt. Horum omnium impudentiſſimas incurſationes repreſſit Tyberius & eius fra-*

Situs & natura Carinthiæ.

ter Druſus, æſtate vna, vnde annus agitur tertius & triceſimus, ex quo quieti ordinatim tributa pendunt: per tota alpium ipſarum montana quidem terrarum tumuli extant, qui commode coli valeant, vallesque bene condita, maiorem tamen partem, præſertim ad vertices, vbi latrones conſiſtebant, incultam & infructuoſam ſuiſſe conſtat, idque propter illorum artes, tum propter telluris aſperitatem: ex victus igitur & rerum cæterarum inopia illis interdum parcebant hominibus, qui campos habitabant, vt qui eis cibum ſuppeditarent; econtra illi Rheſinam, picem, tædam, ceram, caſeum, mel retribuebant, quorum quidem eis copia ſupererat. Super Carnos vero Appeninus mons incumbit, lacum habens in amnem Iſaram confluentem, qui rapto ſecum Atage altero flumine effertur in Adriaticum ſinum. Quæ deſcriptio ad amuſſim *Carinthiæ* noſtræ quadrat, nam & hodie ab *Appennino* nomine deſumpto *Pynzgouienſem* vallem *Salisburgenſem Carnos* à Septentrione contingere videmus, à quo haud ita procul eſt *Milleſtadienſis* lacus, ad quem *Iſara* prope *Spitall* Comitum *Ortenburgenſium* oppidum in *Drauum* confluit. Itaque deceptum

Veterum colonorum memoria,

Strabonem veriſimile eſt ab eo, qui fluuii fontes oſtiaque non bene explorata habebat, nullus enim ex *Carnis* in *Adriam* defluit, excepto *Vellacho*, qui in *Tylamentum* confluit, neque *Atagis* nomine vllus ſupereſt, ſed vallis extat his finibus, quam Teichel nominant, riuo quodam non incelebri irrigua, ſi hunc forſitan Strabo putârit. Idem lib. 5. *Supra Venetos & Carni & Cenomanni & Medoaci & Siambrei, ex quibus Rom. nomini hoſtes extiterunt aliqui.* A Cenomannis equidem arbitror Senaſcheꝛ/ à *Siambreis* vero *Briones* dictos, per quos ad *Draui* fontes S. *Fortunatum* Auguſtam ex Italia profectum Diaconus in primo tradit, hodie Braunecken dicunt, in finibus *Rhætiæ* & *Carinthiæ*. Porro à gentium nominibus, quas in finibus *Rhætorum*, *Carnorumque*, hoc eſt, *Carinthiæ* noſtra, recenſet, & Strabo dicto loco, & Appianus in *Illyrico*, valles adhuc denominatæ ſuperſunt à *Pyruſtis Vennonibus, Glintidionibus, Bois, Carnis, Nariſiis, Virucinatibus, Cotuantiis, Eſtionibus, Rucantiis, Clautenaciis, Brigiantiis, Merromenis, Ciambreis, Mentinis, Aurupinis, Py-*

Memoria veterum Colonorum.

ruſſis; videlicet Purſterſtall, Wening, & Weniz, Glanthall, Bogfeldt, Karnthaurn, Noring, Virgin, Rotniz, Rochaw, Reichenaw, Clauſen,

ſen, Eſchen, Ayſach, Brixenthall, Meran olim iuſta Prouincia, Brau-
neck, Mendling, Aurſperg, Wurtzen. Idem præterea lib. 4. ex Polibii *Aurifodinæ in Carnis.*
Græci autoritate aurifodinas celebrat in finibus *Carnorum* & *Tauriſcorum*, *adeo na-*
tura optimas (vt eius verbis vtar) *vt cum à ſuperficie terra ad duos pedes ſolum deeraba-*
tur ſolſſile, confeſtim aurum inuentum fuerit ad ſaba aut lupini magnitudinem, octaua tan-
tum parte decocta. Quarum ſane ſodinarum veſtigia etiamnum extant infra *Villa-*
cum, in alpibus, qua Italiam verſus iter eſt. Quin & *Lauantinam* vallem à lauan- *Lauantina Vallis.*
do dictam autumant, quod aurum ibi in flumine repertum lutum fuerit. Et de
ſitu Carnorum hæc, qui his finibus dubio procul ſuit, vbi hodie eſt *Gorizenſis*
Comitatus, & vallis, quam Canaltal vocant, quæ à *Villaco* Venetias ducit.
Quando vero *Drauo* ſuperato hi in *Noricum mediterraneum* tranſierint, incertum *Carnorum migratio.*
eſt. Plinius ſanè, qui ſub Veſpaſiano ſcripſit, *Carnunti* in *Norico* meminiſſe vide-
tur, cum lib. 34. cap. 3. Succinum deſcribit, & quo pacto è Germaniæ littore in
Italiam perlatum fuerit: *Affertur*, inquit, *è Germanis in Pannoniam maximè Prouin-*
ciam, vnde Veneti primum, quos Græci Hennetos vocant, rei famam fecere, proximi Pan-
nonia id accipientes circa mare Adriaticum, & ſubdit: *centum fere millibus paſſuum abeſt*
à Carnunto littus Pannonia, quo id à Germania refertur, percognitum nuper, vidit enim *Carnuntum.*
eques Rom. miſſus ad id comparandum à Iuliano munus gladiatorum Neronis Principis cu-
rante. Et cum *Carnuntum* noſtram *Carinthiam* intellexerit Plinius, locus Diaco-
ni oſtendit, qui lib. Longbard. hiſtoriæ 5. cap. 9. eſt: *Denique lupo hoc modo in-*
terempto, Varnefridus eius filius voluit in loco patris apud forum Iulii obtinere Ducatum, ſed
metuens Grymoaldi Regis vires, fugit ad Sclauos in Carnuntum, quod corruptè vocant Ca-
rantanum. Sane Annales *Carinthia Carantanum* vocant eam regionem, quam Egin- *Carantanum*
hardus rerum à Carolo Magno geſtarum ſcriptor non ignobilis etiam *Caranta-*
nam appellauit, ſcribens: *Et duo quidem, id eſt, dexter & ſiniſter tardius ingreſſi ſunt,*
eo quod vnus alpium tranſitu, hoſtium manu reſiſtente, prohibebatur; alter & Longitudine
itineris & Drauo flu., quod traiciendum erat, impediebatur, medius autem, qui per Caran-
tanos intrabat, quanquam tribus locis ei reſiſteretur, feliciori vſus fortuna, ter hoſte ſupe-
rato, Drauoque transmiſſo, celerius ad deſtinata loca peruenit. Hæc de *Carinthia* intel-
ligenda eſſe, vel quod *Draui* mentio fiat, coarguit, quod fluuius nimirum & hodie
Carinthiam perfluit. Quin & Rhegino Prumienſis caſtri Moßburg in *Caranta-* *Mosburg.*
no, ſiue *Carnunto*, expreſſe meminit, quod hodie adhue ad Werdſee cernitur
Carinthiæ lacum, ita autem ſcribit: *Anno Domini 874. Carolomannus ſortitus eſt Bo-*
iariam Pannoniam & Carnuntum, quod corrupte Carantanum dicitur, nec non & regna
Sclauorum. Et iterum de anno Domini loquens 890. *Ludouicus comperto, quod fra-*
ter obiiſſet, Boiariam ingreſſus, Ratisbonam venit, vbi omnes optimates regni ad eum con-
fluentes deditione ſe ſubdiderunt, conceſſit autem Rex Arnolpho Carantanum, quod ei pater
iampridem conceſſerat, in quo ſitum eſt Caſtrum munitiſſimum, quod Moßburg *nomina-*
tur, eo quod palude inpenetrabili locus vallatus difficillimum adeuntibus præbeat acceſſum.
Repetit eandem hiſtoriam Otto Friſingenſis lib. 6. Chron. 7. Ac tantum de ini-
tiis *Carinthia*, intra cuius intercapedinem tres colonias & 18. municipia, floren-
tibus Rom. rebus, culta fuere, quarum prima & antiquiſſima *Noreia* erat, non
Romanorum ſed *Noricorum* colonia, vbi modo eſt *Goriſia*, mutata prima litera, dicta, *Goritia.*
cuius apud Cæſarem lib. 1. Gallicæ hiſtoriæ mentio extat: *Perſuadent Rauricis, &*
Tullingis, & Latobicis finitimis, vsi eodem vſi conſilio, oppidis ſuis vicisque exuſtis, vna
cum his proficiſcantur, Boiosque qui trans Rhenum incoluerant, & in agrum Noricum tranſ-
ierant, Noreiamque oppugnârant, receptos ad ſe ſocios ſibi adſiſcunt. Plinius lib. 3. cap.
3. ex *Carnis* & *Noricis* interiiſſe *Celinam*, *Noream*, *Segeſten*, & *Ocram* tradit, de cu-
ius ruinarum Principibus, vtpote *Carnorum* Palatinis, poſtea ſeorſim dicetur.
Secunda Colonia Rom à Iulio Cæſare deducta, cum Gallicum bellum auſpicaretur,
Colonia Iulia dicta erat, ſiue *Iulium Carnicum*, vt Ptolomæus appellat, aut *Caſtrum* *Iulia Carnica.*
Iulienſe, vt Diaconus lib. 3. cap. 12. & lib. 4. cap. 12. & lib. 6. cap. 10. vocat,
quondam ſede Epiſcopali apud Chriſtianos celebris, cuius quidem ruinas in
ciuitatem Auſtria Foroiulii, alii vero in locum quendam transferre videntur, qui in
valle *Inchiorai* ſupra *Tagliamentum* Venetorum, in ipſis finibus *Auſtria Babenbergen-*
ſis ditionis & *Venetorum*, antiquitatis munimentis conſpicuus apparet. Tertia
Colonia fuit *Soluenſis*, cuius mentio extat apud Plinium lib. 3. cap. 24. dubio pro- *Colonia Soluenſis.*
cul ruinæ ſupra *Clagenfurdam*, ſuperſunt in loco omnis pleniſſimo vetuſtatis,
quem *Lyburniam* incolæ vocant, campo nomen vetuſtum manſit Solfeldt & Præ-
poſituram inibi perantiquam Vnſer Frau am Solfeldt appellant, vbi primi *Prima ſedes*
Carnorum Epiſcopi S. *Domingus*, *Modelhamus* & *Modeſtinus* ſedem tenuiſſe leguntur, *Epiſcopalis Carnorum.*

quos B. *Rupertus* & *Virgilius* ad *Carnos* miſerant. Quo loco innumera eruta iacent, & partim in proximam arcem Tanȝenberg tranſuecta ſunt monumenta, vbi denique aote patrum memoriam inaugurationis Ducis *Carnorum* ſedes fuerat, quæ adhuc cernitur medio campo. Reliqua municipia fuerant partim Romana, partim Barbara. Romana fuere *Poligada*, *Beloia*, *Claudia*, ad *Larices*, *Sianticum*, *Vacorium*, *Aguntum*, *Loncia*, *Piniana caſtra*, *Flauium*, *Iouiacum*, *Lauiacum* & *Bidaium*, quarum hodie rudera nominibus vel detruncatis vel corruptis appellamus, Flitſch, Vellach in Canal / Clagenfurth / Sanct Peter in Holȝ ſupra *Villacum*, Sanct Veyt am Schein Gurckh, Innecken / Luenȝ / Pinȝgaw / Caſteyn / Sanct Leonhart im Lauenthall / Salßburg / Lauffen, Dietmaning. Reliqua loca Barbarorum erant, quæ omnia cum in cæteris claſſicis aotoribus, tum præcipue itinerario Antonini Cæſaris legunrur. *Agunti* quidem mentio à Plinio lib. 3. cap. 24. & Diacono lib. 2. cap. 13. & lib. 4. cap. 40. hodie Præpoſitura veteri locus inſignis & miranda antiquitate, diœceſi *Friſingenſi* ſubiectus Innecken. De *Claudia* admonemus lectorem, & figmentum illud Æneæ Syluii indicamus, quo ex Latino Germanicoque nomen conſarcinauit Clagenfurth, tanquam ſures ibi conquererentur de non dextro iudicio, quod & occaſionem fabulæ dedit, cum rectius vel à *Claudii foro*, vel à traiectu *Glani* fluuii, qui iſthic fuerat, Claudenfort ſiue Claudenfurt / etymon nominis inquirendum eſſet. Reliqua ignobilia Barbarorum loca extitêre à Stephano de vrbibus paſſim & aliis animaduerſa, *via Beloia*, à *Velacho* flu. *Litamum* hodie Lurach in valle Puſterſtall / *Magiſtrice* ibidem hodie Madron, *Virunum* Vrieſachum, quod ibi vir vnus *Noricum* porcum illom vaſtatorem ioterfecerit, vt eſt apud Stephanum de vrbibus, quod veteres de Theſeo & Hercule apud Græcos tradiderunt, qui aprum Calidonium & Erimanthium coofecêre. Er de Ciuitatibus hactenus in tractu *Carnorum* perantiquis, quarum innumera hodie monumenta & præſerrim Romana & exrant & cernuntur quotidie, quæ in Republica noſtra ſumus ptolixe proſecuti, vt non deſint ex Annalibus, qui exulibus Romanis eam terram conſecrârint. Recipio me ad Principes: Recenſentur paſſim in Annalibus ac peruetuſtis diplomatibus, primo quidem ex *Sclauis Samois*, qui *Thaſſilonem* in *Agunto* vicit, vt Varnefridus ſcribit, *Baruch* cum fratre *Cotio* & *Caraſtus*, qui primus à B. *Domingo* S. *Ruperti* diſcipulo ſacria eſt vndis perlutus. Quem ſecuti ſunt Germani (cuius proſapiæ, incerrum) *Cetemarus*, ad quem *Modelhamum* & *Modeſtinum* Presbyteros pro doctrina Chriſti confirmanda B. *Virgilius* Iuuauienſis Epiſcopus miſit, primns *Solienſis* ſedis Epiſcopos, *Walchuno*, ad quem idem *Virgilius Haymonem* & *Regebaldum* Presbyteros miſit, & *Maioranum* Diaconum, quorom inſtitutione in fide Chriſti coofirmatus, *Domitiani* nomen poſt luſtralem aquam adſumpſir, & ſedem *Solienſem* denoo deſolatam refecit, ac prima *Milleſtadienſis* Eccleſiæ ſundamenta iecit, vbi & ſarcophagus illius, ac *Maria* vxoris cernitur. Hunc ſecutus eſt *Inguon*, de quo Æneas Syluius refert, quod admirandum ritum illum inaugurandi Duces *Carnorum* inſtituerit, quo Dux à ruſtico in ſede ſedente in campo veteris *ſolii*, & vaccam equamque tenente, ſcudum, quod vocaot, accipere cogitur, memoriæ ergo, quod ruſtici primi illorum finium Chriſtum agnouerint. Huic *Carolus* Magnus *Cadolaum* quempiam ſuffecit, & illi *Baldericum*, quorum apud Eginhartum mentio extat. Quem ſecuti ſuot *Gerboldus* cum filiis *Goteramo* & *Wernberigone*, *Albericus*, *Gotofridus*, *Helimbinus*, *Albericus* & *Babo*. Horum ſtirpe deficiente, vt qui Francorum Regum nomine *Marcham*, hoc eſt, limitem iſthic ſecus *Drauum* aduerſus *Slauos* tuebantur, Reges *Boiariæ* ex Francis oriundi filios ſuos paſſim *Carantani* Principes deſignabant. *Ludouicus* ſecundus *Carolomannum*, qui *Oſſiacenſe* cœnobium reſtituit, & qui paſſim io diplomatibus *Carantani* Ducis titulo vtitur, is poſtea ad regnum *Boiariæ* vocatus, *Arnolpho* filio Ducatum illum contulit, quem ex *Carna* nobili fœmina, ſed ſpurium progenuerat, vt eſt apud Rheginonem Prumienſem & Otronem Friſingenſem lib. 6. cap. 7. Deinde cum & *Arnolphus* ad apicem non ſolum *Boiarici* regni, verum etiam Imperii conſcendiſſet, *Merania* Principibus proximis Prouinciam adminiſtrandam reliquit. Vnde Rhegino, cum de anno Domini loquitur 888. *Igitur quendam Italici populi Berengerium, filium Euerhardi, qui Ducatum Foroiulianum tenebat, Regem ſibi ſtatuunt.* Et rurſus anno 982. *Hungari à Meranis occiduntur, Berenger, & Reginbold, & Gothard germani fratres interficiuntur.* His interfectis ſubrogarur ab *Arnoldo* Boiorum Priocipe, qui aduerſus Henricum primum Imperii faſtigium ambierat, *Berchtoldus* frater, filius quondam *Leopoldi* Marchionis *Orientalis*, ab *Hungaris* occiſi prope *Preſburgum*, de quo Vrſpergenſis: *Hoc in tempore Berchtoldus Boiariorum & Carantorum Dux, Arnoldi*

Ducis

Margin notes: *Romana municipia, rudera.* — *Aguntum.* — *Claudia.* — *Virunum.* — *Exules Romani.* — *Catalogus Principum Carnorum.* — *S. Domitianus.* — *Carinthiæ Principes.*

Ducis frater, vir ſtrenuus toto conamine fauebat Regis partibus. Hoc poſtea ad Principatum *Boiorum* vocato, & in Altacha cœnobio ſepulto, ſuccedit Henricus filius *Berchtoldi Vogburgenſis* in *Bauaria* Marchio, qui cum conſpiràſſet in Ottonem primum Cæſarem, cum Henrico Boiario Duce Ducatu exuitur, & Treuiros in exilium mittitur, cui ſubrogatur *Bernhardus* & *Gotofridus*, forte filii cognatorum, quorum mentio extat in Chronicis Hungaricis, cum de Hungarorum incurſionibus loquuntur ſub Henrico primo factis: *Poſt hæc Carinthiam hoſtiliter adeuntes, vltra caſtrum* Leopach, *Dux Meraniæ Gotofridus nominatus, & Dux Carinthiæ Bernhardus, nec non Gregorius Patriarcha Aquileienſis ipſis occurrentes atrociter pugnârunt.* *Bernhardo* ſubrogatur *Chunradus*, *Berchtoldi* quondam Ducis ex *Henrico* fratre nepos, qui *Luitgardem Ottonis* primi filiam in matrimonio habuit; is, cum contra ſocerum cum *Luitolfo* ſororio conſpiràſſet, dignitate priuatur, & *Henricus* nepos *Henrici* quondam Cæſaris primi, vtpote natus ex *Iuditha Arnoldi Boiorum* & *Carnorum* Ducis filia, ſubſtituitur, id quod ex diplomate Ottonis tertii *Babenberga* dato anno 985. colligitur. Quo mortuo, *Henricus* cognomento *Claudus* filius ad preces *Ottonis* tertii Ducatu *Carnorum* ceſſit, duobus tantum ſeruatis ſibi Comitatibus, *Lauandi* ac *Villaci*, quos poſtea dotis loco *Kunigundi* vxori contulit, & cum ea eſſet extincta, eos Imperator *Babenbergenſi* Epiſcopo à ſe fundato donauit, quam adhuc *Babenbergenſes* ditionem in *Carnis* poſſident. *Babenbergenſium ditio in Carnis.* Eſtque tum *Sueuus* quispiam Comes *Otto*, ſiue *Vtto*, Dux *Carnorum* creatus, frater, vt quidam putant, Gregorii ſexti Pontif. Maxim., qui veteribus inſignibus, quæ albo & rubro erant diſtincta Auſtriacis ſimillima, *Sueuiæ* Principatus decora adiecit, tres videlicet atros leones in luteo campo. *Inſignia Carinthiæ.* Huius fit mentio in diplomate antiquo cœnobii S. Lamperti in finibus Carinthiæ poſiti. Cui ſucceſſit *Henricus* filius, & huic *Chunradus* filius, cuius frater *Bruno* Epiſcopus Herbipolenſis, & ſoror *Friderico* Comiti à Sponhaym nupſit, qui ex dote vxoris monaſterium opulentiſſimum *S. Pauli in Lauentina valle* conſtruere cœpit, à quo Comites *Haynburgenſes*, *Sterenbergenſes*, *Cilienſes* & *Artenburgenſes*, ac quidam denique *Carinthiæ* Duces defluxere. *Chunrado Chuno* ſucceſſit, de quo Lampertus Schafnaburgenſis: *Cuno Dux Carantanorum contractis ingentibus copiis ad occupandum Ducatum ſuum.* Hunc *Henricus* tertius Ducatu pepulit, & illi ſubrogauit *Welphonem Welphonis* ſecundi *Boiorum* Ducis ex *Itha* Comitiſſa à Gleysberg filium, de quo Vrſpergenſis: *Anno Domini* 1054. *religioſus Papa Bruno, qui & Leo, glorioſè vitam finiuit XIII. Calend. Maji, & magnifice ſepultus Roma in Eccleſia S. Petri, miraculis claruit. Chuno Dux Noricorum confœderatis ſibi Hungaris grauiter rebellat, & Welpho Dux Carinthiorum obiit.* Huic ſucceſſit *Henricus*, *Henrici* tertii filius, & illi *Berchtoldus* à *Zaringen*, qui cum incidiſſet in indignationem Cæſaris, ſucceſſorem habuit *Luitolphum Chunonis* exulis filium, quem tamen Auentinus *Henrici Louanienſis* Comitis filium facit, & *Hermannum* filium reliquiſſe tradit, quem *Henricus* quartus contra *Altmannum* Epiſcopum Patauienſem deſignarat. Ad quod alludens ſcribit Vrſpergenſis: *Quod animum Berchtoldi non parum commouit, pro qua commotione leniendâ Ducatus eius * Carinthianorum committitur, quem poſtea filio ſuo æquiuoco ipſius rogatu Rex Henricus commiſit, ſed poſtmodum quorundam inſtinctu eundem Ducatum, Luitolpho conſanguineo ** dedit.* Quo ſine liberis mortuo, *Berchtoldus* Ducatum *Carinthiæ* recuperauit, ad quod alludens ſcribit Vrſpergenſis: *Eundem namque Ducatum, viuente adhuc Ottone, Henricus Imperator Berchtoldo Comiti, qui poſt Carinthiorum acceperat Ducatum, permiſit.* Et Lampertus: *Aderant etiam ex parte Regis, Moguntinus Archiepiſcopus, Colonienſis, Babenbergenſis, Gozilo Lotharingorum Dux, Radolphus Sueuorum Dux, & Berchtoldus Dux Carantanorum, miſſi à Rege.* Et iterum de Henrico quarto locutus: *Paſcha Babenberg celebrauit, erantque cum eo Archiepiſcopus Moguntinus, Dux Carantanorum Berchtoldus, & alii quàm plures, ex his qui bello Saxonico ab eo defecerant.* Ob hanc igitur defectionem exauctorato *Berchtoldo*, *Henricus* quartus *Marquardum* quempiam Adalberti Comitis à Muerzthal & Auelanz, Marchionis *Carnorum* filium, ſubrogauit, ad quod alludens ſcribit Lampertus: *Duces Carantanorum ex Styria.* *Caſu quoque nuper aduenerat, neſcio quid priuata cauſa acturus in palatio, Berchtoldus Dux quondam Carantanorum, huic Rex quam ſanctis obteſtationibus ſe purgabat, quod Ducatum eius nulli alii tradidiſſet, ſed Marquardus priuata præſumptione fines alienos inuaſiſſet.* Et iterum: *Anno Domini* 1073. *Rex natalem Domini Babenberga celebrauit, vbi Berchtoldo Duci Carnotenſium Ducatum ſine legitima diſcuſſione abſenti abſtulit, & Marquardo cuidam propinquo ſuo tradidit.* Is *Marquardus* habuit fratres Marchiones

* *Alias legitur.* Ducatus Carinth. ei.

** *Additur.* ſuo.

Carnorum, vbi eſt hodie *Styramarcha* & *Carniola*, *Luitoldum*, *Henricum*, *Harduuicum*, *Rudolphum & Peregrinum*, quorum paſſim in fuodationibus eius temporis fit mentio. Ipſe vero *Marquardus* renouati S. Lamperti cœoobii fuodator, filios ex *Limburgi Henrici* quarti & *Berchta Azonis* Italici Marchioois nata reliquit, *Luitoldum* Ducem Carinthiæ, *Henricum* Marchionem *Taruiſii* & *Luitoldo* fratre extincto Ducem quoque *Carinthia*, *Vdalricum* Abbatem S. Galli & poſtea Patriarcham *Aquileienſem*, & *Hermannum* Abbatem S. *Lamperti* in finibus *Carinthia*: Filiarum *Richarta Vlrico* Comiti ab *Eberſperg* in Boiaria, *Henna Wilhelmo* Comiti à *Zelſpach*, quæ *Gurtenſem* Præpoſituram poſuit, *Kunegundis Maynhardo* Comiti *Malatin*, autori *Vitringenſis* Abbatiæ apud *Carnos*, collocatæ ſunt. Porro *Henrici* Ducis *Carnorum*, qui pateroam fuodationem S. *Lamperti* ad extremam manum perduxit, & qui ſub Chuorado tertio expeditiooi transmarinæ interfuit, meminêre Vrſpergenſis, cum anoum deſcribit 1120. & Otto Friſingenſis lib. 1. vitæ Friderici Barbaroſſæ cap. 25. obiit anoo 1127. relicta poſt duas priores conioges, *Luitgardem* & *Beatritem*, *Sophia*, quam viduam Dominus quidam à *Scala* duxit vxorem, vt eſt in Annalibus Vitringenſis

Duces Carnorum Boiarii Burggrauii. cœnobii, filiam vero *Richardam Fridericus* Comes *Sponhaymenſis* ad Rhæoum coniugem impetrauit, qui & poſſeſſionem Prouinciæ à Proceribus obtinuit, etſi Lotharius Cæſar *Erbonem Harduuici* Burggrauii *Ratisbonenſis* filium *Carnorum* Ducem deſignaſſet, de quo Vrſpergenſis, cum annum deſcribit 1140. *Erbo iam grandauus nobilis de Carinthia Princeps migrauit in domino, is Erbo fratrem habuit Botonem ſtrenuum*

Botones Hungariæ. Abbatia Milſtadenſis. *militem, qui in Hungaria ob res pro Rege praclare geſtas ditionem impetrauit, cuius poſteritas noſtro tempore defecit.* *Erbo* vero in *Milleſtadienſi* Eccleſia à S. Domitiano extructa monachos inſtituit, quibus Abbatem poſterius *Albertus* Tridentinus Præſul ex Comitibus ab Ortenburg conceſſit. *Erbone* mortuo, *Popo* filius titulum taotum Ducis *Carinthia* vſurpauit, cum *Neuburgenſem* ad *Oenum* Comitatum poſſideret,

Duces Carnorum ex Sponhaymenſibus. & filium *Eckebertum* reliquiſſet, vode Comites *Rutenſes* in Auſtria defluxere. *Fridericus* vero Comes *Sponhaymenſis*, qui iam pridem aſſenſu Prouincialium maiorem Ducatus patrem in poſſeſſione habuerat, Imperii quoque autoritate in Priocipatu confirmatur, is qui S. Pauli Abbatiam in *Lauentina* valle coodidit. Quem ſequitur *Engelbertus* filius ex *Richarda Henrici* quondam Ducis filia geoitus, cuius filii *Vdalricus* & *Henricus* poſt partem *Carnorum* Duces fuêre, *Albertus* Marchio *Craynburgi*, *Rapato* primus *Ortenburgenſis* Comes & Palatinus *Boiaria* in *Krayburg*, *Sigefridus* Comes à Lebnaw, frater *Aribonis* Archiepiſcopi Moguntini autoris Göß cœnobii, *Bernhardus* Comes à Stribenſee/ *Harduuicus* Ratisbonenſis Epiſcopus & *Adelhaydes* Abbatiſſa in Göß Styriæ, *Vlricus* vero ſuperſtes fratribus, *Henrico* Duci & *Engelberto* Marchioni, ex *Agnete Ottonis Merania* Ducis oata *Henricum* & *Hermannum* genuit, ſed in pueritia mortuos, ipſe poſtremus ſuæ gentis Oberndorff cœnobium poſuit, & in Franconia, vbi dotis loco à *Merania* Duce ſocero agrum quem-

Koniſsberg Franconiæ. piam obtinuerat, Künigſperg oppidum conſtruxit; obiit autem vltra mare in expeditione transmarina, cui *Fridericus* quoque Dux *Auſtria* intererat, relictâ

Duces Carnorum ex Ortenburgenſibus. vnicâ filiâ, quam *Hermannus* Comes *Ortenburgenſis* io *Carnis* frater *Henrici* & *Rapatonis* Palatinorum Boiariæ in *Krayburg*, in matrimonio hahuerat, qui à Prouincialibus in Ducem & autoritate Friderici primi inauguratur, & extincta coniuge, *Agnetem Henrici Auſtria* Ducis filiam vxorem duxit. Sed cum & hanc ſine prole primis conſuetudinis anois amiſiſſet, tertiam *Stephani* Hungariæ Regis viduam duxit, ex quo *Vlricum* ſecundum & *Bernhardum* filios procreauit, & *Guetam* filiam *Primislao Bohemia* Regi nuptam, is eſt, qui *Eckebertum* Babenbergenſem Præſulem ex Ducibus *Merania* cepit, & in Vinckenſtain arcta cuſtodia habuit, obiit autem & ſepultus ad S. Paulum in valle *Lauentina* 1182. cuius filius *Vlricus*, cum ex lepra obiiſſet anno 1202. *Bernhardus* Ducatu ſolus potitur, & ex *Gueta Primiſlai* Bohemiæ Regis filia genuit *Vlricum*, *Bernhardum* & *Philippum*, qunrum *Bernhardus* iu iuuentute obiit, ſepultus io Landtroſt pateroa fundatione io *Carniola*, *Philippus* vero Salisburgenſis & poſtea Patriarcha Aquileienſis creatur: Itaque cum pater *Bernhardus* ſenior obiiſſet, anno 1257. *Vlricus* in Ducem Carinthiæ inueſtitur, & ex duabus vxoribus, *Agnete Meranienſi*, & *Agnete* altera *Hermanni Badenſis* Marchionis & *Auſtria* Ducis oata, cum nullam prolem tuliſſet, Ducatum *Car-*

Carinthia ad Bohemos. *norum Ottocharo* Bohemiæ Regi patrueli ſuo vendidit, qui etiam aduerſus *Fridericum Auſtria* Ducem auxilio profectus capitur, & in Stain, arce, diu in cuſtodia tenetur, redemptus magna vi pecuniæ, obiit poſtea in *Foroiulienſi* colonia in ditione *Veneta*; & *Pola* io *Iſtria* ſepelitur anno 1244. Cui ſucceſſit *Ottocharus Bohemia* Rex & *Auſtria Styriaque* Dux, qui Ducatum antea emerat, aduerſus quem *Philippus Vlrici* quondam Ducis germanus, Salisburgenſis Archiepiſcopus, correptis

armis

armis, expugnatis etiam *Labaco* & Landtroſt/ tandem ab *Ottochare* vincitur & capitur, liberâque cuſtodiâ in *Krempſio Auſtriæ* aſſeruatur, vbi & rebus humanis exceſſit, ſepultus ibidem in Dominicanorum cœnobio anno 1278. Cæterum cum *Ottocharus* poſtea à *Rudolpho* Habſpurgenſi Cæſare victus & occiſus in *Auſtria* fuiſſet, *Mainhardus Tyrolis* Comes à peruetuſtis *Meraniæ* Ducibus deſcendens, ab eodem in Ducem *Carnorum* inauguratur *Noribergæ* in publicis Imperii comitiis anno 1285. cuius filii *Otto* & *Ludouicus*, cum patris nomine *Carnis* præſiderent, exorto cum Epiſcopo Salisburgenſi ob fines bello, *Ludouicus* ſuorum proditione capitur, quem *Albertus* Auſtriacus, qui ſororem illius *Eliſabetham* in matrimonio habuerat, victo & ad conditiones compulſo Præſule, tandem liberauit, quibus poſtea ambobus rebus humanis exemtis, *Henricus* frater ſucceſſit, ad regnum poſtremo *Bohemiæ* vocatus, *Carinthiam* per *Chunradum* ab Auffenſtayn Pincernam gubernauit, ſepultus regio honore *Pragæ*, reliquit vnicam hæredem filiam, quam à deformi ore Multaſchin cognominabant; hæc *Ludouico* quarto, filio, qui *Brandenburgenſis* Marchio fuerat, coniungitur, & eo viduata *Rudolpho* quarto Archiduci *Auſtriæ*, qui Gymnaſium ac Capitulum *Viennenſe* exorſus eſt, nupſit, & *Carinthiam*, cum Tyroli *Taruiſianâque* Marchâ, domui *Auſtriæ* attulit, in cuius gubernaculis adhuc feliciter verſatur, ab anno videlicet 1355. Porro Duci *Carnorum* ſubiecti ab Imperio fuere, duo Palatini, quorum alius *Carinthiæ* dicebatur, *Goritiæ* Comes, alius vero *Crayburgenſis* Palatinus, in finibus *Boiariæ*, vtpote ex Comitibus *Ortenburgenſibus*, quorum aliquot, vt oſtendimus, Duces quoque *Carnorum* extitere. Horum genealogia, priorum quidem hæc eſt: *Albertus Ezelini* cuiusdam *Iſtriæ* Marchionis filius, qui de ſtirpe *Andecenſium* Comitum *Boiariæ* fuerat, vnde & *Meraniæ* Duces deriuabantur, primus ob fidelem nauatam operam ab Henrico quarto *Goritiæ* Comes & *Carinthiæ* Palatinus fuit ſalutatus, fratres habuit *Berchtoldum* & *Chononem*, *Dalmatiæ* & *Iſtriæ* Principes, quorum *Berchtoldus Heduvigem* vxorem habuerat *Poponis Carinthiæ* Ducis, & *Ratisbonenſis Burenſisque* in Auſtria Comitis, filiam, ex qua *Henricum* filium tulerat *Iſtriæ* Marchionem mortuum in Gratz: *Chuno* vero alterum progenuerat *Chononem Ruſſiæ* Principem. Ipſe vero *Albertus* Palatinus *Carnorum*, cum partes Henrici quarti aſſerens cepiſſet Magdeburgenſem, Conſtantienſem & Babenbergenſem Epiſcopos, qui per fines ſuos in Italiam properabant, Pontificem in Cæſarem exaſperaturos, vt Vſpergenſis ſcribit, Babenbergenſem ex cuſtodia remiſit, quod agros eius beneficio poſſideret in *Carnis*, & duos filios reliquit, *Maynhardum Grayburgi* Marchionem, & *Berchtoldum* ſecundum Comitem *Goritienſem*, qui quatuor filios genuit, *Henricum* Palatinum *Carinthiæ* Comitem, *Berchtoldum Goritiæ* Comitem, *Hermannum Iſtriæ* Marchionem, *Ottonem* Epiſcopum Babenbergenſem, authorem cœnobii Arnoldſtain in Carnis prope *Villacum*; Filiarum *Euphemia*, Abbatiſſam egit in Altenmünſter Boiariæ, *Mechtildis* vero apud Sueuos in Ottelſtetten. Horum *Berchtoldus* ex *Agnete Lamicenſis* Ducis filia genuit *Berchtoldum* Patriarcham Aquileienſem, *Eckebertum* Epiſcopum Babenbergenſem *Viennæ* apud Scotos ſepultum, & *Ottonem* cognomento Magnum *Meraniæ* Ducem *Amertallenſem* in *Norico* Comitem, cuius filius *Otto* iunior ob vxorem *Beatricem* creatus erat *Burgundiæ* Palatinus, *Henricus* vero alter, qui Palatinatum *Carnorum* ad *Dravum* in diuiſione cum fratre *Berchtoldo* ſortitus erat, ex *Sophia Carinthiæ* Ducis filia procreauit *Popponem* Babenbergenſem Præſulem, *Berchtoldum* tertium, & *Mechtildem* Comiti *Goricenſi* patrueli ſuo nuptam. *Berchtoldus* tertius ex *Heduvige* coniuge *Maynhardum* procreauit, qua defuncta factus eſt monachus in Seuen Bauariæ cœnobio prope *Chyemſe*. *Maynhardus* ſecundus floruit anno Domini 1248. & *Styriæ* Præfectus à *Friderico* ſecundo *Auſtriæ* Principe deſignatur, & *Maynhardum* tertium genuit, quem in diplomatibus *Albertus*, primus Habſpurgenſis ſtirpis *Auſtriæ* Princeps, auunculum, & *Henricus Bohemiæ* Rex & *Carinthiæ* Dux proauum nominat. Is duos filios reliquit, *Maynhardum Tyrolis* Comitem, & *Albertum Goritiæ* Comitem ac *Carnorum* Palatinum. Quorum *Maynhardus*, vtpote *Tyrolis* Comes, *Henricum* Regem Bohemiæ, *Ottonem* & *Ludouicum Carnorum* Duces, & *Eliſabetham* genuit, *Alberti* Cæſaris ac *Auſtriæ* Archiducis ſui ſtemmatis primi coniugem: *Albertus* vero Palatinus *Carinthiæ* & Comes *Goritiæ* cum Aquileienſi Patriarcha diu bello cum *Venetis* decertavit, cuius filius *Maynhardus*, icto fœdere cum *Ludouico* Hungariæ Rege, *Leopoldo Auſtriæ* Archiduce & Patriarcha Aquileienſi, *Venetos* bello adgreſſus eſt, & ex *Vlrici* Comitis à Pfannberg & Montfort filia tulit *Maynhardum* quintum, *Ioannem Maynhardum*, *Henricum* quartum & *Vrſulam* Henrici Comitis à Schaumburg in Auſtria coniugem, genuit & ex altera vxore *Eliſabetha Leopoldi* Ducis *Auſtriæ* filia *Catharinam*

Carinthia ad Tyrolenſes.

Carinthia ab Auſtriac.

Stirps Carinthia Comitum

Ioannis Boiariæ Duci collocatam, cui cum amplam dotem promiſiſſet, & pecunia ſibi deeſſet, ab *Alberto Auſtriæ* Duce magnam pecuniæ ſummam accepit, oppignoratis aliquot caſtris & arcibus, quam cum ſoluere deinceps non poſſet, Auſtriacis de ſucceſſione literis cauit. Et hæc ſunt prima initia eius hæreditatis, quam poſtea anno Domini 1486. *Auſtriaci* adiere. *Henricus* tertius *Maynhardi* ſuperioris frater germanus ex vxore *Beatrice*, *Ottonis* & *Henrici* Ducum *Boiariæ* ſorore, *Fridericum* primum reliquit, ipſe conſtitutus ab Imperio Vicarius *Taruiſienſis*, adſcito in commilitium *Alberto* ſecundo *Auſtriæ* Principe, aduerſus *Ludouicum Brandenburgenſem* Marchionem, Ludouici quarti Cæſ. Boiarii filium, qui ex *Margaretha* Maultaſch in matrimonio *Tyrolis* Comitatum poſſederat, diu bellum geſſit, vt Atheſinam Prouinciam ad iuris ſui ditionem reduceret. *Albertus* quintus, facta cum fratribus, *Maynhardo* ſcilicet quarto & *Henrico* tertio, diuiſione, *Medlingenſem* ditionem & in *Iſtria* in poſſeſſionem accepit *Mitterburgam*, *Marrenfels*, *Reichenſtain*, *Raobel*, *Lauran*, *Galam*, *Barbam*, *Pyben* & *Poynam*, atque in *Carniola*, *Suſenburg*, *Czarmeml*, *Neumarchtum*, *Schombergum*. Qui cum aduerſus *Margaretham Carinthiæ* Duciſſam bellum moviſſet, ingens æs alienum contraxit, quod cum *Rudolpho* quarto diſſoluere nequiret, denuo de ſucceſſione *Auſtriacis* cauit. *Ioannes Henricus*, *Alberti* quinti filius, ex *Anna Friderici* Auſtriaci Rom. Regis filia procreauit, *Ioannem* tertium, *Henricum* quartum & *Leonhardum*, qui & ipſe, ob bellum cum *Hermanno Ciliensi* Comite, æs alienum contraxit, & multa domui *Auſtriæ*, haud pauciora *Salisburgenſi* ſedi vendidit. *Ioannes* nomine in ſtirpe tertius, icto fœdere cum *Sigiſmundo* Cæſ. & *Alberto* Auſtriaco, bellum in *Cilienſes* à patre ſuſceptum continuauit anno ſalutis 1460. *Henricus* quartus, ſuperioris *Ioannis* frater, ex *Catharina Hermanni* ſecundi *Cilienſis* Comitis filia, genuit *Fridericum* ſecundum & *Vdalricum*, quem in inueſtitura *Friderici* Imp. pro Duce *Carinthiæ* vt ruſticum Æneas Syluius deſcribit, & cui mulierem Hungaram compedes inſano inieciſſe tradit, ipſum vero *Henricum* patrem à *Ferrarienſi* Marchione in Italia captum ſocer liberauit, qui fœdere icto cum *Erneſto Auſtriæ* Duce, ob bellum, quod aduerſus Sigiſmundum Cæſarem gerere cœperat, æs alienum contraxit, quod cum *Friderico* Imp. *Auſtriaco* diſſoluere nequiret, tertium de ſucceſſione domui *Auſtriæ* literis cauit. Poſtremus nobiliſſimæ gentis *Leonhardus* vixit anno 1473. & comitiis *Auguſtanis* ſub Friderico tertio interfuiſſe legitur, quo mortuo ſine filiis, ex tranſactione ſucceſſionem *Fridericus* Cæſar nactus, Comitatum *Goricenſem* & *Carinthiæ* Palatinatum ad *Draui* fontes in Purſterſtall ad ſuam gentem deduxit. Porro Comitibus à *Goritia* & *Carinthiæ* Palatinis adnumerandi ſunt, Comites *Ortenburgenſes*, *Haynburgenſes*, & *Sternbergenſes*. Quorum illi Palatinorum à Crayburg titulum vſurparunt, & aliquandiu ſucceſſionem in Ducatu *Carnorum* habuere, ac maximam in *Carnis* nobilitatem beneficio ſibi obnoxiam, quorum plerique poſtea ad Baronum faſtigium aſcenderunt. Eorum ſtemma ſic habet: *Fridericus* filius *Rapatonis*, primi Palatini *Crayburgenſis* & Comitis *Ortenburgenſis* in Bauaria ex proſapia Landtgrauiorum de Stettenyng, & Comitum *Neuburgenſium Butenſiumque* in *Auſtria* ditionem in *Carinthia* ab Henrico quinto adeptus, aſſenſu Ducis *Carinthiæ* Patriarchæ *Aquileienſis* & *Salisburgenſis* Præſulis, Spital oppidum & nouam arcem Ortenburg in memoriam generis conſtruxit, habuit fratres *Harduitum* Archiepiſcopum Moguntinum, *Engelbertum* Marchionem Graynburgenſem & *Rapatonem* ſecundum Boiariæ Palatinum in Crayburg. Porro *Friderici* filius floruit anno ſalutis 1174. *Otto* cum *Hermanno* fratre Archidiacono per *Carinthiam* anno 1191. *Hermannus* cum fratribus *Vlrico* Epiſcopo Gurcenſi & *Wilhelmo* anno 1220. Quorum *Hermannus* ex Domini à Leſſeck filia genuit *Henricum* ſecundum, *Fridericum* & *Eginonem* cum filia *Eliſabetha Wulfingo* à *Stubenberg* nupta. Erat autem nepos ex frate *Wilhelmi* Comitis *Haynburgenſis*, & ex dote vxoris acquiſiuit Leſſeck / Werthlbertsdorff, & *Montem Fratres*, & à Patriarcha *Aquileienſi* impetrauit Zobelſperg & Ius Patronatus Eccleſiæ *Polanenſis*. *Egino* primo Parochus *Pleyburgenſis* vxorem deinde duxit *Poponis* Domini à Pebach filiam, *Wilhelmi Haynburgenſis* Comitis viduam. *Henricus* ſecundus *Vlrici* Ducis *Carinthiæ* conſenſu, eius ſtemmatis primus, in *Krayburgo* arcem conſtruxit, & tractum prope Stayn & Cancker poſſederat, cuius ſoror *Margaretha Ioanni* Comiti à Pfannenberg nupſit, cuius frater *Fridericus* ſecundus ex *Adelhayde Berchtoldi* à *Laack* filia procreauit *Ottonem*, *Albertum* & *Maynhardum*, qui ab Imperatore arbiter eligitur inter *Albertum* primum Auſtriæ Ducem & *Salisburgenſem* anno 1296. *Albertus* Ludouico Bauaro Cæſari copias militares in *Longobardiam* duxit anno 1322. cuius frater *Maynhardus* ex filia *Rudolphi* Palatini Rheni, *Ruperti* Cæſaris ſorore, *Maynhardum* ſecundum progenuit, qui à *Walthero* Comite *Sternbergenſem* Comitatum

Quare Auſtriaci Goritiam?

Comites Ortenburgenſes in Carnis.

tatum emit & *Ottonem* tulit. *Otto* vero tertius *Maynbardi* & *Alberti* frater ex *Sophia Burcardi* Burggrauii *Magdeburgenſis* ſorore procreauit, *Emichonem* Canonicum Friſingenſem, *Rudolphum* Dominum à *Belligratz*, & *Henricum* tertium *Ortenburgenſem* Comitem, *Catharinam Vlrici Cilienſis*, & *Annam Dionyſii* Comitis de *Crupa* coniuges. Cuius filius *Henricus* ex *Catharina* Domina de *Camunio Foroiulienſi*, quæ amplam dotem attulerat, nihil genuerat, anno 1340. *Hermannus* tertius *Maynbardi* primi filius habuit in matrimonio *Henrici* ſenioris Comitis à *Schavvnburg* filiam, & bellum geſſit cum *Bertrando* Patriarcha Aquileienſi anno 1335. appellatus in diplomatibus paſſim à *Friderico* Rege Rom. *Alberti* primi filio cognatus, *Albertus* ſecundus filius *Maynbardi*, & *Hermanni* frater, Epiſcopus Tridentinus, Parochiam *Milleſtadienſem* Abbatiæ honore decorauit, habuit ſorores *Annam* Mareſcalco *Carinthiæ* ab Auffenſtayn nuptam, *Agnetem Eberbardo* cuipiam Styriæ Præfecto, & *Claram Vdalrico* Domino à Neuhauß Carno. Cuius nepos ex fratre *Maynbardo* ſecundo, *Otto*, à *Rudolpho* quarto *Auſtriæ* Archiduce, quem fundatorem cognominant, teſtis introducitur in literis de anno 1363. Progenuit filios *Ottonem* & *Fridericum*, & filiam *Dionyſio* Domino de *Crupa* ex gente *Frangepanam* nuptam. *Fridericus* hoc nomine in hac ſtirpe tertius cum *Gotſche* regiunculam in poſſeſſionem accepiſſet circa annum 1386. ex *Margaretha* filia *Friderici* Ducis à Deck cum nullam prolem tuliſſet, adoptauit *Ladouicum Hermanni* ſecundi Comitis *Cilienſium* filium, & moriturus illi Comitatum reliquit, imperante *Sigismundo* anno 1420. Palatinos ſequuntur vetuſtiores *Carnorum* Comites, qui tot ſæculorum ſerie omnes interciderunt, Comites à *Czelſchach*, Comites à *Vrieſach*, Comites à *Mosburg*, Comites à *Reuppingen*, Comites à *Malateyn*, Comites ab *Haynburg*, Comites à *Sterenberg*, Comites à *Starchand*, Comites à *Daufers*, & qui ſuperſunt Comites à *Turri* & *Kreitz*. His ſuccedunt ordine, qui officia hæreditaria geſſere: Mareſcalci ab *Auffenſtain*, Pincernæ ab *Oſtervvitz*, & Camerarii à *Liechtenſtayn*, à *Murau*. Quorum titulum hodie obtinent Mareſcalci quidem Domini à *Praga*, qui è *Carnis* in *Auſtriam* commigrarunt, Pincernæ Domini à *Dietrichſtain*, & Dapiſerorum Domini ab *Herberſtain*, qui in *Styria* & *Auſtria* hodie manent. Ex Baronum ordine fuere: Domini à *Vinckenſtain*, à *Weiſſeneck*, ab *Ernuels*, à *Laas*, *Vngnad à Soneck*, à *Tanhauſen*: Reliqui alio commigrarunt, à *Kreig* in Bohemiam, à *Weisbriach* in Auſtriam, à *Praga* in Auſtriam pariter, à *Preſing* ſimiliter, à *Neuhaus* in Goriciam. In equeſtri denique ordine paſſim in literis recenſentur, qui magna ex parte interciderunt: à *Liebenberg*, à *Leſſeck*, à *Rabnſtain*, à *Loſchentall*, à *Kaenberg*, à *Gaittenſtain*, à *Gera*: Manent item: *Mager*, *Keuenbuler*, *Roſeker*, *Kolnitzer*, *Sylberberger*, *Paradeyſer*, *Polchauer*, *Kreutzer*, *Pruſcher*, *Homburger*, *Greyſſnecker*, *Weltzer*, vom graben Meygsner/ *Malenteyner*, *Kulbner*, *Fuller*, *Zvvittar*, *Weydecker*, *Ernauer*, vom Laas, *Feyſtritzer*, *Rauber*, *Mordaxen*, *Leubnitzer*, *Hauſer*, *Pennynger*, *Roſtenheymer*, *Schvveinhaupt*, *Wucherer*, *Walichperger*, *Sakl*, *Gſchoedel*, *Rayneker*, *Holenberger*, *Leyninger*, *Hagen*, *Spiritus*, *Mecknitzer*, *Keytzſchacher*, *Gerdſchacher*, *Gutenſtayner*, *Halecker*, *Wildenſtayner*, *Gader*, *Heuſſer*, *Payner*, *Iobel*, *Dietrichſteiner*, *Reyſperger*, *Valbenhaubt*, *Raſchen*, *Obdacher*, *Hengſtbacher*, *Preſinger*, *Pamkyrcher*, *Humelberger*, *Goldecker*, *Harlinger*, *Dobriacher*, *Pibriacher*, *Landtſchacher*, *Sebriacher* & huius ordinis plures.

Comitatus Carnorum.

Officiales Carnorum.

Nobilitas Carnorum.

LIBER VIII.

QVæ noſtro ſæculo Prouincia ab arce metropolitanæ vrbis *Tyrolis* nominatur, & ex duabus magnis vallibus conſtat, *Oeni* videlicet & *Atheſina*, & in quas hæ minores ſubdiuiduntur, dum Romanæ res florebant, à *Rhætis*, confinibusque gentibus incolebatur, *Carnis*, *Pyruſtis* videlicet, *Hiſartis*, *Serrapillis*, *Merromenis*, *Cyambrais*, *Cambois*, *Interfrurinis*, *Tenatis*, *Clautenaciis*, *Virucinatibus*, *Sennonibus*, *Bois*, *Glyntidionibus*, *Ananibus*, *Enganeis*, *Parthenetis*, aliisque quam plurimis, à quibus iuſtæ valles, quam deſcribimus, Prouinciæ nomina ad poſteros transmiſerunt, à *Pyruſtis* nempe Puſterſtall, à *Tenatis* Dauſers, à *Cyambrais* Braunecken, quos lib. 1. Longobard. Diaconus *Briones* vocat, à *Brixenetis* Brixen, à *Sennonibus* Suneburg/ à *Virucinatibus* Vyrgin & Vettenberg/ à *Cotuaneiis* Rueng/ à *Glyntidionibus* im Gleyſſen, Gleß/ à *Bathiatis* im Pitſchen, à *Caturigibus* Rartaſch/.

Valles Tyrolis ab antiquis incolis denominatæ.

O

ab *Hi-*

ab *Hiſarcis* Sarcatall *Æſachus fluuius*, à *Sarapellis*, in quorum finibus Plinius *Draeuum* naſci tradit in tertio, Serrenteyn/ à *Merromenis* Meran / à *Bois* Botzen, ab *Ananibus* Nanſtall Nanſperg/ ab *Enganeis* Engedeyn/ à *Parthenetis* Perſen/ metallis clarus mons, & à *Cenomannis* fortaſſis Enneberg. De quorum primis ſcribens nominatim Cæſar quinto Gallici belli: *Ipſe conuentibus Galliæ vlterioris peractis, in* *Pyruſtæ.* *Illyricum proficiſcitur, qui à Pyruſtis finitimam partem Prouinciæ incurſionibus vaſtari audiebat.* Adde, quæ Appianus Alexandrinus de his *Rhætiæ* alpeſtris populis in libro, quem *Illyricum* inſcripſit, refert: *At vero Cæſar Auguſtus, vniuerſa adeptus, cum inter loquendum Antonii inertiam Senatui explicâſſet, Illyricam gentem præ cæteris bellicoſiſſimam, & eundem ſæpe infeſtantem, mitem reddidit, Oxieos, Perthenetas, Bathiatas, Taulantios, Cambeos, Cynambraos, Merromenos atque Pyriſſeos, omni experientia edita ſibi ſubdidit, maiori inſuper labore capti ſunt, & ad tributa, quæ ſoluere deſiêrant, compulſi,* *Vallis Oeni.* *Deocleata, Carni, Interſrurini, Nariſci, Glintidiones atque Tauriſci.* Atque hi ſere populi vniuerſi, quorum veſtigia nominum ſaltem ſuperſunt, in valle *Oeni* tenuere, & ne quis veros *Illyrios* extitiſſe dubitet, Strabo in quarto, & Auſonius Poëta, *Danubium Illyricum* alluere, tradunt; ſcribit præterea Strabo: *Vinum Rhæticum inter vina Italica egregiè commendata non ſane inferius in montanis illorum radicibus naſcitur, ipſi autem ad ea vsque loca, quæ Rhenus ſecat, extenduntur. Huius autem nationis ſunt Lepontii & Camuli & Vindelici & Norici, & montana extitiora tenent, maiori ex parte cum* *Illyrici in Tyroli.* *Brennis & Tenanis, his iam Illyriis.* Porro *Illyrios* fuiſſe, qui mediterranea in *Norico* ac *Rhætia* alpibus coluerant, atque *Iapodes*, vbi hodie ſunt *Carniolenſes*; idem author in ſeptimo confirmat: *De Illyricis igitur dicendi ſumamus exordium, quæ Iſtro ſunt alpibusque continua, interque Italiam & Germaniam iacentia.* Et Herodianus in hiſtoria Alexandri Cæſaris: *Illyricæ gentes, anguſtæ videlicet, neque multum agri Rom. ſubiecti poſſidentes, ſola diſcrimen faciunt inter Italiam & Germaniam.* Et eum conſtet, veterem *liberam Germaniam* non vltra *Rhenum Danubiumque* flu. fuiſſe extentam: *Illyricos* tenuiſſe, præter *Pannones, Carnos, Tauriſcos, Iapodes, Iſtros*, etiam *Tyrolenſes* in Rhætia alpeſtri, conſentaneum erit. Quapropter, vt antea diximus, à *Tenanis* Comitatum Dauſers/ à *Brencis* Perlacher-Hayd in Boiaria Brandis, Branzol/ *Brentoni*, & *Bremani* in *Atheſina* Prouinc. *orientem*, à *Pyriſſeis* Græca voce, qui *Brennerum* montem coluere, à *Lepontiis* vero, adiecta *Graiarum* alpium appellatione, quomodo *Tyroli* vicini Grawenpündter nominantur, veriſimile eſt *Vallis Atheſina.* denominatos. Et de valle *Oeni* hactenus; ad *Atheſinam* vero qui tenuerint, etſi quæ de vino Rhætico ſupra ex Strabone adduximus, quod hodie prope *Pulſanum* in monte Leytach/ & quem vocant montem *Traminium*, demonſtret, liquido tamen Polybius etiam antiquus autor in ſecundo comprehendit: *Inter Padum atque alpes* (inquit) *Laïi mox Lebetii, dehinc ingens Inſubrum natio, poſt non longe à ripa fluminis Cenomanni, loca vero mari Adriatico vicina, antiquum ex Paphlagonia genus Ve-* *Veterum veſtigia populi.* *neti appellati, nec moribus neque ornatu corporis, ſed duntaxat lingua à Gallis differunt. Inter Appeninum rurſus & Padum primo Ananes, mox Boi, inde Enganes, poſtremo Sennones.* Horum ſingulorum nomina ſaltem extant, à *Sennonibus*, vt præfati ſumus, Sunesberg, ab *Ananibus* Nanſperg/ ab *Enganeis* Engedeyn, à *Bois* Botzen/ quod *Pulſanum* Itali vocant. Cæterum *Appenini*, vt montis inter *Rhætos Noricosque* intercidentis, non illius Italiam ſecantis, mentionem etiam Strabo facit in quarto: *Super* *Appeninus mons in Rhætia alpeſtri.* *Carnos vero* (ait) *Appeninus mons incumbit, lacum habens in amnem Iſaram confluentem, qui rapto ſecum Atage altero flumine effertur in Adriaticum ſinum. Eodem autem ex lacu fluuius alter in Iſtrum labitur, quem Atheſinum vocant.* (& ſubdit) *Primum eſt horum trans Rhenum & lacum in Orientem vergens, mediocre ſublime dorſum, quo in loco Iſtri fontes iuxta Sueuos & Herciniam ſyluam ſunt, alia ſunt cacumina in Illyricum atque Adriaticum ſinum conuerſa, ex quibus etiam eſt dictus mons Appeninus & Tullum, & Phligada, & ſubiacentes Vindelici.* Quæ deſcriptio Prouinciam, quam delineauimus, ad amuſſim exprimit, montanaque illa in *Noricum* & *Carnos* verſa demonſtrat; quæ ab *Appenino* nimirum hodie das Püntzgaw vulgo appellant. Etſi autem in hoc *Iſara fluuius.* Strabo errarit, quod in *Adriaticum* mare *Iſaram* confluere dicit, tamen qui confinia *Boiariæ* atque *Tyrolis* diligenter contemplati ſunt, vident *Iſaram* ſcaturire in valle quam Lanetſch dicunt, haud procul his campis, quos Seefeldt à lacuum copia nominant, in quem infra paulo lacus Tegerſee confluit, vt Strabo etiam teſtatur, & *Atagem* fluuium iſtum appellat. Eſt et error vel potius transpoſitio vocum, cum *Atheſinum* in *Iſtrum* confluere ſcribit, quod de *Iſara* potius dicere debuiſſet, & *Atheſinum* in *Adriam* confluere. A *Tullo* præterea prædictis finibus Telſ, *Memoria veterum colonorum in Tyroli.* à *Phligada* Flis im Fluetz/ nomina tantum ſuperſunt, quæ veterem colonorum memoriam oſtendunt. Quod denique de ſubiacentibus *Vindelicis* refert, coniun-

ctum

Auguſta Vindelicum. *Vina Tyrolenſia.* *Erenburger-Clauſen. Brixen.* *Brenner mons.* *Tyrolenſis poſteritas Alemannorum.* *Iauffen mons.*

ctum cum vero eſt. Nam *Auguſta Vindelicûm* (cuius hodie rudera in confluentibus *Iſara* & *Loyſa* cerountur in Wynding pago) in demiſſis montium cacuminibus, qui nunc in *Boiarios* conuertuntur, poſita ab Auguſto fuit & colonia deducta, vt ſupra in *Boiaria* dictum eſt. De *Vindelicis* porro iterum Strabo, & his præſertim, qui *Oeni* vallem contingebant: *Etenim ferociſſimi inter Vindelicos Lycatii, Clautenacii ac Vennones cingebantur, Rhatorum autem Rhucantii & Cotuantii, Eſtiones vero & Brigantii ad Vindelicos pertinent, eorum oppidum eſt Srcantium & Candobunum, & Lycatiorum veluti arx quadam Damaſia.* Quæ periphraſis ad ipſiſſima cooſioia *Tyrolis, Boiaria* atque Engadinorum pertinent. Nam & hodie *Heluetiorum* poſteritati *Tyrolenſes* contigui ſunt, & cum *Rhæti* ſint, in alpibus vino excellunt, in vallibus videlicet Valltelin/ *Tramynio* & *Leytachio*, reliquorum nomina ſaltem antiqua corrupta memoriam referunt, *Camulorum* Ramlimertall/ *Licatiorum* Lechtainer/ *Clautenatiorum* Erenburger-Clauſſen, *Vennonum* Vynggatall/ *Rhucantiorum* Rhecken-hard, *Cotuantiorum* Rotniz, *Eſtionum* Eſchenloch, *Brigantiorum* Brixen. Horum, verſus *Italiam*, ex *Vindelicis* & *Noricis* etiam Plinius mentionem facit lib. 3. cap. 20. *Iuxtaque Carnos quondam Taurisci appellati, nunc Norici. His contermini Rhæti & Vindelici, omnes in multas ciuitates diuiſi. Rhætos Tuſcorum prolem arbitrantur, à Gallis pulſos duce Rhæto, verſo deinde Italiam pectore alpium Latinis iurit Engania gentes, quarum oppida* 34. *enumerat, Cato. Ex his Triumpilini venalis cum agris ſuis populus, dein Camuni, quamplureſque ſimiles finitimis attributi municipiis Leopontios & Salaſſos Tauriſca gentis idem Cato arbitratur.* Et ſubiiciens poſtea trophæi alpeſtris inſcriptionem: *Alpina gentes deuicta, Triumpilini, Camuni, Vennones † Hiſarci, Breuni, Nanꝗes, Focunates, Viruicinates, Lycates, Catenates, Abiſontii, Ruguſci, Suanetes, Collucones, Brixentes, Lepontii, Viberi, Nanduates, Seduni †† Salaſſi, Acitauones, Medulli, Caturges, Brigiani, &c.* Hæc ille, de quorum relicta memoria io tractu Tyrolis dictum eſt, antea hoc addito, quod *Brennerus* mons *Brennorum*, *Iſara Iſacorum*, *Acitauorum Aetzlandia*, Nannorum Nanſperg, Cannunorum proſapia nobilis Rayn, *Caturigum* Rartaſch, Rattiſch/ nomina adhuc ſeruant. Eſt autem veriſimile, delectis aut pulſis Romanis, hos de quibus locuti ſumus populos acceſſiſſe (vt etiam Strabo io quarto adſtruere videtur, cum ait: *Nunc autem finitima regio, vſque ad ſumma montium cacumina, pacata viuit, vniuerſa deinceps montana pars, in Orientem & Auſtrum vergens à Rhætis Vindelicisque tenetur.* Veriſimile eſt, inquam, *Alemannos*, quorum hodie *Tyrolenſes* poſteritas ſunt, non ſolum debellatis his, de quibus diximus, ſed ipſis etiam poſtremo Romanis non ſemel victis, ſucceſſiſſe. Quando autem hoc factum ſit, certi nihil ex hiſtoriis inuenitur; equidem Aurelius Sextus in vita Claudii Imper. hæc memoriæ reliquit: *Hinc Claudius Galieni morientis ſententia deſignatus Imperator, ad quem Ticini poſitum per Gallionum Baſilum indumenta regia direxerat, extinctoque à ſuis Aureolo, receptis legionibus aduerſus aciem Alemannorum haud procul à lacu Benaco dimicauit.* Scribit & Marcellinus lib. 17. cum Conſtantii, Cooſtantini Magni filii, res geſtas enarrat: *Inter qua ambigua Iuthiungi Alemannorum pars Italicis conterminans tractibus obliti pacis & fœderum, qua adepti ſunt obſecrando, Rhætias turbulenti vaſtabant, adeo vt etiam oppidorum tentarent obſidia.* Arbitror vero, deprauate Marcellinum vt Græcum hominem *Iuthiunga* appellâſſe, qui hodie in *Tyroli* montem Jauffen incolunt. Legitur præterea & *Stilico Vandalus*, ſub Honorio contra *Gothos Suenos* donis illexiſſe, inque Italiam adduxiſſe, vt de temporum & regoorum ſucceſſionibus Iordoandes adootauit: *Stilico vero Comes* (ait) *cuius dua filia, Maria & Hermanica, ſingula vxores Honorii Principis fuere, & vtraque Virgines ſunt defuncta, ſpreto Honorio regnoque eius, inhians Alanorum Sueuorumque gentes, donis pecuniisque illectas, contra regnum Honorii excitauit.* Quos accepiſſe agros poſt victoriam in limitibus Italiæ, Claudianus primo in Eutropium hoc carmine teſtatur:

Diua potens vnoque Padum translapſa volatu
Caſtra ſui rectoris adit, tum forte decotus
Cum Stilicooe gener pacem implotantibus vltro
Germanis reſponſa dabat, legesque Caycis
Arduus & flauis ſignabat rura Sueuis.
His tribuit leges, his obſide fœdera ſancit
Indicto, bellorum alios tranſcribit in vſus.

† *Plin.* Vennotetes.

†† Veragri *Plin.* *quem confer, nam ortographia ratio in eo paulo alia.*

Romani victi in Tyroli à Boiis.

Hue pertinent, quæ Ioannes Auentinus de victoriis duabus tradit *Boiorum*, quarum vnam ad *Mittervvaldam*, alteram ad *Stertzingam Theodonem* primum cum filiis *Vtone* & *Theoberto* reportâſſe ſcribit; Romanorum ducibus *Remedio*, *Seuerino*, & *Seruato* fuſis, *Theodoriciq; Bernenſis* auxiliis profligatis. Et cum conſtet, *Remedis* adhuc reliquias *Tridentini*, ac in monte *Nanſperg*, ſupereſſe, *Boiorumque* Reges per filios atq; fratres *Tyrolenſem* ditionem gubernâſſe, *Theobertum*, *Theodonis* primi natum, *Theoualdem Theodonis* tertii filium, *Geribaldum Taſſilonis* primi filium (quem in *Agunto*, hoc eſt Jnnichen/ à Sclauis victum eſſe Diacoous teſtatur lib. 4. Longobard. cap. 14.) *Theobertum* ſecundum *Taſſilonis* ſecundi natum, (ad quem *Anſprandum* & *Luitprandum Longobardorum* Reges fugiſſe in locum proximum Diaconus lib. 6. cap. 6. autor eſt) *Grymoaldum* (cuius filiam *Blutradam* [illegible] ſenior in matrimonio habuerat) *Theodonem* ſeptimum, ſexti filium & ſupradicti *Grymoaldi* nepotem, ſub quo S. *Corbinianus Fruxinenſem* ſedem incepit ex Mais Atheſinæ Prouincia oriundus, vnde Sancti Valentini reliquias *Tridentum* transtulerat, quæ omnia confirmant, quod diximus, hodiernos incolas *Tyrolenſis* Prouinciæ *Suenorum* ac *Boiorum* poſteritatem eſſe, ad quod ſpectat, nimirum quod apud Diaconum legitur quinto Longobard. hiſt. cap. 14. de pugna *Alachis Tridentini* Ducis & *Chuniberti Longobardorum* Regis, locutum: *Is cum Dux eſſet* (inquit) *in Tridentina ciuitate cum Comite Boiariorum, quem illi Grauionem dicunt, qui Bautzanum & reliqua Caſtella regebat, conflixit*, hæc ille. Venio ad montes eius, quam tibi lector damus, Prouinciæ, quorum anteſignani, ac veteribus Geographis cogniti, *Appeninus* & *Pyrenaus* extitere, hodie etiamnum antiquis omoibus deprauatis ſuperſunt, das Pinzgaw, der Brenner. Atque *Appenini* quidem iuga, de quo ſupra dictum eſt, variis nominibus diſtincta nominantur, der Ciller / der Pillerberg / der Jochberg, der Zanetſchen / der Schneeberg, der Jauffen / der Ritten, Elenbogen / Krumler ꝛc. In quo memoratiſſima illa fuit vallis, quam *Peninam* non ſolum liber præfecturarum appellat, verum etiam inſcriptio[illegible] teſtatur, iſthic reperta cum tali Eulogio: Q. CAECILIO CISIACO SEPTICIO PICAI CAECILIANO PROCVR. AVGAST. ET PROLEG. PROVINCIAE RHOETIAE ET VINDELICIAE ET VALLIS PENINAE AVGVRI FLAMINI DIVI AVGVSTI ET ROMAE C. LIGVRIVS L. F. VOL.

Montes Tyrolis.

[illegible]

Vnde vero ſit ea nomen vallis ſortita ab *Hannibale*-ne *Peno*, quod eius pars exercitus non minus, quam Graias alpes, traosferat, alterius eſt ocii referre. Porro huic monti adiacet alter, nec iugis hinc inde in *Italiam Noricumque* extentis, nec vetuſtatis memoria minor; præcipue vero, quod maxima ex eo flumina *Dravus*, *Æſacus* & *Renzius* naſcuntur: Quem Græci quondam antiquioris ſæculi autores ab igne, hoc eſt, quod ob altitudinem fulminibus crebro tentetur, *Pyrenæum*, nos vero *Germani* transpoſitis literis *Brennerum* vocamus, de quo Maximus Planudes Græcus Poëta, quod carmen Beatus Rhenanus ſic conuertit:

Saxa Pyrenæi & depreſſæ vallibus alpes,
Quæ Rhæni fontes haud procul aſpicitis,
Vidiſtis radios; Cæſar Germanicus edit,
Quos tum Theutonibus fulgura belligerans.

Ad quem montem & locus Appiani Alexand. in *Illyrico* pertinere videtur, cum de *Cymbrorum* migrationibus ſcribit: *Quippe eosdem Celtas, quos Cymbros vocant, ad Delphos poſuiſſe caſtra, ſtatimque omnes diſperſos aufugiſſe, pluuia in vos ante inceptam pugnam cum procellis fulguribusque deſæuiente. Celtarum porro tellurem Apollinem concuſſiſſe aiunt, vrbesque abſorbuiſſe, nec prius finem tantæ cladi impoſitum, quam ipſi pari modo è laribus egreſſi ſunt, & in Illyrios, qui tum ipſis vna deliquiſſent, peruenere. Quos peſte iam confectos, & ob id debiles, cum facile vicissent, contractione earum rerum morbo corrupti, in fugam abiere, & ad Pyrenæum vsque mutauere loca*, hæc ille. Qui ſane locus de monte *Illyridi* proximo, non de *Pyrenæis* illis Hiſpanicis, intelligi poteſt. Ab hoc monte, verſus *Carnos*, longa vallis procurrit, *Draui*, præter cætera, fonte nobilitata, quam à *Pyruſtis* nimirum Purſterſtall, etiamnum vocant, vbi *Lontii* ac *Agunti* veſtigia viſuntur, in *Luentio* & *Innechio*. LONTIVM ſane ad *Dravum* Antooinus commemorat. De *Agunto* ſcribit Diaconus lib. 4. cap. 14. *Iisdem temporibus, mortuo Taſſilone Boiariorum Duce, filius eius Geribaldus in Agunto à Sclauis deuictus eſt, & Boiariorum termini à prædantibus inuaduntur.* Cæterum vt de aliis montibus non ſim prolixior, *Rhætico*, *Pernina*, *Pede clauium*, & qui à *niue*, *ſale*,

Catalogus Boiorum Principum in Tyroli.

Pyruſtarum vallis.

Lontium urbs

Aguntum ciuitas.

lutis,

latis, populis Virucinatibus, Arula fluvio, valle nauis, valle Anagnina, Terra monte, Parthenetis, nomina ad poſteros miſerunt, Schneeberg, Salzberg / Leytach, Vertenſtaynerberg, Wurmbßer Joch, Arlemberg / Flems, Nanſperg, Tramyn, Perſen. Valles quidem pleræque ſuperſunt, veteribus etiam hiſtoricis cognitæ, vallis Oeni, Venuſta, Telina, Sardis, Coronata, & Lagerina, quæ à Roueriato Veronam ducit ſecus Atheſim. Ac Oeni quidem vallis diuiditur in ſuperiorem & inferiorem, & minores adiacentes: vtrimque habet verſus Engedinos Anguſtam appellatam, Petſchaw, Stamſertall / Telffertall, Scherntall / Grampacherthall, Imſerhall, Stubachthall, Straynachtall; Stavngertall / Pillertall / Zillertall / im Lanetſchen / im Taxen / in der Gunckel, & qui campi à Regußis Reckenhayd nominantur. Porro Venuſtam hodie truncato & corrupto vocabulo Phinggetall vocant, ab amœnitate nimirum, vbi Atheſis oritur, cuius portiones incolæ ſeorſim nominant, Münſtertall, Snalßtall, Malſer hayd, im Vlten / im Layn / quarum aliquæ peculiares Principes habuere, vt in antiquiſſimis legitur Annalibus: *Anno Domini 1242. Comes de Tyrol conſpiratione facta cum miniſterialibus & quibusdam Canonicis Brixinenſibus nec non cum Comite Vlrico de* Vlten / *& electum ſuum Egonem caſtris & ciuitate priuitus deſtituerunt.* Sunt & ampliſſimæ aliæ duæ valles, vbi Atheſis ſunt confluentes, quarum illa à Serapillis Sertentall, Talfero irrigua, hæc vero Æſaco & Rentzio flu. fœcunda Brixentall & an der Claußen nuncupatur, quibus nimirum finibus Sabona antiquiſſima extitit Epiſcopalis ſedes, quæ poſterioribus ſæculis Brixiam translata fuit, cuius Præſules ſubinde in antiquis diplomatibus citantur: Sic ad Ioannem IX. Rom. Pontific. anno ſalutis 1020. epiſtolam de reſtituenda Laureacenſi metropolita, & Morauia Epiſcopis conſtituendis ſcripſerunt, Dietmarus Iuuauienſis, Waldo Friſingenſis, Erchinboldus Aychſtetenſis, Tuto Ratisbonenſis, Richarius Patauienſis & Zacharias Sabonenſis. Similiter anno Domini 742. in Dingenſingio conueniſſe leguntur, iubente Zacharia Pontiſ. Rom. ad reformandam Eccleſiam Boiorum, Virgilius Iuuauienſis, Symbertus Ratisbonenſis, Aribo Friſingenſis, Mannus Neuburgenſis ſuper Ingolſtadium, Wiſericus Patauienſis & Almus Sabonenſis. Commemorat & Paulus Diaconus lib. 3. cap. 12. clariſſimum Ingenuinum Sabonenſem Epiſcopum, cum ſynodum in Mariano ſub Seuero Patriarcha deſcribit. Cæterum in finibus vtriusque, de quibus locuti fuimus, vallis, hoc eſt, Atheſina & Brixinenſis, Batauorum quondam ſtatio fuit, cuius ruinas Germani nos Potzen / Itali vero Pulſanum vocant, locum mercatorum emporio & iudicio Tyrolenſis Prouinciæ, itemque vinetis generoſiſſimis celeberrimum, de quo Paulus Diaconus lib. 5. cap. 14. tradens ibidem Alachim Regem Longobardorum viciſſe Boiorum, Grauionem. Cuius Parochiæ ſunt conſecratæ Beatæ Virginis, anno 1340. S. Nicolai à Salomone Tridentino, anno 1180. Quam ex Annalibus inuenio periiſſe ciuitatem, incendio quidem an. 1224. 1291. 1443. terræ motu an. 1347. ſcopuli proximi fragmine anno 1338. inundatione Atheſis Tiberio ſecundo imperante, cuius Diaconus meminit lib. 3. cap. 11. & aliis, quæ factæ ſunt anno 1339. vt nihil dicamus de excidiis, quæ Comites proximi ab Vlt crudeliſſime huic ciuitati intulere, in cuius vicinia arces multæ opulentiſſimæ & maximæ viſuntur, Greyfenſtayn / Ruckenſtayn / Rauenſtayn / Langneck, Goldeck / Ryed, Seneſia, Haſſelburg, Karneyd / Bereſſl / Hawenſtayn / Velß ꝛc. Et quoniam Atheſis fluuii mentio facta eſt, qui, de qua loquimur, ciuitatem irrigat, operæ pretium viſum eſt, & Rom. circumiacentia municipia enumerare, & quam victoria illa memoratiſſima de Cymbris & Teutonibus duce L. Catulo nobilitata extiterit. Municipia quidem recenſet Diaconus lib. 3. cap. 15. his verbis: *Nomina autem caſtrorum, ſeu oppidulorum, quæ diruerunt in territorio Tridentino, iſta ſunt: Teſana, Maletum, Sermoſanum, Appianum, Fagitanum, Cymbra, Brixianum, Brentonicum, Balenſe, Maſe, & duo in Alſuca.* Arbitror vero Maletum extitiſſe, quod hodie in Anagnina valle Maluſca nuncupatur, Appianum, quod Heppen dicitur, perueteri Comitatu locum celebrem, Faiganum Tunn vel Tenn / Cymbram Braunecken / Brixianum, Brixniorum Epiſcopalem, Brentonicum Brentonii infra Tridentum, Balenſe, Belaſi, ab Alſuca mons Brixinore vicinus Sack nomen ad poſteros transmiſit, vt de Maleto, Volenne & Ennenſe nihil dicamus, quorum idem autor ad Atheſis ripas meminit, cuius hodie rudera Mals, Vallyer & Em publice vocant. His finibus Diaconus & Sardis, & Coronata campos, & Lagerinam vallem, quæ veteri adhuc nomine ſupereſt ſecus Atheſim, qua Verona defluit, recenſet. Lege lib. 3. cap. 4. & lib. 3. cap. 14. Placet & locum de victoria illa Romanorum ad Atheſim à L. Catulo relata ex Plutarcho recenſere: *Sic progredientibus Barbaris, & ad aquas, quæ Sextiæ nuncupantur, vnde non multum via ad alpes intererat, peruenientibus, Marius hic cum hoſte manus conſerere ſta-*

Valles nobiliores Tyrolis

Vallis Oeni.

Vallis Venuſta.

Comites de Vlten.

Vallis Brixinenſis.

Sabonenſis Epiſcopatus.

Potzen.

Arces prope Botzen.

Rom. municipia in Atheſina Prouincia.

Campi ad Atheſim.

Romani ad Atheſim Victores.

tuit, & locum caſtris munitiſſimum, aqua vero haud abundantem, occupauit. (Et poſtea
ſubiiciens de Catulo collega, qui alio ex loco ad *Athesim* hoſtes vicerat:) *Nam
Catulus, qui contra Cymbros copias duxerat, deſperabat, illos ab alpium tranſitu arceri poſſe,
ne, ſi in multas partes exercitus diuidendus eſſet, propter imbellicitatem & tenuitatem copia-
rum ſuperaretur. Itaque ſtatim in Italiam, ad flumen Athesim, deſcendens, ibique conſidens,
vtrimque ea loca, quibus aditus eſſet, muniuit, & vadum vallo coniunxit.* Hæc & plura
Aquæ Sextiæ in Tyroli. Plutarchus, quibus vallem *Atheſinam* affabre delineat, vna cum aquis *Sextiis*, qua-
rum nomen adhuc in finibus *Tyrolis* extat, im Seżen vocant, vallem in *Carnos*
& *Venetos* protenſam, vbi *Teutones* Marium prælio fudiſſe autores referunt, quod alii
de loco Galliæ intelligere maluerunt. Tranſeo ad alia *Athesis* loca, quorum nomina
originem, vt diximus, ex vetuſtate trahunt, & Paulo Diacono celebrata ſunt, *Appia-
num, Maletum*, † *Ennenſe, Volemne, Salurna* ac *Brentonicum*, hodie Eppen/ Maluſca,
Brentonicum Salurna. Enn/ Vallyer/ Salurn & Brentoni. Et vt de prioribus nihil addamus, vt de
quibus ſupradictum eſt, *Brentonici* ſane mentionem facit Diaconus lib. 3. cap.
15. de *Salurnis* peruetuſtum legitur vaticinium, interfecto *Goſtoaldo* Longobar-
dorum Rege, *Salurnis* prope *Tridentum*, io publica Synodo Epiſcoporum, *Gra-
dienſem* de futuris Principibus Tyrolenſibus, hoc eſt rubra Aquila ex nigra proce-
dente, quædam prædixiſſe, licet in exemplaribus antiquis corruptè legatur, pro
Caſtoaldo *Coſtoandus*, pro Salurnus *Salue*, & pro Gradienſi *Granenſis*. Ad cuius
quidem loci deſcriptionem pertinet illud quoque Diaconi lib. 3. cap. 4. *Qui,
dum cum præda reuerteretur, in campo Rotaliano offendit Cranichem Ducem Francorum, à
quo cum pluribus è ſuis interemptus eſt. Qui Cranichis non multo poſt Tridentum veniens
ipſum deuaſtauit. Quem in ſequens Eoynus Tridentinus Dux, deprehenſumque in loco, cui
Tridentum. Salurnis nomen eſt, cum exercitu interfecit.* De *Tridento* igitur, cuius tutelam ab Im-
Campi Rotaliani. perio *Tyrolenſes* Principes impetrâruot (& in cuius vicinia *Rotalianos* campos Dia-
conus commemorat Germanica videlicet origine à *rubra valle*, vnde & *Tramini-
um* denominatum fuiſſe veriſimile eſt) non opus eſt multa perueſtigatione,
Episcopi Tridenti. cum eo loci & *Longobardorum* nobilis Ducatus extiterit, & ſedes Epiſcopii per-
uetuſta, vt & in qua *Agnellus* quiſpiam ſedit inter initia Longobardici imperii,
cuius mentio extat apud Diaconum lib. 3. cap. 12. Legitur & *Altmannus*, Tri-
dentinus Præſul, ſacellum in *Heppa*, hoc eſt, *Appiano* conſecrâſſe anno 1131. &
Salomon, S. Nicolai & Laurentii templa in *Pultzano*, item *Gerhardus* in Langenmaß
ſacellum anno 1226. Floruit & *Egino Tridentinus* Antiſtes anoo 1265. quo tempore
Veronenſes Tridentum expugnarunt. *Henricus* Epiſcopus porro cum *Menhardo* Tyro-
lenſi Comite controuerſiam habuit anno 1289. *Nicolaus* denique à *Ioanne* Bohe-
Insignia Tridentini. miæ Rege primus Aquilæ inſigne flammis circumdatæ cepit. Porro à *Triden-
Valles insignores Tyrolis to Veronam* verſus loca celebria ſunt (vt de vallibus, *Premyer*, *Flems*, *Cylſis*, *Tob-
lina*, *Rendena*, *Falcyon* & *Indicarei*, nihil dicamus) *Piſonum*, *Callianum*, victoria
Auſtriaca de Venetis, anno 1487. clarum, *Roueriacum* Venetis eadem victoria
Vallis Lagarina. ademptum, vnde vallis, quæ *Veronam* ſecus vtramque *Atheſis* ripam ducit, *Lagerina*
dicitur, Diacono quoque commemorata lib. 3. cao. 4. *Iisdem diebus* (inquit) *ad-
uenientibus Francis ad Magnos Caſtrum, quod ſupra Tridentum in confinibus Italiæ poſitum
eſt, ſe eis tradidit. Quam ob cauſam Comes Longobardorum de Lagare*** *Rugilo nomine,
Magnos aduenieus deprædatus eſt.* Cæterum relicta valle, de qua præfati ſumus, *La-
Lacus Benacus. garina*, lacuque *Benaco*, quem *Gardam* hodie, à *Wardia* nimirum, hoc eſt, cuſto-
dia ſiue ſtatione Teutonica nominant, quod contra Romanos iſthic Germani
ſiue Principes, ſiue Imper. limitem ſuum tutati fuerint, aduerſo fluuio *Atheſis* re-
deuntes ad vallem, quam, ſiue à *Vennonibus*, ſiue *Penina*, ſiue denique, quod
Vallis Phyntzgeall. veouſta ſit, das Phynggetall vocant, *Meraniam* iſthic vetuſtam vrbem inuenie-
mus, olim Principatus totius non ſolum metropolis, verum etiam vnde cogno-
men hi Germaniæ Principes, qui his finibus rerum potiebantur, traxerunt, à
Merania. *Merremenis* nimirum appellatam, quorum inter alpinas gentes, ab Auguſto
Cæſ. debellatas, Appianus Alexandrinus mentionem facit, quam inflammatam & in
Duces Meraniæ Tyrol arx. cineres verſam Gentilicii annales animaduertunt, annis 1339. 1401. ſubmerſam
pene ex *Paſſiero* torrente anno 1419. cui arx in ſcopulo imminet, antiqua Tyrol
dicta, vnde poſteriores Principes diuiſa ditione cognomen, tanquam ex regia,
mutuati ſunt, cum antea *Merania* Principes, nondum partita gubernatione, vo-
carentur, maximis in Germania matrimoniis famigeratiſſimi. Quorum primor-
dia

---

† *Paul. Diac.* Maletunum.

** *Paul. Diac.* de Largare.

dia quidam reperunt à Comitibus *Andecenſibus* in *Boiaria*, in qua nimirum ſtirpe ad famam venerunt, S. *Raſſo Andecenſis* cœnobii autor, & *Fridericus* cognomento Roch, qui vna cum *Kunigunde* Comitiſſa à *Vallay* Dieſſen monaſterium poſuit. Cæterum eius generis primum inuenio rerum ad *Athesim* potitum *Ezelinum* quempiam, qui ducta *Mathilde Ottonis* tertii filia, agros eo loci aliquot, vt limitem Germanicum aduerſus Italos tueretur, accepit, adiectis dotis nomine *Salueldo* & *Dinſpergo*, progenuitque *Leopoldum*, *Cunonem*, *Berchtoldum*, *Albertum* & *Gyſelam* Comitiſſam. Quorum in viuis reperitur fuiſſe *Leopoldus* anno 1046. *Cuno Albertum*, *Fridericum* & *Cunonem* alterum reliquit, *Ruſſia* Principem deſignatum; *Berchtoldus* vero in *Foroiulio* Comes, ex *Heduvige Popponis Ratisbonenſis* Burggrauii, *Carnorum* Ducis inaugurati, filia, liberos procreauit, *Ottonem* Babenbergenſem Antiſtitem autorem cœnobii Arnoldſtayn ptope Villacum, *Hermannum Iſtria* Marchionem & *Berchtoldum* ac *Henricum*, primos *Goritia* Comites, idemque *Euphemiam* Abbatiſſam in Altenmünſter Bauariæ, & *Mechtildem* Abbatiſſam in Ottelſtetten Sueuiæ. Sic igitur rerum ſumma in alpibus *Rhatia* ad *Albertum* denoluta, quo tempore perniciosa illa inter Eccleſiam & Henricum quartum diſſenſio ſæuiebat, tum quidem Romam profectos, vt accuſarent Cæſarem, *Magdeburgenſem*, *Conſtantienſem*, & *Babenbergenſem* Epiſcopos, ex itinete haud ptocul *Tridento* Heri mandato cepit, quam hiſtoriam Vrſpergenſis, cum de anno Domini legitur 1406. * his verbis deſcribit: *Porro proceres iam dicti, dum è ſuis ſinguli partibus, in valle Tridentina conuenientes, apud eiusdem nominis ciuitatem, id eſt, Tridentum pernoctarent, quidam Albertus adoleſcens, partium illarum quodam inſignis Comitatu, ſummo mane ſuper Epiſcopos, vtpote inermes & peregrinos, conciuibus armatis irruit, ſpoliat, capit, cuſtodia tradit, idque ſibi per Legationes Domini ſui Henrici Imperatoris eſſe mandatum comprobat*, (& ſubdit, vt dubium nullum ſit, eundem Comitem de genere iſto fuiſſe, qui Palatinatum ſimul *Carnorum* in Purſterſtall poſſidebant, vbi à *Babenbergenſibus* beneficia quædam & hodie poſſident) *Reliqui, vt diximus, magnates, vt nimirum à ſtultiſſimo captiuatore deprehenſi, indigne tractantur prater Ottonem Babenbergenſem Epiſcopum, cui idem Adalbertus, eo quod eſſet ſuus miles, parcere cogebatur*, hæc ille. Porro qui *Alberto* huic ſucceſſerit in alpibus *Rhaticis* in *Italiam* conuerſis, incertum eſt. Eſt autem veriſimile, *Berchtoldum* ſucceſſiſſe *Henrici* primi *Goricenſis* Comitis fratrem, qui ex *Sophia* Comitiſſa ab Amertall genuit *Berchtoldum* Marchionem *Iſtria*, *Popponem* Epiſcopum Babenbergenſem, *Cunradum* Comitem *Andecenſem* & *Ottonem* Comitem de Wolfrathuſen in *Boiaria*. An vero vel filius vel cognatus extiterit ſecundus *Berchtoldus* eorundem finium Ducis, nondum compertum habeo, qui ſecundum alios ex *Heduvige* Marchioniſſa *Saxonia*, ſecundum alios vero ex *Agnete* Marchioniſſa de Rochlitz in *Miſnia* tulit *Berchtoldum* Patriarcham Aquileienſem, *Eckebertum* Epiſcopum Babenbergenſem, captum à *Bernhardo* Duce *Carinthia*, Viennæ ſepultum ad Scotos, *Vlricum* Præſulem Pataquienſem, *Ottonem* Antiſtitem Friſingenſem, *Menegoldum* Abbatem cœnobii Krembſmünſter in *Auſtria* ſuperiori, *Henricum* Marchionem *Iſtria*, *Maynhardum* Marchionem *Kraynburgenſem* & *Ottonem* cognomento Magnum *Merania* Ducem in alpibus Rhæticis, qui accepto materno Comitatu Amertall in *Nariſcis* Lanckhaym cœnobium poſuit. Is eſt *Berchtoldus*, qui defunctis duabus vxoribus monaſticen pro- Dux Meraniæ.
feſſus eſt in Seuen cœuobio, haud procul *Chyemſe*. Ac *Henrici* quidem *Iſtria* Marchionis mentio extat apud Vtſpergenſem, cum Philippi Regis Rom. necem deſcribit: *Anno itaque ſequenti* (loquitur de anno 1204.) *ſtatuit Philippus cum exercitu venire in Saxoniam, contra quoſdam qui adhuc ibidem ſibi rebelles extiterant, venit itaque in Babenberg, aduenerat quoque illuc nefarius ille Otto Palatinus de* Wittelſpach. * *Rex vero minutionem ſanguinis fecit ibidem de venis vtriusque brachii, plurimi quoque de ſuis minuebant ſanguinem. Tunc ſceleratus Otto adſumptis militibus, Epiſcopi Eckeberti & Marchionis de* Andechſe *Henrici fratris præfati Epiſcopi, venit in Palatium.* Porro *Otto* accepta ditione in alpibus *Rhaticis* à metropoli Ducem ſe *Merania* ſcribebat, liberosque procreauit, ex neſcio qua coniuge, *Ottonem* minorem, qui ducta vxore *Blanca*, *Theobaldi* Comitis *Chabilonia* & *Campagnia* nata, Palatinus *Burgundia* deſignatus erat, *Agnetem Philippo Francia* Regl, *Gertrudem Andrea Hungaria* Regi nuptas, ſanctæ ſcilicet *Gertrudis* matrem, *Sophiam Saxonia* Duci, & *Heduvigem Sileſia* Principi deſponſatas. Et quoniam filius *Otto* lares in Burgundiam mutauerat ob vxorem, ibique *Ottonem* tertium Palatinum genuerat, & filias, *Eliſabetham Harduvico* Comiti

* *Leg.* 1106.

* * *In Vrſp.* Vuitilispach.

à Grundelach *Nariſco* autori cœnobii Frawen Aurach, & *Agnetem* Comiti ab Otlamund *Voytlandino*, qui in *Plaſſenburgo* regiam habebat in alpibus *Rhæticis*, nuptam. *Otto* Magnus tum quidem habuit ſucceſſorem *Mainhardi* fratris Marchioois *Kraynburgenſis* filium cognominem, quem *Fridericus* ſecundus Imperat. exauctorato *Friderico Auſtriæ* & *Styriæ* Duce, *Styris* Præfectum dederat circa annum 1248. de quo locus accipiendus eſt in Annalibus: *Anno Domini* 1242. *Comes de* Tyrol/ *conſpiratione facta, cum miniſterialibus & quibusdam Canonis Brixinenſibus, nec non cum Comite Vlrico de* Vlt/ *electum ſuum Eginonem caſtris & ciuitate penitus deſtituerunt.* Is in diplomatibus paſſim ab *Alberto* primo *Habſpurgenſis* ſtirpis, *Auſtriæ* Duce, auunculus vocatur, & ab *Henrico Carinthiæ* Duce & *Bohemorum* Rege proauus. Cuius filii *Menhardus* tertius & *Albertus*, cum *Ottonis Meranienſis* ſtemma in *Burgundia* defeciſſet, facta diuiſione, *Athesinam* Ptouinciam *Menhardus* maiot natu, & *Carnorum* Palatinatum *Albertus* ſortiuntur.

Comitatuum Tyrolenſis & Goricenſis diuiſio.

Quorum hic quidem ſe *Goricenſem* Comitem, ille vero *Tyrolis*, ſe nominarunt. Et *Menhardus* quidem ex *Agnete Gertrudis* quondam *Auſtriæ* Duciſſæ & *Hermanni Badenſis* Marchionis filia, à Comite *Haynburgenſi* in *Carnis* viduata, quatuor liberos procreauit, *Ottonem* & *Ludouicum Carinthiæ* Duces, à *Rudolpho Habſpurgenſi* Cæſ. cum patre apud *Noribergam* ioauguratos, *Henricum* Bohemiæ Regem & *Tyrolis* Comitem, & *Eliſabetham Alberto Auſtriæ* Atchiduci ex ſtirpe *Habſpurgenſi* primo collocatam, & cuius matrimonii ergo *Habſpurgenſes* gubernacula *Auſtriæ* ac *Styriæ* adierant, cum *Albertus* maritus ex hac fœmina ſuſcepiſſet,

Archiduces Auſtriæ quoad matrem ex Tyrolenſibus procreati.

Fridericum Rom. Regem, *Rudolphum Bohemiæ* Regem, *Ottonem* Archiducem *Auſtriæ*, *Leopoldum Auſtriæ* & *Sueuiæ* Ducem ac *Alſatiæ* Landtgrauium, *Henricum* & *Albertum* Canonicos, *Agnetem Andreæ Hungariæ* Regi, *Eliſabetham Theobaldo Lotharingiæ* Duci, *Catharinam Carolo Calabriæ* Duci, *Annam Hardmanno Brandeburgenſi*, & poſt illum *Vratislauienſi*, & *Guetam Ludouico* Comiti *Ottingenſi* nuptas. Et ſicut deficiente ſobole illa *Auſtriaca* in ſexu meliori ſolus *Albertus* emancipatus ex ſacerdotio generis ſucceſſionem tenuerat, ita & *Ottone* & *Ludouico* mortuis, *Henricus* minot natu *Tyrolis Carnorumque* Principatus adipiſcitut, qui poſtmodum vocatus ob vxorem ad gubetnacula *Bohemici* regni, ex *Bohema* Regis *Wenceslai* nata unicam

Margaretha Multaſchin hæres.

filiam teliquit *Margaretham*, quam ab oris turpitudine paſſim Multaſchim nominant Annales, quam *Ioanni* filio ſuo *Ioannes Bohemiæ* Rex, Henrici ſeptimi Imp. Lucelburgenſis natus, mattimonii iure collocauit, qui cum annis pene continuis

Comites Tyrolis ex Bohemis.

13. in arce Tyrol vxori cohabitaſſet, & rem pro vxoris Prouincia gnauiter geſsiſſet, expugnatis *Feltre* & *Dauſers*, tandem impotentiæ ab vxore accuſatut, & ab *Atheſinis* pellitut anno Domini 1340., adſcito & in matrimonii ſocietatem

Comites Tyrolis ex Bauaris.

& Principatus *Tyrolenſis* Iura *Ludouico Brandeburgenſi* Matchione, *Ludouici* quarti Imp. Bauari filio, qui ſolennibus nuptiarum peractis ad gubetnacula admittitur anno 1341. præſentibus Epiſcopis *Friſingenſi* & *Ratisbonenſi*, *Stephano Boiorum*, &

Comites Tyrolis ex Auſtriacis.

Chunrado Decenſi Ducibus, *Goritiaque Kirchpergenſi*, *Werdenbergenſi*, *Schwartzenbergenſi* & *Katzenellenbogenſi* Comitibus: Sed cum nullam ptolem *Brandeburgius* ex uxore tuliſſet, eo mortuo *Margaretha Rudolpho* quarto *Auſtriæ* Atchiduci tertiis nuptiis coniungitur, huic, qui S. *Stephani* Præpoſituram ac Gymoaſium Viennæ, turrimque admirandam illam, Baſilicamque condidit. Quo extincto anno 1365. cum paulo ante & coniunx obiiſſet, & ditiones ſuas domui *Auſtriæ*, *Tyrolim* ſcilicet & *Carinthiam*, teſtamento legaſſet (nec quicquam ſe oppooentibus Boiariæ Ducibus, *Stephano*, *Alberto*, *Friderico* & *Ioanne*) *Leopoldus* Archidux *Auſtriæ*, *Rudolphi*, qui ſine prole ex *Margaretha* obierat, frater germanus, ab *Atheſinis* ad gubernacula *Tyrolis* admittitur anno 1369. renunciantibus iuri ſuo *Boiaris*, comitiaque de fetuandis prærogatiuis ad *Meraniam* celebrauit annis 1372. & 1397. qui poſtea, dom

Comes Tyrolenſis occiſus ab Heluetiis.

fines tuetur, ab Heluetiis ad *Sempach* occiditut anno 1386. cuius filius ex *Viridæ Barnabonis* Mediolanenſis Principis nata, *Erneſtus*, patri legitime ſuccedens in *Tyrolenſi* Principatu conuentum Prouinciæ legitut habuiſſe anno 1415. Sed par-

Fridericus Comes.

titus cum fratre *Friderico* paternam ditionem, accepta *Styria*, vbi ad *Runiam* conditus eſt, *Tyrolenſem* Comitatum fratri reliquit, qui, vt ſolus eum & ſine litis moleſtia poſſidetet, *Alberto* fratrueli, *Auſtriæ* Archiduci, *Leopoldi* quoque ſupta dicti nepoti, 36. millia Ducatorum pro ceſſione conſecit, facta transactiooe, cui nomina dederunt, *Eberhardus* Salisburgenſis, *Vlricus* Brixinenſis, Epiſcopi, & *Ludouicus* Rhæni Palatinus, qui legitut Prouinciæ conuentus ſolenoes habuiſſe ad *Meraniam* annis 1417. & 1439. Is eſt, qui ob abductum *Ioannem* Antipapam ex *Conſtantienſi* concilio à *Sigismundo* Imp. proſcriptus, *Turgouiam* ac *Ergouiam* cum *Kyburgenſi* Comitatu, rapientibus confœderatis *Heluetiis*, primus amiſit, relicto ex

Anna,

Sigiſmundi Archiducis geſta.

Anna, Friderici Brunſuicenſis nata, *Sigiſmundo* filio impubere, cuius tutelam cum *Fridericus* tertius Imperator fratruelis aliquandiu adminiſtraſſet, tandem ſui iuris factus, inter initia gubernationis, orta ſimultate cum *Tridentino* Præſule, *Tridentum* obſeſſum expugnauit, nec quicquam Epiſcopo auxiliantibus *Friderico* Cæſ. & *Venetis*, anno 1443. Excitato poſtea quoque bello cum *Nicolao Brixinenſi* Epiſcopo, Cardinali ſcilicet *Cuſano*, cum *Braunecкio* ipſum expugnato in poteſtatem redegit anno 1460. Tertio quoque bello acriori paulo cum *Venetis* ob limites ſuſcepto victor, hoſtes expugnato *Roueriaco* ad *Callianum* caſtris exuit, & magna cum laude profligauit. Qui pertæſus laborum, cum ex duabus vxoribus, *Leonora Iacobi* Scotiæ Regis nata, & *Catharina Alberti* Saxonum Ducis filia, nullam prolem tuliſſet, & auitæ ditioni Landvogtiam, quam vocant, *Sueuiæ*, ac *Veldkirchen Brigantiuumque* Comitatus, adieciſſet, gubernacula patrueli *Maximiliano* Rom. Regi & *Auſtria* Archiduci reſignauit anno 1489., mortuus poſtea & ſepultus in Stams cœnobio, aono 1497. Atque his auſpiciis ad *Friderici* tertii ſtirpem *Tyrolis* Comitatus, ac *Carnorum* Ducatus deuenêre, in quibus *Maximilianus* Imperator & nunc adeo eius ex *Philippo* filio nepos, *Ferdinandus* Imperator cum filiis Dominis noſtris clementiſſimis rerum potiuntur, & regiam *Oeniponte* tenent, vbi liberi ſplendide, Ptouinciæ ſumptibus, educantur. In qua quidem Prouincia ante ſæcula peruetuſti ac celebres inferiores fuerant Comitatus, Suneburgenſis, de Vlten/ ab Heppen/ à Marſch & Dauſers, in quibus *Volcardus* Suneberg cœnobium poſuit anno 1018. *Vlricus* Comes de Vlt, *Brixinenſem* ſedem ac *Pulſanum* deprædatus eſt anno 1224. Sunt & Clientes quidam ad *Benacum* lacum in Italiæ finibus, qui ſe obſequio Principum *Tyrolenſium* ſubmiſerunt: Comites de *Arcu* ex *Bois* originem ducentes, & Comites *Lodronii* ex *Lateranis* Romanis profecti; quorum illi ab *Aſcovvino Babonis* Comitis *Abenſpergenſis* filiorum vno, *Wernheri* primi *Scyrenſis Palatini* nepote, initia repetunt, ab *Arnoldo* Boiariæ quondam Duce deſcendentes, vnde & hodierni Boiariæ Principes originem ducunt. Qui late agrum ad Danubium infra *Deckendorſium* in *Bohemiam* usque poſſidentes, (ubi adhuc Bogen/ ab arcu nominis memoria, cernitur,) partim diuturno, quod ſuſceperant cum *Ortenburgenſibus* bello, propter fines & Lanckenwerd/ oppidum ab his conſtructum, cui ſe & *Ludouicus*, ſecundus huius ſtematis Dux Boiariæ, immiſcuerat, & quod *Primiſlaum Bohemia* Regem in Boios auxilio adduxiſſent, contraque Imperium *Fridericum Auſtria* Ducem tutati fuiſſent, præterea ob duo poſita ab his monaſteria, Wyndperg & Viepach/ denique, quod *Friderici* ſecundi Cæſ. caſtra *Berchtoldus* ſequeretur, expugnatoque *Spoleto*, re bene geſta, agros in Italiæ finibus operæ præmium accepiſſet, lares ex *Boiaria* ad *Benacum* lacum mutârunt, cum apud *Boiarios*, dum adhuc forent, excelluiſſent poſt generis autorem *Aſcovvinum*, *Henricus*, *Hardvvicus*, *Chunradus* ſorore S. *Leopoldi* claros, *Otto*, *Fridericus*, *Aſcovinus* ſecundus, *Fridericus* ſecundus, *Harduitus* ſecundus & tertius, *Albertus Wyndbergenſis* cœnobii autor, *Fridericus* tertius, *Berchtoldus*, *Albertus* ſecundus, *Ludmilla Primiſlai* Regis *Bohemia* filiæ matrimonio inſignis, *Ottochari* Regis *Bohemia* & *Auſtria* Archiducis germanæ. Is ob adiutum *Auſtria* Ducem *Fridericum*, & quod *Boiariæ* Principi bellum feciſſet, mutare ſolum coactus, rediens tandem in gratiam *Friderici* ſecundi in Apulia commorantis, expugnato *Spoleto*, S. *Sabini* & S. *Seruia* reliquias comparauit, & ſui generis cœnobio Wyndperg donauit, & agrum, Cæſaris liberalitate, ad *Benacum* adeptus, in Italiæ finibus, gentilicio cognomine ab armis vſurpato & in Italicum conuerſo, *Comes ab* arçu eorum, qui adhuc *Tyrolenſis* Prouinciæ clientes ſunt, primus fuit, quem *Albertum* Itali vocârunt, de quo in Annalibus hæc verba leguntur: *Anno Domini* 1198. *Imperatrix peperit filium, qui vocatus eſt Fridericus. Quod vt primum per Albertum Comitem de* Bogen/ *tunc in Apulia exiſtentem. Henrico Imp. innotuit, in gratiam ſuam, quâ tunc carebat, recipere meruit.* Hunc ſecuti ſunt filii, quorum ſucceſſere in auita ditione apud Boiarios, *Leopoldus* & *Berchtoldus*; ad *Benacum* vero in nouo agro comparato *Albertus*, quem *Albretum* Itali nominârunt. Quem ſecuti ſunt iiſdem finibus, *Adalbertus*, *Berchtoldus*, *Riprandinus*, *Adalbertus* quartus, *Odoricus* cognomento *Pantera*, *Vinciguerra*, *Nicolaus*, qui *Caſtelbarchi* arcis, nomine ſedis *Tridentina*, Præfectum egit, & *Penede* primus Dominium comparauit anno 1340. *Antonius Vinciguerra* filius, *Leopoldum* Archiducem contra *Engedinos* & *Heluetios* belligerantem, cum filii periculo, iuuit, *Franciſcus Senenſis* Reipublicæ Præfectus, qui duobus genitis filiis, *Odorico* & *Andrea*, nobiliſſimum ſtemma in duas ſtirpes diuiſit. In quatum illa *Odoricum* ſecuti ſunt ex coniuge *Mantuana* Marchioniſſa, *Nicolaus* pater

Comitatus Tyrolenſes.

Comites de Arcu.

Comites de Arcu in finibus Italiæ.

Q ter

ter & filii, itidem ex Itala *Gontzaga* progeniti, qui adhuc ampliſſimis apud *Auſtriades* muneribus funguntur, *Scipio Ferdinandi* Imp. S. Cubiculi Præſectus, *Pyrbus Maximiliani* Bohcmiæ Regis Camerarius, *Proſper Caroli* quinti Imp. quondam Curialis, nunc vero in orbe ſucceſſoris *Ferdinandi* Imp. Orator, & *Maximilianus Iulio* Pontifici tertio quondam à S. Cubiculo: *Andream* vero ex alia ſtirpe conſecuti ſunt, *Antonius* cum filiis, qui adhuc trophæis clarent, *Felice*, *Franciſco*, & *Sigismundo*, & *Alexander* cum liberis, *Franciſco* & *Ioanne* Baptiſta, itemque tertius fratrum *Vinciguerra* cum filiis, *Oliuerio* & *Vinciguerra*. Et dc vetuſtioribus Comitibus hactenus; hodie *Liechtenſtainii* Comitum titulum poſſident. Sunt & qui muncri-
Officiales Tyrolenſes & Barones. busProuinciæ funguntur: Barones à *Wolckenſtain*, hæreditarii Magiſtri, quos vocant, Curiæ, Barones *Trautſon* à *Sprechenſtain* & *Schrouenſtain* Mareſcalci, cuius gentis *Ioannes* quiſpiam à *Menhardo* Comite *Tyrolenſi* ad ſororium *Albertum Auſtria* Archiducem *Rudolphi* Cæſaris filium Viennam cum mandatis miſſus erat circa annum 1308., vt in peruetuſtis Annalibus obſeruaui: Eiusdem generis *Sixtus* in *Codoneriana* valle cum 13. ſignis peditum à Venetis occiſus eſt anno 1508. Baroncs à *Spaur*, Pinceroæ, culus ſtirpis N. *Friderici* Cæſaris Curiæ Præfectum egit, & *Leo* ex Præpoſito vltimo primum egit *Viennæ* Epiſcopum anno 1482. Rcliqui regulorum ordincm tuebantur: Domioi à *Rottenburg*, quorum *Henricus Lemburg* prope *Pulſanum* poſſederat anno 1339. & quiſpiam *Friderici Auſtriaci* Magiſter Curiæ anno 1420. dominum ſuum vernaculo ſermone per cootcmptum appellarc ſolebat, Fridel mit der leren Taſchen, Domini à *Sparemberg*, quorum *Chriſtophorus* obiit in tcrra ſancta, cum *Victore* dc Thun, anno 1470. *Firmiani*, cuius ſtirpis *Bartholomaus Padua* captus crat à Venetis, cum pro *Maximiliano* Cæſ. obſidium tolerat, anoo 1509. *Liechtenſtain*, qui iam Comitum locum obtinent, *Wolffgangus* in
Nobilitas Tyrolenſis. terram ſanctam peregrinatus eſt anno 1509. *Welſperg*, *Schrouenſtain*, *Velanders*, *Caſtelbarco*, *Niderthor*, à *Gleß*, à *Modrutz*, à *Slanderſperg*. Plures in equitum ſubſelliis maoſerc: *Maulrapp*, *Trappen*, *Wotzen*, *Montanier*, *Maretſch*, *Kapavvner*, *Chuen*, *Rubeiner*, *Koffler*, *Schecken*, *Schuelman*, *Flitſcher*, *Stoffler*, *Velſer*, *Latſcher*, *Weynecker*, *Radnecker*, *Velſecker*, *Gruenecker*, *Schonecker*, *Landecker*, *Bernecker*, *Goldecker*, *Liechtenſtainer*, à *Karneid*, *Flutzenſtainer*, *Greyffenſtaiuer*, *Zvvingenſtainer*, *Pubenſtainer*, *Sparrenberger*, *Hellenberger*, *Altenberger*, *Eybenburger*, *Fellenberger*, *Starbenberger*, *Lebenberger*, *Traumſperger*, *Eremberger*, *Serfelder*, *Hetlinger*, *Fegler*, *Carlinger*, *Pamkircher*, *Karmboltzer*, *Bayrn*, *Dorffmaiſter*, *Kirchmaier*, *Niderhanger*, *Brandiſer*, *Radtgeben*, *Kalben*, *Storchel*, *Schuydl*, *Ambſer*, *Stambauger*, *Spies*, *Naturns*, *Findler*, *Pranger*, *Platzer*, *Epſinger*, *Laytacher*, *Pfruntner*, *Meneyder*, von Guiſidon, von Ratz, vom Graben, von Reichenberg, von Thurn, von Thun, von Wangen, von Raldeß, von Kartaſch, von Matren, von Prndel, von Partiſch, von Eben, Rain von Belaſi, Puchler von Weitneck, Haydnecker von Freundtſperg, von Embs, von Parciſal, von Pemont, von Montabol, von Caſtelald, von Caſtelbarco, von Hawenſtayn, von Gerenſtayn, Ruepacher von Ryed, Roſten von Teſchelberg, Sterenteyner von Fleſchen, von Tobzan, von Straßfrid, von St. Affra, von Adrian, von der Platten, von Mays, Gratzl von Aychach, Fincken von Krotzing, Mulßer von Klam, Egel von Steten, Wayzler, Zolner. Et quæ noſtro ſæculo familiæ ad famam venerunt, aliunde eo transgreſſæ: Trautmanßdorffer, Gienger, Fueger, Traſpen, Schnerpfen / Sinckmoßer, Lyndeck, Turyng, von Gynn, ꝛc. Et plures alii, qui omnes fœcundiſſimam incoluere multis retro ſæculis & magna adhuc parte incolunt Prouinciam, io qua generoſiſſima proueniunt vina, in valle *Tellina*, *Traminio*, & *Leytachio*, ad *Pulſanum*, Straboni etiam lib. 3. commcmorata, cum de vinis *Rhaticis*, *Italicis* haud inferioribus tractat. Mineras præterea argenti habet longe fertiliſſimas pluribus in locis, in *Schvvatzio* ad *Oenum* fluuium, quod Antonini *Sebatum* exiſtimo, im Lanerſchen, vbi *Iſara* naſcitur, in Geſeſatz prope *Stertzingam*, in Ellenbogen verſus *Carnos*, im Kützbühel verſus *Saltzburgenſem* ditioncm, & *Tridenti* in monte, quem Perſen appellaot, vbi & marmor pretioſum è ſcopulis paſſim ſecatur, veluti & in valle *Premyer*, *Burra*, & *Rotenburga* ad *Oenum*. Reperitur & creta optima in valle Glvers / gypſum in Saltzberg / ſulphur im Phynntzertall, bolus Armenius propc Praunecken / mumia vero in vicinia Zierla. Coquit & magnam ſalis copiam ad *Hallam* vrbem *Oeno* adiaccotem, in-

genti

Digitized by Google

genti *Auſtriacorum* Principum prouentu. Sunt & tabernæ, quibus vitrum funditur ad Praunecken, *Erenburgo* & *Perſen* in vicinia *Tridenti*. Piſces inſuper omnis generis in natiuis lacubus exhibet, *Benaco*, Romanis Hiſtoricis celebrato, *Toblino*, *Cylſo*; ſupraque ipſos montes Ritten & Erenberg. Vt de his nihil dicamus, quæ commendantur præ cæteris, aues omnis generis in *Erenbergenſibus* faucibus, pecora in Innſtall/ pira & ceraſa in Loncio, perſica in Mulbach/ mala in *Brixinora*, pineæ in Suls & Pagkoffel, triticum in Finggegetall/ ſiligo in monte Ritten, & piſa in Euentall & Strubach.

LIBER IX.

SVeuorum quam amplum primis tempoeibus regnum extiterat, & ultra illam etiam, quam tibi hic lector damus, intercapidinem, (& in qua Auſtriaci poſſident Archiduces *Landtuogtiam Sueuiæ*, in *Rhætia* prima Marchionatum *Hochbergenſem*, & Landtgrauiatum *Briſgouiæ* in *Hercinia*, *Burgouienſemque* verſus Boiariam, cum Comitatibus, *Nellenburgenſi*, *Hegouienſi*, *Hochenbergenſi*, *Kyburgenſi*, *Kirchbergenſi* & *Weiſſenborn*) vsque in *Haſſiam* videlicet, *Liburniam* & *Daciam*, (vbi hodie ſunt *Heſſi*, *Carni*, *Carniolani* ac *Tranſyluani*) extentum fuiſſe, cum ex aliis, tum ex his colligitur Cæſaris verbis, quæ lib. 1. Gallici belli leguntur: *Sueuorum gens eſt longe maxima & bellicoſiſſima Germanorum omnium. Hi centum pagos habere dicuntur, ex quibus quotannis ſingula millia armatorum bellandi cauſa ſuis è finibus educunt, reliqui qui domi remanſerunt, ſe atque illos alunt. Hi rurſus inuicem anno poſt in armis ſunt, illi domi remanent.* Et rurſus: *Publica maximam putant eſſe laudem, quam latiſſime à ſuis finibus vacare agros, hac re ſignificari, maximum numerum ciuitatum ſuam vim ſuſtinere non poſſe.* Et lib. 4. *Itaque vna ex parte à Sueuis circiter millia paſſuum ſexcenti agri vacare dicuntur; ad alteram partem ſuccedunt Vbii, quorum fuit ciuitas ampla & florens, vt eſt captus Germanorum.* Et paulo poſt: *Qui ſunt eiusdem generis, etiam cæteris humaniores propterea, quod Rhenum attingunt, multique ad eos mercatores ventitant, propter propinquitatem, quoniam Gallicis ſunt moribus aſſuefacti. Hos cum Sueui multis ſæpe bellis experti, propter amplitudinem grauitatemque finibus expellere non poſſent, tamen vectigales ſibi fecerunt.* (Et ſubdit:) *Treuiri autem pagos centum Sueuorum ad ripam Rheni conſediſſe, qui Rhenum tranſire conarentur, his præeſſe Naſuam & Cymerium fratres &c.* vt de Arioniſto Rege, (cum quo Iulio Cæſari primo pro limitibus Galliæ ad Rhænum atrociſſimum bellum fuerat, cuius terrore Romannos ita ſtupefactos idem refert, vt vix vultus ferre potuerint,) nihil dicamus. Et recte quidem Cæſar: Siquidem tam late patuiſſe Sueuorum ditionem, hinc quidem vsque ad *Rhenum*, illinc vero ad *Nariſcos* & *Francos*, non ſolum cognomina ciuitatum agrorumque demonſtrant, Brüſſel in Schwaben ad *Rhenum*, Schwäbiſch Hall, Schwäbiſch Gmynd/ Schwanfeldt ad *Aichſtadium* Epiſcopale, & Schwangew *ad Lycum* fluuium, & *Riſa Sueuorum*, vbi *Nordlinga* eſt & *Ottinga*; verum etiam, quod Otto Friſingenſis *Rotenburgum*, quod hodie ad *Tuberam* in Franconibus cernitur, *Sueuiæ* ciuitatem nominat, & Aduocatiam Sueuorom ad *Tigurum* Heluetiæ notam ciuitatem celebrat lib. 1. de vita Friderici primi Cæſ. cap. 8. Superſunt & ex centum illis pagis quam plurimi late ad Rhænum atque Danubium à tellure, tam Græca quam Germanica appellatione, nuncupati, Trungew, Arregew/ Nordgew/ Schwangew/ Taubergew/ Chraichgew, Zabeegew, Neckhergew/ Rocheegew/ Jagſtgew/ Briſgew/ Sundgew/ Turgew/ Ergew/ Kletgew/ Hegew/ Argew/ Puchſgew/ Lynzgew, Algew, Burgew/ Peerigew, Wallegew, quos quidem tractus veteres Sueuorum pagos extitiſſe, hoc eſt agros fluuiis ſingulis irriguos, qui Bach Germanis dicuntur ἀπὸ τῆς πηγῆς, i. e. à fonte, diplomata vetuſta Cæſarum teſtantur, in quibus pagorum pru iuſtis Prouinclis mentio fit: Vt in priuilegio, quod Ebeeßhaymbmünſter/ longe vetuſtiſſimo in Inſula Rhæni Cœnobio, Theodericus Rex Francorum dedit, pagus Edelſaßgew exprimitur, & in alio pagus Trundgew ager ad *Trunam* fluuium; & pagi *Nordgouiæ* mentio fit in diplomate, quod Carolomannus, Francorum & Boiorum Rex, S. Hermanno Abbati Ratisbonenſi conceſſit, & in priuilegiis Henrici tertii pagi Alpgew & Walgew nomina occurrunt. Quapeopter & Prouinciæ iuſtæ, quæ

Sueui late à domo profecti.

Pagi Sueuorum late diffuſi.

quæ Principibus gubernabantur, vt Pagus *Carentanus* in diplomate Ottonis tertii, quod S. Lamperti cœnobio in *Carnis* dedit, & pagus Oſtetriche in priuilegio Henrici tertii, quod Præpoſituræ in *Haynburgo Auſtria*, quæ deſiit, ſcripſit, ita nuncupantur, in quibus nempe Prouinciis primis temporibus Sueuos coluiſſe, in migrationibus noſtris oſtendimus; vt magis mirum ſit, quod de *Sueuis* ad ſinum *Ionium* Alexandri Magni ætate Arrianus, & de *Sueuis* ad *Drauum* Iordnandes *(Sueui in Græcia.)* Zenonis Cæſ. imperio, itemque de *Sueuis* verſus *Iſtriam*, eorumque vrbe *Burna*, Juſtino Cæſare Procopius, tradidere. Erant autem nobiliores apud Sueuos populi, *(Populi Sueuiæ Sennones Longobardi.)* à quibus agri adhuc paſſim nomina retinent, *Sennones*, qui in Italiæ confinia conceſſere, nominis memoria *Sundgouia* relicta; *Longobardi*, qui deſerto *Rheno*, vbi eſt Marchionatus *Badenſis*, & locus, qui Lamparten adhuc dicitur, *Italiam Liguſticam* occupauere, & longe maximum regnum excitauere, quod *(Marcomanni.)* *Longobardicum* appellatur, cuius hodie *Mediolanenſis* Ducatus tantum pars eſt; *Marcomanni* à *limite Orientali* ſic dicti, ab *Albi* vſque ad Iſtrum tenuere, Regibus clari (quos Strabo & Tacitus commemorant) *Cretoſcyro*, *Maraboduo*, *Vannio*, *Sidone*, *Italo*, *Inbilio*, *Gabino*, *Salouno*, cuius filiam *Galienum* Cæſ. duxiſſe, ſocero *Pannonia* ſuperiori tradita, S. Aurelius author eſt; nomina Teutonica ſunt corrupta à Romanis, der Steyrer / der Mayrbott / der Wann / der Seytz, der Eytel, der Goppel / der Ebner / der Salzman. Ab hac pene confecta, cum à *Gothis* tum à *Sclaunis* natione, *Marcha* die Mercker in ditione *Brandeburgenſi*, & Marckfeldt / & *Marcha* fluuius in Auſtria vlteriori, nomina ſaltem ad poſteritatem peruenere. Erant & *Alemanni* tribus *Sueuorum*, quibus ad *Tolbiacum* *(Alemanni tribus Sueuorum Algouienſium & Tyrolenſium exordia.)* in *Vbiis* à Clodouæo Magno, Francorum Rege, victis, quod ſupererat cladi, cum *Boiariis* & *Theodone* ipſorum Rege in *Rhætiam* primam ac Alpes commigrauit, & *Algouienſes* ac *Tyrolenſes* in orbem induxit. Reliqui miores erant, Geographis magis quam Chronographis celebrata ad Rhænum ſoboles Sueuorum, eorum quidem, qui ſub Iulio Cæſ. tranſierant, *Eburones*, vnde Eberſwaldt; & *Ribuarii*, de quibus in Legibus Salicis multa; *Sebuſii*, vnde *Weiſſenburgum*; *Cheruſci*, à quibus *Chreuchouia*; *Carithni*, vnde *Zaringia* Ducatus, & quibus præerant Reges denique, quos Marcellinus iſthic debellatos à Iuliano Cæſare refert, *Badamarius*, *(Antiqua nomina Regum Sueuorum.)* *Suomarius*, *Chondomarius*, *Hortarius*, *Vſtripelles*, Teutonicæ voces ſunt deprauatæ, der Badmayr, id eſt thermarum dominus, der Schwitzermayr, id eſt Heluetiorum dominus, der Hundſmayr / id eſt qui Hundsruck poſſederat, der Hurtzer, id eſt ſylueſtris, & Weſtphaler, à quibus ad interiora Germaniæ paſſim agros ſortiebantur; *Tubantes*, à quibus Tuberfeldt; *Burii*, à quibus Bernhaymer Waldt, Burberg; *Varigui*, à quibus Vahingen; *Virthungi*, vnde *Wirtenbergia* Ducatus; poſterioribus ſæculis *Taurifci*, à quibus *Turgouia*; *Tullingi*, vnde Stillingen; *Latobrici*, à quibus *Kletgouia*; *Lencienſis*, vnde *Lintzgouia*, *Brixentes*, à quibus *Bregantia* Comitatus; *Veneti*, vnde Comitatus peruetuſtus ad lacum Venetum, *Oningen*; *Veringi*, à quibus Veringen / antiquiſſimus, inter Neccarum & Danubium fluuios, Comitatus; *Rhætarii*, vnde *Riſa* Sueuiæ; *Hertreanes*, à quibus Hertfeld, eorundem finium; *Lycates*, vnde Lechrayner, & Comitatus Lechſgmünd prope *Werdam* Sueuiæ; & *Suanetes*, à quibus Schwangaw & Schwanfeldt, nomina ſaltem ad poſteros manſerunt, permiſtis ſenſim veteribus incolis, qui à *Sueuis* antiquis emerſerant, *Francis* atque *Saxonibus*, cum Carolus Magnus primo, ſiue ante eum auus Carolus Martellus, & poſt eum Ottones Saxones, rerum ad *(Longobardi Sueui.)* Rhænum & Danubium potiri cœpiſſent. Extitiſſe vero & *Longobardos*, & *Sennones*, *Marcomannosque*, *Sueuica* originis, Cornel. Tacitus author eſt lib. 2. hiſt. Auguſt. *Non modo Cheruſci ſociique eorum*, inquit, *vetus Arminii miles, ſumpſere bellum, ſed è regione * Marobodui Sueua gentes, Sennones ac Longobardi, defecere ad eum.* Et rurſus in libello de moribus Germanorum: *Adiicit authoritatem fortuna Sennonum, centum pagis habitantur; magnoque corpore efficitur, vt ſe Sueuorum caput credant. Contra Longobardos paucitas nobilitat, quod plurimis † nationibus, cunctaque non per obſequium, ſed præliis & periclitando tuti ſunt.* Et in vita agricolæ: *Atque ita circumvecti Britanniam, amiſſis per inſcitiam regendi nauibus, pro prædonibus habiti, primum à Sueuis, mox à Friſiis intercepti ſunt.* Quæ omnia declarant, *Sueuos* non ſolum vſque ad Rhænum tenuiſſe, id quod vel ciuitas Brüeſſl in Schwaben, in itinere *Spyram* verſus coarguit, verum hinc quidem vſque ad *mare Germanicum*, illinc vero ſecus *Herciniæ* ſaltus & *Danubii* ripam in *Pannones* & *Dacos* late diſperſos fuiſſe: Scribit namque

* *Legitur alias:* e ferro etiam.

† *Ex edit. Lipſii additur:* Ac valentiſſimis nationibus cincti non per obſequium &c.

namque Diaconus lib. 1. Longobard. hiſt. cap. 6. Sueuos Longobardis, vtpote gentilibus, in Italiam mouentibus auxilium tuliſſe, & cum reuerterentur, agros à Saxonibus occupatos inueniſſe, victosque acie, cum conditiones honeſtas reiicerent, alio abiuiſſe. Sic Corn. Tacitus lib. 12. hiſt. Auguſt. *Per idem tempus* (inquit) *Vannius, Sueuis à Druſo Cæſare impoſitus, pellitur * prima regni ætate, clarus acceptusque popularibus, mox diuturnitatem in ſuperbiam mutans, odio accolarum, ſimul domeſticis diſcordiis circumuentus. Auctores fuere Iubillius Hermundurorum Rex, & Vando, † ac Sydo, ſorore Vannii geniti --- Igitur digreſſus caſtellis Vannius funditur prælio, quamquam rebus aduerſis, laudatus, quod & pugnam manu capeſſiuit, & corpore aduerſo vulnera accepit. Cæterum ad claſſem in Danubio operientem profugit. Secuti mox clientes & accepti agris, in Pannonia locati ſunt.* Hanc *Sueuorum*, cum in *Vbiis*, tum *Pannonia* finibusque proximis, habitationem, & ſequentium ſæculorum autores corroborant. Quippe Agathius *Sueuos*, cum in Galliam contenderent, à Clodouæo Magno Francorum Rege ad *Tolbiacum* in *Vbiis* victos fuiſſe ſcribit, Letumque victorem perſuaſum à Gothehilde vxore Burgundia, cum tota gente ſacris vndis luſtratum fuiſſe. Aurelius ſextus in Epitome Cæſ. in vita Gallieni, *Salouinum* (ait) *alterum filium ſubrogauit amori diverſo pellicum dedicus, Salonina coniugis & concubina, quam per pactionem conceſſa parte ſuperioris Pannonia à patre Marcomannorum Rege, matrimonii ſpecie ſuſceperat, nomine Pipam.* Ex huius forte poſteritate Sueui illi fuere, de quorum regno, Zenone & Anaſtaſio imperantibus, Iordnandes in Gothica hiſt. ſcriptum reliquit: *Quieſcente tandem Hunnorum gente à Gothis, Chunimundus Sueuorum Dux, dum ad prædandas Dalmatias tranſit, armenta Gothorum in campis errantia deprædauit, quia Dalmatiis Sueuia vicina erat, nec à Pannoniis multum diſtabat.* Et iterum in libello de ſucceſſionibus temporum: *Illyria autem cuncta per membra & partes deuicta, ad vnum tandem corpus adaptata eſt. Quæ habet in ſe Prouincias* 18. *Hæ ſunt: Nerici duæ, Pannoniæ duæ, Valeria, Sueuia, Dalmatia, Sueuia ſuperior, Dardania, Dacia duæ & Macedonia.* Ad has *Sueuorum* ſedes inter Drauum nimirum & *Sauum*, ubi eſt hodie *Cilienſis* Comitatus & pars *Carinthiæ*, alludens Procopius: *Id accedebat* (inquit) *quod Aſſinarium Vligislaumque Præfectos, cum maximis copiis in Dalmatiam miſerat, vt in Gothorum hanc poteſtatem redigeret, & his imperaret, vt ex locis Sueuiæ Prouinciæ circumiectis, barbarorum in ſocietatem adſcito exercitu, recta ſe in Dalmatiam & Salonas conferrent.* Et rurſus de Burno *Sueuorum* vrbe eisdem finibus plura. Hactenus de *Sueuis* in finibus *Pannoniarum*. At antiquiores eius gentis erant ſedes ad *Albim* & *Sueuum* fluuium, qui hodie *Sileſiam* tranſiens Spree nominatur. Quo loco non Ptolomæus ſolum, verum omnes cum Hiſtorici tum Geographi *Sueuorum* meminere, vt conſtet, in *Bohemia* hanc primitus nationem coiuiſſe, vt Strabo etiam in ſeptimo innuere videtur, cum ſcribit: *In hoc tractu ſita eſt Hercinia ſylua & Sueuorum natio, ex quibus nonnulli intra, aliqui extra ſyluam habitant: Sunt & Coldulorum plerique, in quibus & Boiohemum, Marobodui regia.* Meminere eius habitationis *Sueuorum*, nominisque Boiohemi, & Cornel. Tacitus in libello de moribus Germanorum, & Velleius Paterc. cum Tiberii Cæſaris à *Carnunto* Pannoniæ procinctum aduerſus Maroboduum deſcribit. Ab his finibus iam inde ab initio pedem ferre, eam, quam *Riſam* vocant, Prouinciam occupare, atque inde in *Rhætiam* primam eruptiones facere, quam hodie ſolam *Sueuiam* vocamus, ante patrum memoriam Ducatum, nunc vero Landtuogtiam ditioni *Auſtriacæ* ſubiectam, celebrem Prouinciam, cœperunt. Id quod contigiſſe Auguſti Cæſ. imperio, fragmentum Commentariorum illius, quod ipſi è vetuſtate eruimus, coarguit, cuius initium eſt: *Dum hæc circa Rhenum geruntur, in Noricorum finibus, graue vulnus Rom. populus accepit. Quippe Germanæ gentes, quæ Rhætias occupauerant, non longe ab alpibus, tractu patentibus campis, vbi duo rapidiſſimi amnes inter ſe confluunt, in ipſis Norici finibus, ciuitatem non quidem muro, ſed vallo foſſaque cinxerunt,* & quæ ſequuntur. Vbi præterea traditur: T. Annium Prætorem, cum vero Legato, & Bogude Mauritaniæ Rege, qui equitatum auxiliarem ducebat, cumque diuina Legione Martia, ad proximos lacus, qui hodie adhuc ſuperſunt, & cum à Verre Legato, qui inibi ſe occuluerat, tum ab Italis vero Wyrmſee, Walthenſee, Rochelſee dicuntur, ad internecionem oppreſſos fuiſſe, vbi etiamnum ad confluentes *Iſara* & *Loyſa*, quos rapidiſſimos fluuios vocat, ciuitatis illius barbaricæ ab Auguſto Coloniæ deductæ, vt habet fragmentum, veſtigia viluntur in Wending pago, nomine ab *Auguſta Vindelicûm* à Bois poſtea corrupto. Meminit huiusmodi incurſionis

Sueui Dalmatis vicini.

Sueui ad Albim.

Boiohemum Sueuorum.

Sueui in Riſam.

Sueuorum in Rhætiam eruptio.

Auguſta Vindelicûm.

* *In alia editione:* pellitur regno: prima &c.

† *Legitur alias:* Vangio.

nis *Sueuorum* in *Rhætias* etiam Cornelius Tacitus lib 1. hiſtoriæ Auguſt. cum Cæſaris Auguſti obitum commemorat: *Secuti exemplum veterani poſt in Rhætiam mittuntur ſpecie defendendæ Prouinciæ ob imminentes Sueuos.* Et iterum lib. 19. cum Vitellii & Veſpaſiani imperia delineat: *Infeſta Rhætia, cui Portius Septimus procurator erat incorrupta erga Vitellium fidei.* (& rurſus:) *Et fidus Vitellio Fabius, nec militia ignarus, ſimul ingens Germanorum vis per Rhætiam timebatur.* Ad huiusmodi *Sueuorum* in Rhætias incurſationes primis imperii temporibus Lucanus quoque Pharſ. alludit lib. 7.

Quod fugiens ciuile nefas redituraque nunquam
Libertas, vltra Tigrim, Rhænumque receſſit,
Ac toties nobis iugulo quæſita negatur,
Germanum, Scythicumque bonum, nec reſpicit vltra
Auſoniam.

Huc nimirum pertinent, quæ de Aureliano Cæſ. ſcribit Vopiſcus: *Contra Sueuos & Sarmatas iisdem temporibus vehementiſſime dimicauit, ac florentiſſimam victoriam retulit.* Nolo hic Imperatorum hiſtorias retexere: Satis erit, Probi, Conſtantini ac Gratiani Imperatorum res geſtas in *Rhætiis* contra *Sueuos* commemorare, vt appareat, quamobrem in hoc, quem tibi lector damus, præcipue vero *Rhætia* prima, ſedes porro fixas *Sueui* tenuerint. Ac de Probo quidem Vopiſcus ſic memoriæ reliquit: *Et cum in noſtra ripa, imo per omnes Gallias ſecuri vagarentur, caſis prope quadringentis millibus qui Romanum occupauerunt ſolum, reliquos vltra Nicrum fluuium & Albim remouit.* Similiter de Conſtantino Marcellinus ſcribit: *Cupiens auguſtiſſima omnium ſede morari diutius Imperator, vt otio puriore frueretur & voluptate, aſſiduis nunciis terrebatur & incertis, indicantibus, Sueuos Rhætias incurſare.* Hæc ille. Vt tranſeamus illa, quæ de Iouino & Neuita magiſtris equitum contra *Sueuos* geſtis, idem auctor prolixe lib. 21. enarrat. Eſt vero veriſimile, ſub Gratiano fixum in Rhætia prima *Sueuos* pedem fixiſſe, imperio tum aduerſus *Gothos, Alanos, Vandalos* ac *Sarmatas* occupato. Hinc Auſonius canit de Gratiano:

Hoſtibus exactis Nicrum ſuper & Lupondum

Et iterum:

Et fontem Latiis ignotum annalibus Hiſtri.
Cæde, fuga, flammis ſtratos periiſſe Sueuos,
Nec Rhænum Gallis limitis eſſe loco.

Qui rurſus de Danubio ſcribens, ſic nominatim canit:

Quo gelidum fontem mediis effundo Sueuis.

Similiter Claudianus de Honorii imperio tractans:

Ante pedes humili Franco triſtique Sueuo.

Et rurſus de triumpho Stiliconis:

Non niſi perfidia nacti penetrabile tempus,
Irrupêre Getæ, noſtras tum Rhætia vires
Occupat, atque alio deſudant Marte cohortes.

Et in Eutropium:

Rhætorumque iuga per longa ſilentia ductus,
Romano exierat populato Dux Alemannus
Perque caui dictos quondam de nomine campos.

Et iterum:

Cornibus infractis, adeo miteſcere cogis,
Vt Sueuus iam rura colat, geminasque viator
Cum videat ripas, quæ ſit Romana requirat.

Extant equidem & hodie haud procul *Schafhuſio* veſtigia vtriusque populi caſtrorum, vbi de ſumma rerum Romani cum *Sueuis Alemannisque* decertârunt. Hæc omnia eiusmodi ſunt, quæ in *Rhætia* prima *Sueuorum* ditionem confirment, quem *Sueuia* Ducatum maiores noſtri vocare ſolebant, in quo labentibus ſæculis minores ab Imp. German. diſtincti Principatus fuere, ad Arctum ſcilicet & in Eremo Heluetiorum, Ducatus *Decenſis*, Ducatus *Schiltacenſis*, Marchionatus *Hochbergenſis*, & Landtgrauiatus *Nellenburgenſis*, ad Meridiem vero & Orientem Marchionatus *Ranſperg* & *Burgouia*. Et quoniam, antequam in *Rhætiam* hanc, de qua loquimur, immigrârunt, manum non contemnendam in prioribus ſedibus

Minores Sueuorum Principatus.

ſecus

ſecus *Hercinia* ſyluæ propagines manſiſſe veriſimile eſt; *Sueuorum* poſteritatem ſimiliter, qui in *Riſa* verſus *Boiohemum* vetuſtiſſimas omnium eius nationis ſedes cernuntur, & lingua & veſtitu, moribusque cæteris quam ſimillimi, credendom eſt, vbi ſcilicet *Hallam* diximus *Sueuorum*, & *Gmyndam Sueuorum* appellari. Wirtenbergeoſes præterea haud degeneres, etſi *Sueuos* ſe eſſe negent, ſooo tamen & moribus eſſe conuincuntur, de quibus nominatim Auſonius canit:

Riſa Sueuorum.

Wirtenbergenſes.

Iam poſt Virthungos & Norlea bella ſubacto
Victor Vindelico - - -

Cuius nominis in Capitolino qunquementio extat, cum aduerſus M. Aurelium Cæſarem vna cum *Marcomanus, Sueuis* videlicet in Boiohemo colentibus, eiusdem gentis populos conſpiràſſe tradit, & *Virthungos* & *Alemannos*. Et de eisdem nominatim ſcribens Beatus Rhænanus: *Nam Virthungi Alemannorum pars, quos poſſibile eſt Wirtenbergenſi ditioni dediſſe nomen, ab illis, qui Trebellio Pollioni Virthungi dicuntur; Italia minantes, Rhatias miſere deuaſtabant, ita vt etiam oppida obſiderent, &c.* Eſt autem vero conſentaneum, hanc Virthungorum tribum ſiue Romanorum ſiue aliorum armis ad tantam egeſtatem redactam, vt pene interciderit, ac agello euidam tantum nominls vmbram reliquerit, lo quo Comes quidam à Rom. Imp. inauguratus, ſuperloribus ſæculis intercidentibus proximis Comitatibus *Tubingenſi, Auracenſi, Bayblingenſi, Grouingenſi, Vaihingenſi, Vrſplingenſi*, aliisque, caput erigere cœpit, ita vt temporis proceſſu, partim armis, partim Imper. beneficio, iuſti tandem Ducatus Prouinciam conſtituerit. Porro magnam *Heluetia* partem vltra lacum *Brigantinum*, quem à colore *Venetum* Ptolomæus, & à cornu *Acronium* Strabo, & *Murgantium* Marcellinus appellant, *Sueuia* attinuiſſe, eorumque agrorum incolas à *Sueuis* pleroſque defluxiſſe, ex his Ottonis Friſiogenſis verbis, lib. 1. de geſtis Friderici I. cap. 8. colligitur: *Conditio autem pacis talis fuit, vt Berchtoldus Ducatum exducaret, ſic tamen, quod Turegum nobiliſſimum Sueuia oppidum à manu Imp. ei tenendum remaueret.* Hæc omnia comprobant, præter iam enumeratos *Sueuorum* in finibus *Rhatia* Principatus, *Zaringenſem* quoque Ducatum, *Turgouiam, Ergouiam, Argouiam*, ac *Briſgouiam, Sundgouiamque* à *Sueuorum* poſteritate cultas Prouincias extitiſſe, atque maxime quidem illam, quam ſuis Romanl victorlis aliqoando è *Rhatiis* pepulerant manum, aut quæ nunquam *Rhatias* ingreſſa fuerat, natalique Germaniæ veteris agro contenta, vtique in *Hercinio* nemore natiuo robore ſatis ab hoſtibus muoiretur. Hinc eſt, quod Claudianus canit in Panegyrico Stiliconis:

Comes Wirtenbergenſis.

Sueui in Heluetia.

Miramur rapidis hoſtem ſuccumbere bellis,
Quum ſolo terrore ruant, none claſſica Francis
Inrulimus, iacuere tameo, nos Marte Sueuos
Contudimus

Et iterum:

Cum Srilicone gener pacem implorantibus vltro
Germanis reſponſa dabat, legesque Caycis,
Arduus, & Flauis ſignabat rura Sueuis.

Et rurſus, vt cooſtet *Sueuorum* non paucos Romanis paruiſſe

Regia Romanls disquirlt crimina carcer
Marcomanus Sueuusque docent, quorum alter Hetruſcum
Pertulit exilium.

Cæterum vt ad *Rhatiam* primam redeamus, de qua ex profeſſo hoc libro diſſerimus, & quam à Romanis *Sueuos* vindicaſſe docuimus, exorſique ab *Auguſta Druſi*, ſiue *Druſomago*, quæ hodie etiamnum *Auguſta* nomine ſupereſt, & veteri nitori plus etiam incrementi adiecit (vt quæ olim colonia Auguſto Cæſari à priuigno conſecrata fuerat, nunc adeo totius Germaniæ Imp. metropolis ac primaria habetur) ruinas nominaque veterum locorum perueſtigabimus, vt Romanæ adminiſtrationl *Rhatia* haoc portionem ſubditam fuiſſe conſtet, & (vt ln Rom. Republ. docuimus, cum ex lib. Præfecturarum tum inſcriptionibus ſaxorum,) à Prætore peculiari gubernata ſub Italiæ Prætorio, cum Aphrica extiterit. Quemadmodum apud *Celeiam Styria* inſcriptio extat poſita *T. Vario Clementi Pratori Prouincia Belgica, Germania ſuperioris & inferioris, Rhatiaque & Mauritania Ceſarienſis*, cuius

Rom. [?] & Colo[?] in Sueuia.

R 2 quidem

quidem Præſidis *Rhætiarum* mentio etiam fit apud Juris-Conſult. in Lege Riuall. libro ſecundo hiſtoriæ iuris ciuilis. Sunt autem ruinæ illæ ciuitatum, quas ex *Ruinæ Rom. in Sueuia.* ſupputatione itineris quod Antoninus ex *Auguſta* ad *Rhenum* deſcribit, *Guntia*, *Cælius mons Taxgetium*, *Campodunum*, *Vicus*, *Brigantia*, *Arbor fælix*, & *ad fines*, quorum rudera quædam renouata coli iterum cœperunt, & vetuſtate Rom. corrupta nominantur, Gunßburg/ Cell an der Iler/ Dieſſen / Kempten, Ryne, Bregentz, Arbon / Pfyn. Similiter ab *Athesi* ad *Rhenum* progrediendo, recenſet intermedia loca, in quæ viator diuerterat, *Roſtronemanicen*, *Veldidenam* & *Pontes Teſſbonios*, hodie antiquorum nominum veſtigia vocantur, Roßhopten prope Schonga, Vilß & Füeſſen. Ptolomæus in Rhætia prima deſcribit *Vianam*, *Aras Flauias* & *Echtodurn*, quas *Sueui* poſtea, qui Romanos inde pepulerunt, ſuo idiomate, corrupto Latino, appellârunt, Weyſſenhorn, Blawbeyrn / Rockenburg ſiue Achaym/ vtrumque peruetuſtis Comitatibus locum inſignitum. Hic mendam cum in Ptolomæo, tum librum Præſecturarum indicare cogor, vt in quibus, tribus di- *Menda Ptolemæi.* ctionibus non integris coniunctis à librariis imperitis VENAXOMODORVM falſo legatur coniunctim, cum in peruetuſtis Rom. exemplaribus ita ſcriptum fuerit, VENA. X. AGRORVM, id eſt, *Venatio Decumana agrorum*. Equidem & hodie verſus *Rockenburgam* denſiſſimum ad longiſſimum nemus patet, omnis generis feris refertiſſimum. His adde ex libro Præſecturarum Rom. quæ ille ad ripas Danubii recenſet: Stationem equitum *Brentianam*, ſtationem *Altam nauium*, *cohortem Vrſariorum*, *auxilia gentilium*, *legionem* tertiam *Italicam*, *Faenenſes*, quo- *Rom. loca ex Marcellino.* rum ruinæ aliquam ex vetuſtate vel nominis vmbram retinent, Brentztall / Höchſtet / Vrſperg / Dillingen / Lauingen / Liezen / Pfavningen ꝛc. Huc pertinent loca, quorum Marcellinus ac Auſonius, inclinante iam Imperio, cum *Sueui* hanc iam occupâſſent Prouinciam, mentionem facit, *Lupondum*, *Conſtantia*, *eremus Heluetiorum*, *Capellatium*, *Solicomium*, *Neptunia* & *Mons Piri*, quorum veſtigia in finibus *Sueuia* nominant Lupfen / Coſtnitz, auf der Barr, Kappel / Wiſeloch, Neptingen / Knitlingerſtäg / vt de *Turego*, *Vocetio* monte, aquis ſalubribus, quorum Cæſar ac Tacitus meminere, nihil dicamus, vbi hodie viſuntur, Zürich / Dötzperg / Baden in Schweitz. Eſt denique veriſimile, & *Schafhuſium* à nauium armamentario, cuius iſthic ad Rhænum, vbi ſunt Cataractæ, Marcellinus etiam mentionem facit, & à L. Portio Septimo Rhætiæ Prætore, cuius Tacitus lib. 19. nomen citat, Pfortzhaym, & à Conſtantino ac Iuſto quodam Canſtadt & Juſtingen, denominationes ſeruâſſe, & de Rom. monumentis hactenus. Sequitur, vt eius populi quoque Principes enumerem, qui Rhætiam hanc (præſertim profligatis Romanis) occupauit, vt ſurda interim aure tranſeam eas ſoboles, quæ ex hac gente ad *Drauum* inque *Hiſpaniam*, ſiue *Erimerico* ſiue *Recillia* Duce abie- *Catalogus Regum Sueuiæ.* rant. Quorum quidem ordine poſt hominum memoriam Annalibus celebrantur, & *Iberlinga* regiam tenuiſſe dicuntur, *Simanus*, *Bodoncarius*, *Fribadus*, Caſſiodoro etiam in variis cognitionibus commemoratus, *Eſnerus*, qui *Campidonum* ſedes mutauit, *Hobingus*, *Nebus*, *Ermericus*, quo duce ad *Tolbiacum Suevi* à *Francis* victi fuere, *Nebinus*, *Imanus*, *Almus*, à quo Almanßhouen & Almanßdorff, *Buzelinus*, *Lutherius*, Agathio & Paulo Diacono vitio vernaculæ linguæ *Bultinus* & *Leuthari* dicti, *Amyngus*, qui *Witigi* Gothorum in *Italia* Regi auxilium tulit, *Hechingus*, *Landofridus* ab *Hilteberto* Francorum Rege pulſus anno 588., *Landobertus*, ſub quo Beatus *Fridolinus* à S. *Hilario* in *Sequanos* miſſus, Euangelium etiam Rhætis ac Sueuis annunciauit, & Inſulam in Rhæno locum habitationis elegit, vbi hodie eſt *Seckingen dicto Auſtria.* Seckingen / Cœnobium à *Sequanis* nomen ſortitum. *Vncelinus*, forte *Gantzelinus*, diminutiua ratione à *Chunrado* à *Brunehilde* Regina Francorum multarum tragoediarum inuentrice, amputato altero pede pulſus, poſtquam *Prothadium* Maiorem domus Theoderici Regis occidiſſet, *Gambalinus* & *Hupinus*, ad quos S. Columbinus Scotus, cum ſociis Gallo, Romarico & Leodegario, tyrannidem *Theoderici* Francorum Regis fugientes, venerunt, & cellam ad lacum Bregantinum conſtruxerunt, vbi hodie S. *Galli* eſt Cœnobium, *Guntzo*, hoc eſt *Chunradus* more Teutonicæ pronunciationis, cuius filiam *Fridbergam* ex Sigeberti Regis Auſtraſiæ filia Beatus *Gallus* à dæmonio liberauerat anno 630. Huius diſcipulus *Ioannes* in præſentia *Theoderici* Lugdunenſis, *Athanaſii* Nemetum, & *Alberini* Lugdunenſis, *Conſtantienſis* conſecratus eſt Epiſcopus, *Otterinus*, ſub quo S. Galli diſcipuli, Magnus & Othmarus, in fide Chriſti Sueuos docuere, quorum alter templum *Faeſſenſe* poſuerat, quo tempore *Paſchalis* quidam apud Curiam Rhætiæ Epiſcopus Victoris cuiusdam eorum finium Ducis filius, circa annum fere 700. &c. *Holandrinus*, *Rumelius*, *Gotofridus* ab *Pipino* Caroli Martelli parte conſtitutus, ab *Hilderico*

ſeniore pulſus, quod Theodericum Regem & Eberwinum Maiorem domus iuuiſſet, *Theobaldus*, ſub quo S. *Pirminius* Euangelium Sueuos docebat, pulſus inde ad Boiarios, vbi *Altachium* auſpicatus eſt, pellitur à *Carolo* Martello Maiore domus, quod *Hilpericum* Regem iuuiſſet, *Leudofridus Theobaldo* à *Carolo* Martello fratri ſuffectus, qui *Griphonem* fratrem Pipini iuuit in pellendo *Vtilone* Boiariæ Duce, idcirco comprehenſus à Boiario ad Pipinum Griphonis fratrem & hoſtem transmittitur, *Gotofridus*, *Marſilius*, qui *Pipino* Francorum Regi in *Italiam* aduerſus *Aiſtulphum* eunti auxilio fuit, *Hiltebrandus* Marſilii filius, regia conſtitota in *Hellemonte* ſuper *Campodunum*, ex Andecenſe Comitiſſa Boiariæ procreauit *Hilderichum* Ducem Sueuiæ, *Gerholdum* Marchionem Orientalem, qui contra Hunnos in acie occubuir, *Hildegardem* Caroli Magni vxorem, fundatricem *Campidonenſem*, & *Adelindam* Ottoni Comiti à Keſſelberg locatam, authricem cœnobii *Buchouienſis*. Hunc in Ducatu *Sueuiæ Hilderichus* conſecutus eſt, quo extincto *Iſenbardus*, Varini cuiusdam filius, ſufficitur, & illi *Nothardus*, qui Caroli Magni neptem *Rorinam* in coniugio habuerat, vt quæ ex *Symphoriana* ſorore *Caroli* Magni & *Amberto* Lotharingiæ Principe nara fuerat. Quem ſequuntur in Ducatu *Sueuorum Rudelbrechtus* Saxo, *Andezarii* primi Abbatis Campidonenſis & *Wichardi* Lucernenſis frater, à Ludouico primo datus, *Berthmarus* captus à *Szvetibogo* Morauo, cum Regi *Ludouico* ſecundo auxilium tuliſſet, cui *Carolus*, Ludouici eiusdem Boiorum Regis filius, ſubrogatur, quo poſterius ad regnum Italiæ vocato, *Richarius* ſuccedit *Rudolphi Burgundiorum* Ducis germanus, & illi *Burcardus* filius ab *Arnolpho* Cæſare *Sueuis* Dux impoſitus, qui poſtea à ſocero ſuo *Rudolpho* Rege Borgundiorum miſſus Legatus ad Mediolanenſes, à *Landoberto* vrbis Epiſcopo contra Jus Gentium interfectus eſt, cuius mentio extar apud Luitprandum lib. 3. cap. 4. Genuir ex *Berchta* Borgunda *Erchengerum* & *Berchtoldum*, à *Chunrado* primo capite affectos, à quorum alterius filio *Eberhardo* fundatore Apoſtolorum *Schafhuſii* Comites de *Duellio* defluxerunt. Sic igitur de veteri ſtirpe *Hildegardis*, *Erneſtus*, *Sueuorum* Ducatum adeptus, cum ſine prole defeciſſet, Principatum *Luitolpho*, Ottonis primi filio, reliquit. Quo à parente exauctorato, ob adioros *Arnoldi* Boiorum Principis filios, *Burcardus* Comes *Dillingenſis*, ſiue ſecundum alios *Helfenſtainenſis*, ſororius Ottonis primi, ſubrogatur, qui *Rudolphum* Burgundiæ Regem ad Wintetthür caſtris exuit, cui tamen poſtea reconciliatus filiam nuptum dederat, auctor cœnobii *Statnenſis* prope *Duellium*. Cuios filiis, *Vdalrico* & *Dietlando*, ſine virili ſucceſſione extinctis, *Hermannus* Burcardi frater ſubſtituitur, de quo Luitprandus lib. 4. cap. 10. & lib. 5. cap. 1., qui ex *Gerburge* Chunradi ſecundi Burgundiæ Regis filia vnicam filiam tulit, *Luitolpho* quondam Duci *Sueuorum*, Ottonis primi filio, matrimonii iure locatam, cuius ergo *Luitolphus*, recepto Ducatu *Sueuorum*, circa annum 952. *Tiguri* ludos equeſtres celebrauit, relictis duobus filiis, *Ottone* Duce & *Brunone*, qui ex *Werdenſi* Epiſcopo Saxoniæ in ſummum Pontificem electus, Gregorii quinti nomen ſortitur. *Ottonem* conſequitur *Hermannus*, *Chunradi* ſapienris Francorum Ducis filius, qui in pugna aduerſus Hungaros ad *Lycum* occubuir circa annum 994. Is eſt, qui repertum in venatione *Leupoldi* Comiris à Baÿblingen & Kalb filium *Henricum* expoſitum, pro ſuo educauit, qui poſtea *Henrico* claudo in Imperio ſucceſſit. *Hermanno* gener ſubrogatur *Erneſtus*, filius *Leopoldi* primi *Marchionis Auſtriæ* & frater *Adalberti ſecundi Marchionis*, de quo Otto Friſingenſis lib. 6. Chron. cap. 28. quem ob *Wetzilonem* militem quendam, & bellum, quod *Welphoni* Comiti ab Altorff fecerat, *Cunradus* exauctorauit, occiſus poſteà à *Menegoldo* Comire, coius filios exules, *Erneſtum* & *Hermannum*, ex *Giſela* quadam ſtirpis Caroli Magni, Duces *Zaringenſes* conſtituiſſe, Auentinus tradit. Vrſpergenſis *Hermannum* filium Ducatum *Sueuorum* conſecurum à *Cunrado* Saliquo tradir circa annum 1030. , illomque *Ottoni* filio transmiſiſſe anno 1046, quo nimirum extincto ſine prole, *Berchtoldus* ex fratre nepos, Comes *Zaringenſis*, ab Henrico tertio cum animam agerer, promiſſa etiam filia vnica, & annuio ſignatorio in memoriam ac fidem rei tradito, in Ducem *Sueuiæ* deſignatur: Sed paulopoſt tam matrimonio quam Ducatu cecidit. Quorum vtrumque ab *Henrico* quarto Cæſare *Rudolphus Reinfeldenſis* Comes *Agnetis* matris conſiliis obtinuit, facta *Berchtoldo* de *Carnorum* Ducatu promiſſione, quem cum conſequi, præoccupatum à *Marquardo* Comite à Muergtall non poſſet, in uicem Landtuogtiam *Tigurinenſem* cum *Vchlandia* accepit, vbi poſteri *Friburgum* ac *Bernam* condidere. Lege Ottonem Friſingenſem lib. 1. de vita Friderici primi cap. 8. & Abbarem Vrſpergenſem in hiſt. Henrici quarti. Atque ab hoc Duce *Zaringenſes* ac *Decenſes* Principes defluxere, quorum alii initia ab *Habſpurgenſibus* repetunt,

Altachium à nobilium Boiariorum ...

Duces Sueuorum poſt Carolum Magnum.

Gregorius V. Papa.

Duces Sueuorum ex Auſtriacis.

Zaringenſium origo ſecundum Auentinum.

S

repetunt. Sic igitur rerum in *Sueuia Rudolphus* Comes à Rheinfelden potitus, ob mattimonium Hentici quarti ſororis, à Saxonibus & quibusdam Electoribus

Duces Sueuiæ ex Stauffenſ. Comitibus.

Principibus, iubente Gregotio ſeptimo Rom. Pontifice, *Pfortzhaymii* in Regem Rom. ſublimatur aduerſus ſororium, qui poſtea prælio adortus ab *Henrico* quarto in acie cecidit, Ducatu *Sueuiæ* relicto *Friderico* Comiti ab Hochenſtauffen/ cuius familiæ conditiora in Lorch, cœnobio vallis Remſtall/ cernuntur, cuique Cæſar videlicet victor filiam *Agnetem* collocauerat, ex qua duos genuit filios, *Fridericum* in Ducatu *Sueuiæ* ſucceſſorem, *Friderici* Barbaroſſæ Imp. patrem, & *Cunradum Franconiæ* Ducem, qui poſt *Lotharium* electus in Cæſarem quarti nomen ad-

Vxor S. Leopoldi Austr.

ſciuit. Cuius mater ſecundis nuptiis *Leopoldo Auſtriæ* Marchioni nupſit, qui in catalogum Sanctorum eſt relatus, ex eâque ſuſcepit decem liberos pari vtriusque ſexus numero, dc quibus ſupra in *Auſtria* diſſeruimus. Porro ex *Friderico* ſecundo hoc nomine *Sueuiæ* Duce & *Welphonis* Comitis *Altorfenſis* filia proceſſit, *Fridericus* hoc nomine primus Imperator, cognomento *Barbaroſſa* ab Italis, ob rubram quam gerebat batbam, nuncupatus, qui multa aduerſus *Mediolanenſes* & Rom. Pontifices bella geſſit, & factionem in *Italia Welphonum* & *Gibellinorum* incepit, cuius pater *Chunradus Sueuiæ* Ducem egit; filii vero, *Fridericus* Chriſtiani exercitus in Aſia, patre ſubmerſo, Præfectum, *Chunradus* à Friderico poſterius hoc nomine ſecundo Imperatote, patruele videlicet, in Regem *Hieroſolymitanum* deſignatur, acceptâ in vxorem *Eliſabethâ* Boiariâ. *Henricus* ad Imperii faſtigium aſcendit, qui ſextus hoc nomine vocatus eſt, ductâque *Conſtantiâ*, regnorum *Apuliæ* & *Siciliæ* hærede; *Fridericum* ſecundum Imperatorem & *Sueuiæ* Ducem reliquit. *Philippus* fratre *Henrico* defuncto in Regem eligitur, & ab Ottone à Witleſpach/ Palatino Boiorum, mox inter initia Principatus, *Babenbergæ* per inſidias occiditur. Sic itaque primi *Friderici* filiis cæteris ſine prole maſcula extinctis, ſolius Henrici ſexti Cæſ. nati *Fridericus* in *Apuliæ* tegnum, & mox Romani Imperii faſces, *Henricus* vero in *Sueuiæ* auito Ducatu, ſucedunt. Quorum reliquere *Fridericus* Cæſ. Chunradum Sueuiæ Principem, fratre *Henrico* exauctorato inueſtitum, & *Manfredum* ſpurium, multarum poſtea tragoediatum authorem. *Henricus* vero *Chunradinum* poſtremum *Sueuiæ* Ducem procreauit, qui dum pro *Apulia* & *Sicilia* cum *Caroloto* Galliæ Regis filio bello decertat, acie vincitur & capitur,

Vltimus Sueuiæ Dux.

cum *Friderico* poſtea vltimo veteris ſtirpis *Auſtriæ* Archiduce ad *Neapolim* indigniſſime capite plexus, ſui nobiliſſimi generis poſtremus. Poſt quæ tempora, *Sueuiæ* Principatu in partes diſſecto, non totam *Sueuiam Habſpurgenſes*, qui tum forte *Rudolphi* Cæſaris auſpicio terum potiri in *Germania* cœperant, in poſſeſſionem acce-

Sueuiæ Duces ex Habſpurgenſibus.

petunt, ac titulo magis tenus Duces ſe *Sueuiæ* nominabant, *Rudolphus* videlicet, ſecundo natus *Rudolphi* Cæſaris & *Alberti Auſtriaci* germanus, *Hermannus* prioris frater, ſubmerſus in Rhæno haud procul Schafhuſio, *Ioannes Rudolphi* ſuperioris ex *Agnete* Bohema filius, qui auum interfecit, vbi hodie eſt Künigſeldt cœnobium prope *Pragas*, *Leopoldus Alberti Auſtriaci* Cæſaris interfecti natus, qui cognatis ſuis, *Eberhardo*, *Hermanno* & *Berchtoldo*, Comitibus à Ryburg, auxilio profectus, aduerſus *Solodurenſes* & *Bernates* bellum geſſit, & ludum equeſtrem *Baſileæ* indixit anno 1375., mortuus ex indignatione *Argentorati*, cum moratus in itinere fratti *Friderico*, aduerſus *Ludouicum* quartum *Boiariæ* Ptincipem pto Imperio contendenti, auxilium ſero tuliſſet, à cuius obitu ad *Albertum* fratrem *Auſtriæ* Archiducem deuolutus *Sueuiæ* Ducatus, (quantum quidem illius fuerat *Habſpurgenſis* iuris, nam Dapiferi à Waldpurg partem quoque poſſederant) accedentibus paulatim cæteris *Sueuorum* Principatibus, Marchionatibus ſcilicet *Hochbergenſi* & *Burgouienſi*, Landtgrauiatuque *Nellenburgenſi*, & Comitatibus *Hochenbergenſi* ad *Neccarum*, *Kirchpergenſi*, *Weiſſenbornenſi* & *Brigantino*, per Præfectum, quem Landtuog-

Landtuogtia Sueuiæ.

tum *Sueui* appellant, & poſteri eius *Sueuiam* adminiſtrârunt, dictis Prætorii *Oeniponti* audientem, qua adhuc hodie feliciter fungitur genere & loco clariſſimus D. D. GEORGIVS YLSINGVS A TROSPERG, Sueuus, à vetuſtiſſimis Comitibus Boiariæ à Möringen & Hochenryeden oriundus, ſingularis patroni noſtri D. GEORGII GIENGERI A ROTENECK, IVRISCONC. EQVITIS AVR. AC IMP. NOSTRI CONSIL. ARCANI ſototius, quotum vterque vnicum noſtro ſæculo Muſarum & exemplar & aſylum eſt. Sed tranſeo ad teliqua minora in *Rhætia* apud *Sueuos* dominia, quorum, vt præfati ſumus, Ducum vſurpabant titu-

Duces à Teck.

lum à Teck, à Schiltach & Vrſplingen, Matchionum vero ab Hochperg/ Burgaw & Randſperg, Palatinorum ab Altorff & Tubingen. In quorum *Decenſibus*, qui in finibus fontium *Necari* & *Danubii* ad *Nabum* & *Nagoltum* rerum potiebantur, ad famam venerunt, *Albertus Berchtoldi* quarti Zaringenſis Ducis à Friderico Cæſ.

ptimo

primo proſcripti filius, frater germanus *Rudolphi Lauſanenſis* Præſulis, cuius filii, *Chunradus* & *Hugo*, in cœnobio Ow ad *Neccarum* paterno opere vna cum ſororibus, *Agnete* Eginonis Comitis Habſpurgenſis vidua, & *Berchta* moniali in Kirchhaym, conditi, cernuntur. Conſecuti ſunt ibidem ſepulti Duces & Comites à Deck, *Albertus* ſecundus cum filio *Alberto* tertio, *Luzelmannus*, qui *Beatricem* Comitiſſam à Grieningen in matrimonio habuerat, & cuius frater *Berchtoldus* Argentoratenſem Antiſtitem egit, *Ludouicus* anno 1207., *Chunradus* electus à quibusdam in Regem Romanum anno 1282. ex *Hochenbergenſi* Comitiſſa tulit *Chunradum* tertium & *Simonem Ehynga* ad Neccarum ſepultum anno 1316., qui ex Landtgrauia *Nellenbergenſi* reliquit *Vlricum* & *Chunradum*. (Atque *Chunradus* tertius, de quo præfati ſumus, cum ex *Hedvvige* Ferrariæ Marchioniſſa *Fridericum* hoc nomine in hac ſtirpe primum genuiſſet, apud Monacum Boiariæ in diuerſorio à *Schvvigbardo* à Gundelfingen per inſidias occiditur anno 1352.) *Ludouicus* ſecundus huius filius naſcitur anno 1334. *Fridericus Conradi* tertii filius, à Carolo quarto Præfectura *Tigurenſi* decoratus, ex Comitiſſa à *Truhendingen Fridericum* ſecundum & *Vdalricum* reliquit. Quorum patruelis *Hermannus* ex *Waldburgi* Palatini à Tubingen nata, *Hermannum* tertium genuit. Et *Vlricus* quidem ex Comitiſſa ab Hochenberg tulit, *Agnetem Eberhardo* Comiti *Werdenbergenſi*, *Mathildem Friderico* Pincernæ de Lymburg, & *Agnetem Wilhelmo* Comiti *Kirchpergenſi* nuptas. Ad hæc *Hermannus* tertius ex duabus coniugibus, *Eliſabetha* Comitiſſa à Vrōburg & *Anna* Comitis à Signaw nata, relicta quondam *Chunradi* Comitis à Freyburg, cum nullam prolem tuliſſet, *Fridericus* cum *Vlrico* fratre in omnia *Deccenſium* prædia ſucceſſit, comparatoque Dominio *Mindelhaimenſi* in *Algouia*, ibique noua *Deccenſi* arce conſtructa, fratri ditionem ad *Neccarum* reliquit, ipſe ex *Anna* Comitiſſa ab Helffenſtayn ſex liberos progenuit, *Ludouicum* Patriarcham Aquilelenſem, *Baſileæ* ad *Carthuſianos* ſepultum (cuius adhuc in Prouinciis *Auſtriacis* numiſma paruum argenteum ſupereſt, quod Soldini nuncupatur) *Georgium* Doctorem & Monachum Auguſtinianum, *Fridericum* ſecundum ſepultum in Stambß monaſterio *Tyrolis*, *Vlricum* & *Chunradum*. Quorum ſorores, *Margaretha Friderico* Comiti ab Ortenburg, *Gueta Ioanni* Comiti à Werthaym, *Agnes Henrico* Comiti *Werdenbergenſi*, *Beatrix Friderico* Baroni ab Haydeck, *Irmelia* Domino à Rechperg *Sueuo*, & *Eliſabetha Vuolfgango* à Preyſſingen Boiario, nupſere. Porro *Vlricus* Dux, cognomento *cetus*, ex duabus vxoribus, *Anna* regina *Poloniæ*, relicta Regis *Hieroſolymitani*, & *Vrſula* Marchioniſſa à Baden, nullam prolem ſuſcepit. *Chunradus* vero ex Marchioniſſa *Aſtenſi Fridericum* vltimum tulit, qui *Friderici* tertii Imp. *Alſatiæ* *Duces ab Vrſplingen. Marchiones à Ranſperg.*
Præfectum egit circa annum 1472. Cæterum in ſtemmate Ducum ab *Vrſplingen* & *Schiltach* reperio *Conradum* ex Duciſſa *Deccenſi* genitum, & *Rheinhardum*, qui Concilio Conſtantienſi interfuit. Ex Marchionibus porro à Ranſperg, quorum opus eſt *Vrſinenſe* cœnobium prope Kauffpeurn, floruere *Rudolphus* & *Adolphus* anno 1130. *Henricus* cum *Henrico* ſexto Imp. in *Apuliam* profectus reperitur anno 1190., autor cœnobii *Vrſinenſis*, cuius filii, *Gotofridus* in *Ottenburgenſi* cœnobio ſepultus cernitur, qui *Vuelphonem* iuniorem iuuit aduerſus *Hugonem* Palatinum *Tubingenſem*, *Vlricus*, *Berchtoldus*, & *Irmengardis Henrico Virtenbergenſi* Comiti nupta. Ad hæc *Marchiones Burgoniæ.*
in Marchionatu *Burgouiæ*, quem *Auſtriaci* hodie Archiduces poſſident, & ex ſex vallibus ampliſſimis inter *Vlmam* & *Auguſtam* conſtat, videlicet Günßtall, Sincotall, Mintelstall, Zuſamtall, Schmutertall, Wertachertall & Reyſchenaw, regione, literis ac Annalibus adnotati inueniuntur: *Henricus*, qui obiit anno 1260. cuius liberi feruntur, *Henricus* ſecundus Marchio *Burgouiæ*, *Conradus* Comes de Schelcklingen, *Adelhaidis Rudolphi* Comitis à Werdenberg, *Agnes Vdalrici* Comitis à Montfort, & *Berchta Bercbtoldi* à Reiffen Comitis à Maurſtetten, vxores) *Henricus* ſecundus, qui ab Ordinibus Imperii arbiter datus erat *Alberto Auſtriaco* & *Adolpho* à Naſſaw, de Imperio contendentibus circa annum 1392.; reliquit *Henricum* tertium, ſepultum in Betahaußen, *Agnetem* Comiti à Grayſpach, & *Berchtam Hiltebrando* Mareſcalco à Pappenhaym nuptas. Poſtremus filias tantum dedit, quæ in *Seſſlingen* monaſterio prope *Vlmam* conditæ cernuntur. Denique in Marchionatu *Hochbergenſi*, qui in *nigra ſylua* valles complectebatur Ryngingertall, *Marchiones Hochbergenſes.*
partem Neckertall vallis, Murgtall, Elzachtall, & duos ampliſſimos Comitatus (verſus quidem *Briſgouiam* Suſemberg, ad *Baſileam* vero Rotelen & Sultzberg, vbi extructo cœnobio conditi cernuntur, affines cum *Habſpurgenſium* tum *Badenſium* Marchionum, qui deſinente quoque ſtemmate hæreditatem adiere, quorum aliqui initia à *Veronenſibus* Marchionibus deriuant) claruerunt inquam *Comites à Suſemberg & Sultzberg.*
Hacho, Caroli Magni miles, primus *Hochbergenſis* arcis auctor, *Erchenbaldus*,

Albero & *Wezilo*, quibus *Fridericus* primus *Berchtoldi* Zaringenſis Ducis proſcripti agros aliquot in *nigra*, quam vocant, *ſylua* conceſſerat circa annum 1140. *Albertus* filius *Wezilonis*, *Fridericum* & *Rudolphum* progenuit, quorum poſtremus literis citatur anno 1179. *Albertus*, *Rudolphus*, *Hermannus*, qui Comitiſſam à Roetl & Suſſemberg in matrimonio habuerat, *Fridericus Rudolpho Habſpurgenſi* imperante, *Rudolphus*, *Otto* filius eius circa annum 1330. ex Marchioniſſa à Wertthaym *Rudolphum* tulit, cuius liberi, *Albertus Conſtantienſem* Præſulem egit, *Rudolphus* Marchionem ab Hochberg/ pater alterius *Rudolphi*, qui equeſtri ludo *Baſilea* reperitur interfuiſſe anno 1386., cuius ſiue filiæ ſive ſorores ex Comitiſſa à *Ratzuns* natæ, *Margaretha* Comiti à Thverſtayn, & altera *ſemper Libero* à Lymburg, ouptæ fuere, *Otto* ſecundus interfectus ab Heluetiis ad Sempach vna cum *Leopoldo Auſtriaco* anno 1386. *Otto* electus in Præſulem Conſtantienſem in Synodo Conſtantienſi, *Wilhelmus* vixit aono 1445. *Rudolphus Caroli* Ducis Burgundiæ Præfectum *Lucelburgenſem* egit, qui Imperii beneficio auitæ ditiooi Badenwiler & Wälliſch Neuburg adiecit. *Philippus* poſtremus ſuæ ſtirpis, vnicam modo filiam reliquir, cuidam Baroni à *Dunes* Burgundo locatam, qui doris loco Comitatus Wälliſch Neuburg & Badenwiler accepit, reliquam vero ditionem in *nigra ſylua* hæredes Archiduces *Auſtria* ac Marchiones *Badenſes* interſe partiti ſunt.

Vetuſtiores Sueuorum Comitatus.

Principibus *Sueuia* adde Comires, quorum innumeri in finibus *Sueuorum* agros poſſidebant. In *Rhatia* quidem, de qua tractamus, à Reſſelberg/ à Rockenburg/ ab Aichaym/ à Brandenburg, à Buchaw, à Veringen/ à Dillingen, à Werb, à Kirchperg/ à Weiſſenhorn/ à Schwabeckh/ à Biberek/ ab Jlergew/ à Druchpurg/ à Suneberg, à Sulgaw/ ab Aicorff/ à Tennenloe, à Maurſteren, ab Aychelberg/ ab Heyligberg/ à Fürſtenberg/ à Lupffen/ à Tengen/ à Twyel ſiue *Duellio*, à Weiſſenburg, à Pfullendorff. à Rhordorff/ à Leyphaym. Ad lacum vero *Bodmanicum* vtrimque peruetuſti Comitatus Annalibus celebrantur, ab Oningen/ à Buchorn & Lünngew/ à *Bregantia* & Veldkirchen, à Dockenburg, à Sargans, à Nidaw/ à Riburg, à Werdenberg, à Kreychingen/ à Rheynfelden, à Rapperſwill, à Ramſwang/ à Spitzenberg/ à Moncburen/ & qui adhuc ſupereſt longe omnium vetuſtiſſimus à Montfort; vltra vero *Danubii* fontes in finibus *Neccari* celebres erant Comitatus apud maiores noſtros, ab Hohenberg & Haygerloch/ à Kalb & Nagolt, ab Aurach/ ab Achalm, Herremberg/ Tubingen, qui Palatinatus prærogatiua inſignitus fuerat, à Grüeningen/ Vahingen, ab Albeck/ & qui ſuperſunt, à Cymbern/ à Zolern, ab Helffenſtayn/ quique reliquis magna ex parte cooiunctis in vnum ceu corpus Wirrenbergeoſis ad Ducarus culmen conſcendit.

Ducatus Wirtenbergenſis.

In Riſa denique quam vocant *Sueuia*, Comires ſuperioribus ſæculis floruerunt, à Bayblingen/ ab Haydenhayim, ab Hohenſtauffen, qui ad apicem Ducalem euecti ſunt aliquot Cæſaribus clari, ab Hirſchperg/ à Greyſpach & Lechßgmind, à Mongolſtayn/ & qui adhuc ſuperſunt, ab Ottingen & Lymburg. Ad *Rhenum* quidem ſuperſunt, Comites ab Eberſtayn, à Suin, à Thyerſtayn/ à Rotelen, à Suſemberg/ ab Haſenberg.

Officiales Sueuia.

His adde, qui officia non ſolum *Sueuia*, verum toti adeo Imperio præſtabant: Dapiſeros à Waldtpurg/ qui vetuſta *Sueuia* inſignia vſurpant, Mareſcalcos à Pappenhaym & Collatin, & Pincernas ab Erpach; interiere Dapiſeri de Hoffingen & Schwabßperg/ Pincernæ de Blanckenburg/ Pincernæ de Smalneck/ Camerarii de Remnaten/ Burggrauii de Bodmen, Ebingen & Purtebach.

Barones Sueuia.

Fuerunt & qui Baronum ordinem apud *Suenos* tuebantur, à Klingenberg, à Reyſſenburg/ à Wynſperg/ à Falckenſtayn/ à Walſee, à Fayningen, ab Arbon/ à Maurſteten, à Neyffen/ à Geroolzeckh/ à Bonſteten, à Gundelfingen, à Werd/ ſuperſunt à Cymbern/ à Landaw/ à Freundtſperg, à Stauffen/ à Schellenburg.

Equites Sueuia.

In eqnitum denique ſubſelliis inuenio à Rabenſtayn, à Grüenſtayn/ à Werdenſtayn/ à Hulenſtayn/ à Rotenſtayn/ à Ryſenſtayn, ab Egloffſtain, à Langenſtayn/ à Ratzenſtayn, à Rechberg, à Freyberg/ à Wildenberg/ à Regenſperg/ à Bubenberg/ à Landemberg/ à Guſſenberg/ à Grunſperg/ à Spilberg/ ab Hiltenberg, à Roſſemberg/ à Ruſſnberg, à Flochperg/ à Pockſperg, à Grieſſenperg, ab Vſenperg/ à Schwartzenburg/ à Kroneburg/ à Planckeburg/ ab Homburg, à Sigburg/ ab Almanßhaußen/ ab Adelmanßhaußen/ ab Orenhauſen/ à Bullenhaußen, ab Alßhaußen/ à Wolhaußen/ à Pferſhaym/ à Lyerhaym/ ab Hurrenhaym/ à Turckhaym, à Sundthaym/ à Riethaym/ à Pfaffenhouen/ ab Almanßhouen/ à Taihouen/ à Salmanßhouen/ ab Haymhouen, à Neyneck, à Tanneck, à Neydeck/ ab Hocheneck/ à Schöneck/ à Turneck/ à Waldeck/ à Wildeck/ à Graueneck/ à Landeck/ à Scharpffeneck/ ab Eſchenbach, à Villenpach/ ab Hurlempach, à Biberbach/

berbach, ab Ollerbach, ab Hugenbach / à Braytenbach / à Schwynenpach / à Schoppach / à Reyſchach, à Weſternach, à Bobingen / à Fluglingen / à Guttingen, à Juſtingen, ab Entringen / à Freydingen / à Kreychingen, à Rockingen / à Trochtelſingen, à Knottingen / ab Endingen, à Peringen / à Lothringen / ab Eskingen, à Suligen / à Schwartzingen / à Wynadingen, ab Ahelſingen, ab Vrſingen, à Gundelſingen, à Chuntingen / ab Eißlingen / ab Ebingen, à Murdorff, à Pyrdorff / à Tullindorff, à Wynadi / à Frawenfelde, à Wolffwart, à Wolfradſchenti / à Schwanden / à Schwendi / ab Adelfreyd, à Suſſaryed / à Rot, à Thumul / à Schmyhen / à Werd / à Stadion, à Stayn / à Mazoſnes / à Buhe / ab Halter, à Welden, à Maul / à Stoffien / ab Hochſteten, à Sibenaich, ab Hewen, ab Engen / à Twiel / à Steckborn / à Seldenburen, ab Altenburen, ab Eglenwyler / à Talhaymb / Gienger / Ziegler, Vogen, Renner. Et quæ plures etiamnum per *Sueuorum* ditionem ac linguam vel ſuperſunt, vel intereiderunt, equitum nobilium familiæ, inter quas hodie longe doctiſſimus ac Conſultiſſimus Vir D. GEORGIVS SIGISMVNDVS SELDIVS duorum Impp. S. Scriniorum Præfectus, ceu Sol inter ſydera relucet, ac honeſtas diſciplinas, eaſque colentes inter paucos deploratiſſimo hoc ſæculo in tanto literarum odio ſuſtinet. *D. Georg. Sigism. Seldi Laus.*

LIBER X.

IN EPITOMEN DE PROVINCIIS AVSTRIACIS

PRAEFATIO WOLFGANGI LAZII.

DE Principum illorum origine, qui *Habſpurgenſes* primum omnium, deinde *Auſtriaci* appellati paulatim ad famam venerunt, magnam controuerſiam hactenus inuenio fuiſſe non indoctis etiam viris, qui res veteres adnotârunt, ſiue quod barbara & ſimplex illa vetuſtas ab omni ambitione alieniſſima illa prætererit, ſiue quod fabulas interdum quidam rebus geſtis miſcuerint, qui in ſe Prouinciam, ſepultis tum bonis literis, receperunt, vt Principum ad poſteritatem hiſtorias transmitterent. Quo factum eſt in illa rerum caligine, vt quidam ab Abrabamo *Auſtria* exordia repeterent, alii ad *Noa* vsque gentis primordia traducere non vererentur, miris & monſtroſis interdum non rerum ſolum, verum nominum etiam factis commemorationibus, quæ, vt ſæcula tum erant, cum probarentur Principibus, quæ per ſomnia vidiſſent ipſorum ſacerdotes, nec perquirerent, quæ paſſim in vetuſtis cœnobiis à maioribus ipſorum poſitis diplomata extant, nec euoluiſſent præterea, quæ docti quidam Monachi illis ſæculis, & in iis ipſis monaſteriis, de quibus præfati ſumus, adnotârunt, eo inſuper dementiæ eos rerum neceſſariarum ignorantia coniecit, vt à *Iulio* & *Nerone* Cæſaribus epiſtolas comminiſcerentur, phraſi barbara magis quam Romana, nec iis omnino titulis, quibus Romani tum Imperatores ſalutabantur, quibus familiæ vetuſtatem nobilitatemque, ac Prouinciarum prærogatiuas & inſignia, ſperabant, ſe rudibus tum animis hominum ac auribus minime delicatis perſuaſuros. Ex qorum numero adverto fuiſſe Anonymum quendam, qui *Wilhelmo* Archiduci rhythmos ſuos conſecrauit fabularum pleniſſimos, & multa ſiniſtre de carbunculo ac roſtratis Aſiæ hominibus referentes. Quem ſecuti, *Haſelbachius*, Theologus *Viennenſis*, qui *Falſa opinio Haſelbachii aliorumque.*

Alberto

Alberto Regi quædam ſomnia conſarcinauit; *Henricus Friburgenſis* quidam, qui *Sigismundo* Archiduci Chronicon ſuum dedicauit, quod incipit: Tremulentus aggredior, &c.; & *Albertus* Baro à Bonſtetten, Eremirarum in Heluetiis Decanus, qui nugas ſuas *Maximiliano* inſcripſit. Qui me hercle viri tam male feriati, neſcio quæ monſtra verborum de *Iudaiſapta*, *Corrodantia*, *Auratim*, *Fynai*, Prouinciarum, ſi diis placet, appellationibus, itemque de *Abraha* filiis ex *Suſanna*, *Athaym* & *Rabam*, totaque deinceps propagine illa ſomniata, inſignibus denique rirulisque, excogitarunt, quæ vel Alphaberarius Commenta iotelligeret. Hæc cum abſurda mulris viderentur, nec ſaris Chronologiæ congruenria; inuenri ſunt, qui Germanicæ vocis etymon ad Romanam phraſin ſiniſtrè detorquentes, illos ab Auentino vrbis monte Principes deriuarent, Auentiſpergioaque vocarent, male ex Larino Germanicoque conſarcinato nomine, quos *Auenſpergios* in Annalibus ac diplomatibus veteribus legiſſent.

Volaterrani Opinio falſa.

Huic opinioni innixi quidam Itali, ac *Volaterranus* imprimis, à *Petro Leonis* Romano exule, homine mali exempli, & qui poſterius ſub primo eius nominis *Friderico* ob ſeditionem pulſus erat, ram ſplendidæ domus initia repetere maluerunt, quibus vetuſta diplomata ac fide digni Annales paſſim aduerſantur, vt quæ eios nominis Comirum ſub *Arnulpho* iam tum Imperatore meminere, qualia paſſim in S. *Thutberti*, *Wettingenſi*, *Murrhui*, *Seckingenſi*, *Hirſchaugienſi*, ac S. *Petri* in *Heluetiorum* eremo, & vaſto *Hercinia* nemore, à primis eius proſapiæ heroibus conſtructia cœnobiis reperias.

Opinio Wichardi à Polheym.

Redarguunt præterea, qui miſſis nugis veriora ſecuti, Annales ante ſæcula, etſi ſimplici dictione, tamen dextere contraxerunt, *Wichardus* Baro à *Polhaym* Decanus Salisburgenſis, *Ioannes Ennyckel* eques *Auſtriacus*, & *Albertus*, quem *Argentinenſem* cognominant. Qui tametſi altius repetere familiæ initia noluerint, ramen nec numerum, nec nomina neglexerunt eorum, qui in iſta vel ad *Rhanum*, vel ad *Danubium* rerum aliquot retroactis ſæculis potiti fuere, & à tenuibus principiis ad faſtigia ampliſſima peruenerunt. Horum vel quod non haberer ſcripra, vel quod meliorem exiſtimaret ſe coniecturam ſequi in tam profundis tenebris, *Æneas Syluius*, quem in Max. Pontificatu conſtitutum *Pium* ſecundum cognominarunt, dum *Frederico* Imperatori huius nominis tertio à Secretis eſſet,

Opinio Æneæ Sylvii.

ac ſcrinia perluſtrarer, ab *Auentico Heluetiorum* Caſtello, quod hodie in finibus *Bernarum Wiſſlisburgum* incolæ appellant, Rom. hiſtoriis non incognito, nominis *Auensbergii* rationes exordiaque deriuauit. Cuius quidem coniectura veriſimilior videretur, niſi eisdem finibus, nec ita procul ab *Auentici* ruinis *Habſpurgi* arx ſupereſſet, quam ante annos plus minus ducentos ex *Auſtriacorum* Principum obſequio *Heluetiorum* pagos armis vindicâſſe conſtar. Igitur rem paulo altius repetentes, poſt tor euolutos Annales & perquiſita diplomata vetuſta inuenimus, primam horum Principum ditionem extitiſſe in *Romarico* monte veteris *Burgundiæ* finibus, in iis montium duorum propinquiorum faucibus, qua proxima via ducit ex *Lotharingia* & *Burgundia* finibus in eam vallem, quæ adhuc noſtrorum Principum obſequio imbuta Wilertall nuncupatur, has enim incolæ Auenſperg vocant, & tumuli ex hoc loco non ita procul aliquot eius proſapiæ Principum ſuperſunt, in Hugeſchouen præcipue, pagique non incelebres à nominibus illorum etiamnum appellantur Ottbrechtſtall, Blyenwiler / Bodelſhaym / Ettenhaym & Berenſtayn / nimirum ab *Hugone*, *Otberto*, *Bleone*, *Bodalo*, *Ettone* & *Berone*, quos primos in hac gente Annales commemorant. Sed hic rurſus, cum de dirione prima & nominis exordio conſtet, de gentis tamen primordiis controuertitur.

Opinio Ioan. Auentini.

Ioannes Auentinus ſedulus nec indoctus antiquitaris perſcrutator, ab *Hugoberto* Comite eos defluxiſſe contendit, cuius ſororem *Teytbergam Ludouicus* ſecundus, *Lotharii* primi (cui in *Italia* cum *Lotharingia* regno ac Imperio ceſſerat) filius, in matrimonio habebat, ac illi *Waldradam Guntheri Colonienſis* Præſulis ſororem ſuperinduxerat, de quo *Otto* Friſingenſis, *Auſtriadum* domus eruditiſſimus & ſanctiſſimus Antiſtes, lib. Chron. 6. hæc adnotauit: *Lotharius, cui regnum Lotharingia deuenerat, Thyetbergam ſororem Abbatis Hugoberti ſibi ſociauit, non multis poſt diebus Carolus, qui Prouinciam in diviſione regni acceperat, moritur. Vnde inter Lotharium fratrem patruumque ſuum Carolum controuerſia oritur. Lotharius Hugoberto Abbati fratri Regina Ducatum inter Iuram & montem Iouis conceſſit.* Et iterum: *His diebus Hugobertus Abbas frater Thyetberga, Lothario diu rebellans, ad vltimum à Chunrado Comite necatur:* Hæc ille. In hac coniectura ſitus, qui *Auentinum* in hanc forte induxiſſe videtur opinionem, à

vero

vero non multum abludit, quod *Abenſpurgi* rudera in finibus montium, quos
commemorat ille, ſuperſint. Cæterum an *Hugobertus*, de quo præfati ſumus,
auctor eius familiæ extiterit, vnde tanquam à ſonte gentem deriuare conamur,
tam dubio non caret, vt *Hugobertum*, etſi in hac ipſa domo inueniamus, tamen
poſterius floruiſſe conſtet, vtpote poſt *Otbertos* duos, *Babonem*, *Rotbrechtum*, *Luit-*
fridum & *Reinbrechtum*, cuius videlicet filius *Hugobertus* ille extiterat. Huic ſucce-
dit opinio *Gebulberi* hominis non ſane contemnendi, qui & ipſe in hac re perueſti- *Opinio Gebulberi.*
ganda ſuperioribus annis operam non mediocrem poſuit, & in Diuæ *Ottiliæ*
ſtemmate primordia *Habſpurgenſium* quæſiuit, tradens: *Chyldericum* Francorum
Regem (etſi fundatio *Ebersbaymenſis* monaſterii *Theoderici* meminerit) *Atticoni* cui-
dam Maiori domus, vt vocabant, hoc eſt, Præfecto Francorum Regis *Lenterici*
filio Ducatum *Alemaniæ* in *Vaſago* conceſſiſſe circa annum Domini 666. quem à fœ-
cunditate *Edelſaſiam* nominabant, hodie corrupta voce *Alſatiam* dicunt, atque
ab hoc porro deſcendiſſe illos, qui Landgrauii *Alſatiæ* poſterius appellati ſunt,
quo titulo *Habſpurgenſes* primi & Annalibus & diplomatibus celebrantur. Quod
quoniam cum vero coniunctum eſt, negari nec illud poteſt, Diuam *Ottiliam*
Atticonis filiam extitiſſe, atque ex hoc pariter proceſſiſſe *Adalbertum*, qui Ebers-
baynmünſter cœnobium poſuit, *Nouitenſetum* quidem vocatum, cum fratribus,
Hugone, *Hettone*, *Battacone*, ac *Roſuinda* ſorore; *Adalbertum* vero, qui poſterius
à patre occiſus erat (quem idcirco filia *Ottiliæ* lachrimis ac precibus pœnis libe-
râſſe dicitur) genuiſſe *Maſonem* Regem, autorem Veſtalium cœnobii Maßmün-
ſter, *Eberhardum* Ducem *Alemaniæ*, qui *Murbacenſe* illud opulentum *Alſatiæ* cœno-
bium auſpicatus fuit, & *Luitfridum*, à quo is *Habſpurgenſium* genus deriuare con-
tendit, hac nimirum vſus ratione, quod *Hiltrudem* vnicam relictam filiam *Otberti*
Comitis *Altburgenſis* in *Romarico* monte connubio ſibi iunxiſſet, ex qua tametſi
nullam prolem ferret, adoptauerit patrui tamen *Adalberti* filios, *Otber-*
tum, *Hugobertum*, *Theobaldum* & *Eberhardum*. Hic negare nemo poterit, qui Anna-
les perſpectos habet, *Adalbertum*, cuius diximus filios adoptatos, extitiſſe nepo-
tem *Hettonis*, quem ſupra fratrem oſtendimus cum *Ottiliæ* ac *Adalberti*, tum *Hu-*
gonis, *Battaconis* ac *Roſuindæ* extitiſſe. *Hugonem* præterea ex *Ermentrude Bleonem* &
Bodalum genuiſſe, vnde *Bleonwiler* & *Bodelsbaym Alſatiæ* loca nomeoclaturas reti-
nent, vt inficias ire non poſſumus; ita nihil certi conſtat neque de adoptione
iſta, neque de deuolutione prædiorum ad *Hugonis* filios, de quibus ſermonem in-
ſtituimus. Illud forte ab hiſtorica veritate non abludit, quod & homini impo-
ſuiſſe veriſimile eſt, *Battaconem* Diuæ *Ottiliæ* fratruelem & *Hettonis* fratrem, qui
quartus *Attici* filius erat, natum ſuſcepiſſe *Beronem* auctorem cœnobii *Lymburgenſis*
& caſtri *Bernſtayn*: Hunc rurſus progenuiſſe *Albertum* & *Hugonem*, ſepultos in
Hugeſchouen, rerumque in *Otberti* Habſpurgenſis ditione, vulgo Ottbrechtſtall
potitos fuiſſe. An vero hi vel *Habſpurgenſes* extiterint, vel *Habſpurgenſibus* ſanguinis
vinculo iuncti, non manifeſte arbitror ex Annalibus poſſe & diplomatibus anti-
quis erui, quocirca coniecturam hanc in dubio relinquentes, ad tertiam nos
Iacobi Manlii, antiquarii præcipui patrum memoria, coniecturam conferimus. *Opinio Iacobi Manlii.*
Cuius etſi ſcripta nuper adeo reperta, & Doctiſſimo Viro *Henrico Glareano* transfe-
renda in Latium conredita, æmulorum inuidia euoluere non licuit, tamen
obiter exordio illorum inſpecto, quod vix magnis precibus ad momentum tem-
poris impetraui, animaduerti, à *Theoberto* illum *Burgundiæ* Rege, *Sigeberto* Rege *Au-*
ſtraſiæ patruo occiſo, *Habſpurgenſium* primordia deflectere: Quem *Childerici* primi
ex *Audomira* filium, *Lotharii* primi nepotem & *Clodouæi* Magni pronepotem, ſcri-
bit, tres filios genuiſſe, *Theodericum Burgundiæ* Regem, *Childericum* tertium à
fratre in *Vbios* profligatum, patrem videlicet tertii *Lotharii*, & *Otbertum* exterioris
Burgundiæ verſus *Rhenum* Comitem, quorum poſtremus cum *Sueuiæ* Ducis filiam
Euphemiam vxorem duxiſſet, ſocero mortuo, agrum vltra *Rhenum* in veteri ac
libera Germania, *Briſgundiam* (tum *Neumagenſem* appellatum) vxoris hæredita-
tem nactus, Diuo *Trutberto* eius temporis Apoſtolo ac Martyri illorum finium
ſacellum conſtruxit, quod poſteri in Baſilicam ſcilicet extollentes, additâ
Abbatiâ, gentis conditorium eſſe voluerunt; vt quo in loco ſepulti cernuntur, *Familiæ*
Otbertus, de quo ſcribimus, *Babo*, *Rotbrechtus*, *Otbrechtus*, *Luitfridus*, *Reinbrechtus*, *Habſpurgenſis*
Guntramus, & alii. Hanc ſicut nec approbare hoc loco, ita nec refellere, dum *primi.*
à vero non multum abſit, coniecturam libet: Sed nullius iurare in verba ma-
giſtri coacti, à *Sigeberto*, ſiue potius *Sigebrechto* Francorum Regis *Sigeberti* ſecundi

T 2 filio,

filio, illuſtriſſimam *Habſpurgenſium* gentem deriuamus, illius videlicet filio, qoem ab apro in venatione occiſum Beatus *Arbogaſtus Argentoratenſis* Præſul ad vitam reuocauit, cuius filius patri cognominis, de quo loquimur, etſi regio genere natus eſſet, & auum numeraret *Dagobertum* quintum *Auſtraſiæ* Regem, qui *Argentoratenſem* ac *Barbetomagenſem* Epiſcopales ſedes, Præpoſiturasque *Vueiſſenburgenſem* & *Surburgenſem* primus poſuerat; tamen pulſus ob *Theoderici* Burgundiæ Regis patrui tyrannidem, & cum graues præcipue haberet *Grymoaldum* ac *Carolum* Martellum, Maiores domus Francorum, in *Vbios* conceſſit; vnde, cum inſidiis peteretur, ad *Gotofridum* & *Gundoaldum*, *Oſtra-Franciæ* Principes natos ex *Dagoberto*, vt declinaret *Theoderici* Regis tyrannidem, ſe contulit, patrueles ſuos ſcilicet, apud quos tantiſper latuit, donec tyranno extincto *Lotharius* tertius alter patruelis, vtpote *Childerici* tertii filius (cuius minores fratres *Theodericus* Burgundus è medio ſuſtulerat) reuerſus, ad ſummam rerum in *Burgundia* veniſſet. Ab hoc reuocatus *Sigebertus*, de quo præfati ſumus, in patriam, eo tractu donatur, qui à *Voſago* & *Iura montibus* ad *Rhenum* occurrit, hoc eſt, occiduo *Burgundici* regni limite, vbi in faucibus duas oppoſitas ex ſcopulis *Romarici* montis arces extruxit, quo paulo ante, eandem ob tyrannidem, Beatus *Romaricus* conceſſerat, atque ab habendo, hoc eſt, poſſeſſo monte, Habendeſperg denominauit, quibus finibus poſterius hæreditariæ Prouinciæ noſtrorum Heroum *Edelſaſſia*, *Sundgonia*, Willertall / Münſtertall & Otbrechtſtall diſtinctæ fuere. Huius filium *Otbertum* extitiſſe adfirmo, ſub quo Beatum *Trutbertum* paſſum eſſe non ſolum Manlius, ſed cœnobii S. *Trutberti* etiam in *Hercinio* nemore haud ita procul à *Friburgo Briſgoiæ* archiua conteſtantur, qui cum in matrimonio haberet (vt recte etiam Manlius argumentatur) Sueui Principis filiam, *Guntzonis* * videlicet, id eſt *Cunradi*, ſi Germanicum Latine reddere velimus, *Fridbergam* videlicet à Beato Gallo circa annum Domini 630. à dæmonio liberatam, evenit, vt in veteri libera illa *Germania Briſgouiam* etiam aliosque agros auitæ ditioni adiiceret, cuius poſteri deinde, extentis limitibus, deſolato iam *Habendſpurgo* in *Romarico* monte, in memoriam natalis ſoli, in *Ergonia* vltra *Vocetium* montem haud procul à *Ponte Arulæ*, vulgo Pruck / in ſcopulo condiderunt aliam arcem, quam Germanicam ſequentes pronunciationem homines, vtpote in ſolo Germaniæ ſitam / *Habſpurgum* nominauere. Et hinc arbitror dubia tolli, quamobrem in paulo vetuſtioribus diplomatibus Auenſperg vel Habansperg Comitatus iſte vocatus ſit, qui in recentioribus, ab annis videlicet 400. plus minus, Habſpurg dici conſueuit. Quæ res vt lectoris animom facilius inſtruat, *Francorum* Regum illorum, qui *Merouingi* appellati fuere, genealogiam ſubiicere placuit.

* *Manlius habet Ephemiam.*

Primum

Primum

Secundum.
Tertium.
Quartum.

LVDOVICVS quem vulgus annalium Clodovæum nominat,
Filius vel Merouæi vel Marcomyri, Francos ex Germania
primus in Galliam traiecit, pulſis Romanis & cedentibus
Gothis in Hiſpaniam, ſepultus Lutetiæ Anno Chriſti 515.
Ex Crotohilde vel Gottohilde Burgunda, quæ virum cum
gente Chriſto lucrifecerat & obierat anno 564., genuit,

Apud Tauronum in S.
Petro ſepultos.

lie Aydgenoſſen Swize-
ſathias & Diaconus Bul-
Habſpurgeoſis in matri-

ato iacens ſomniauerat,
iuulum proximum, ſub-

ecundum. qui Brunde-
is interfecto fratre Au-
fulmine ictus & Metis

ndum à Lothario tertio
cum ex Guntzonis Sue-
Gallo dæmonio liberata

à fratre apud Tolbiacum

ſiue Ludouicum tertium;
uartum.
tertium qui S. Leodega-

M tertium, qui fratre
tuo, Germaniæ vicinas
us, Dagobertum genuit,

LOTHARIVM vulge Bodone S. Lampertus
ther vel Lother, ius ſororem Adelhaydem
Franciæ & Pariſ lectrudi legitimæ ſuper-
à patre in teſtano Sal. 701. cuius filii
deſignatum, moſe Theodoricus & Chil-
Anno Sal. 565. & o hoc nomine à Carolo
ſionem apud S. Monæ monaſterio S. Eme-
dum ſua fundatio no 863.
pultum. Qui ex ſe
coniugibus tulit, tertium, qui pulſus à
urgundiæ Rege in Ger-
Gundealdum ac Godo-
it Oſtro-Francorum Prin-

, qui & ipſe pulſus, apud
ermania Gundealdum ac
uit, qui à Lothario tertio
rico extincto Edelſaſſiam
e Habſpurgenſes Comites

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III NAPOLI

DE DVPLICI AVSTRIA, QVARVM ILLA AD RHÆNVM VETVSTIOR, HÆC A DANVBIO AD ITALIÆ ALPES HVNNORVMQVE REGNA EXTENTA FVERAT.

In quarum vtraque Habſpurgenſes Principes ad famam venerunt.

POſteaquam, Romanis pulſis à *Clodouæo* ſiue *Lytauicho* Magno, *Franci* rerum vltra *Rhenum* paulatim in *Galliis* (quibus multis retroactis ſæculis inhiauerant) potiri cœpiſſent, deuictisque primo quidem *Burgundionibus* eorumque Regibus, *Gothomaro* & *Gotogiſelo*, è *Lugdunenſi Galliæ* & *Sequanis* profligatis, deinde vero *Alemannis* ac *Boiariis* ad Tolbiacum ſuſis, vires acquiſiſſent, *Syagrium* præterea *Ægidii* filium, qui cum Romano præſidio interiora Galliæ aliquot annis tuebatur, caſtris exuiſſent, promotisque limitibus, totam pene *Galliam* occupâſſent, imitati Romanam adminiſtrationem, de limite tuendo rationes inierunt.

De Francorum in Galliam ingreſſu conſ. migrat. noſtras.

Et quoniam latè gentis ditio patebat, (hinc quidem à *Ligeri* ad *Rhenum*, illinc vero à *Rhodano* ad mare *Britannicum*) in duas coacti diœceſes ſubdiuiſerunt, partem quidem *Rheno* adiacentem inter *Moſam Moſellamque* gentilicio ſermone Oſtenrich, id eſt, *regnum Orientale* nominârunt, & quæ verſus mediterranea in interiora deflectebat *Galliæ*, ac *Burgundos* in *Lugdunenſi*, *Romanosque* in *Prouincia*, ſiue *Narbonenſi* & *Aquitania* parte, contingebat, Weſtrich/ id eſt, *regnum Occidentale* appellauere. Quas voces illorum ſacerdotes ex Rom. poſteritate profecti, in Latinam vertentes deſinentiam, *Auſtriam* & *Auſtraſiam*, *Weſtraſiam* & *Neuſtriam* ſcribebant.

Auſtria & Auſtraſia.

Quæ nimirum voces in Chronographis illorum ſæculorum ſubinde occurrunt, cum *Francorum* in Galliis regna commemorant. Sic Rhegino Prumienſis, qui ſub Ottonibus Annales ſcripſit: *Dagobertus* (inquit) *Metis veniens, in conſilio Pontificum & Procerum filium ſuum Sigebertum in regno Auſtriæ ſublimat. Sequenti anno ei filius natus eſt, cui regnum Neuſtriacum atque Burgundiæ dandum poſt ſuum diſceſſum nominauit.* Et Otto Friſingenſis, (quem ſub Friderico primo conſtat lucubrâſſe) lib. Chron. 5. cap. 20. *Pipinus & Carolomannus primo in Aquitania contra Hunaldum eius Prouinciæ Ducem procinctum mouent, captoque caſtello, quod Lucas dicitur, in loco qui vetus Pictauis vocatur, regnum diuidunt, Carolomanno Alemanniam & Thuringiam; Pipino vero Burgundiam & Neuſtriam Prouinciam ſortito.* Fuit igitur tum *Auſtria* à *Voſago* & *Iura* montibus ad *Rhenum* extentum tantum veteris *Galliæ* agri, quantum hodie *Alſatia*, *Sundtgouia*, *Landuogtia Hagenouienſis*, *Palatinatus ad Saram*, Ducatus *Lutzelburgenſis*, *Lymburgenſis*, Ducatus *Symern*, cum Comitatibus *Veldenſi*, *Leyningenſi*, *Bytzenſi*, *Naſſouienſi*, *Salmenſi* ac *Treuirenſi*, *Metenſi*, *Borbetomagenſi*, *Spirenſique* diœceſibus complectitur, vbi adhuc veteris nominis vmbram is retinet ager, qui *Sara* ac *Moſella* includitur fluuiis, denſo dumeto *Arduennæ* ſyluæ conſitus, vulgo das Weſtrich, & vaſtum regnum nominatus. Habebat autem *Auſtria* illa Gallica duas præcipuè metropoles, quibus Reges conſidebant, *Metenſium Auguſtam* & *Borbetomagum*, quam hodie *Bormatiam* vocant, quibus locis & Epiſcopales huius *Auſtriæ* Reges ſedes conſtituerunt, quamuis interdum & Coloniam regiam extitiſſe (cum poſterioribus ſæculis *Auſtria* in *Vbios* eſſet & *Belgos* dilatata) inueniatur.

Duplex Auſtria.

Qui terræ tractus, cum poſterius, *Ludouico* Pio Caroli Magni filio extincto, in diuiſione cum *Italia* & Imperio *Lothario* maiori natu ceſſiſſet, noua iam *Auſtria* Caroli Magni auſpicio in finibus *Pannoniæ* ac *Norici* excitata, veteri nomine amiſſo, *Lotharici* regni nomen ſortitur, vulgo Lothreich/ cuius adhuc titulum *Philippus Caroli* quinti filius vſurpat. Fuit autem *Lotharicum* illud regnum multo amplior Prouincia, quam hodie eſt Lotharingia, vt quæ, Caroli Magni ſtemmate deficiente, ſecta à reliquo corpore, ſola nomen vetus retinuerat, *Giſelberto* Duce, qui Henrici Imp. hoc nomine primi filiam nomine *Gerburgem* Ottonis Magni ſororem duxerat vxorem, & eam Imperii beneficio Prouinciam ſuſceperat.

Lotharicum Regnum.

Atque illa etiam *Lotharingia* latius, quam noſtra patebat, vt quæ in ſuperiorem & inferiorem diuidebatur, complectebaturque ſuperior, hodiernum *Lotharingiæ* Ducatum & Epiſcopatum *Leodienſem* cum *Lutzelburgenſi* & *Lymburgenſi* ditionibus, vbi ante ſæcula aliquot celebris *Moſellanus* fuerat Ducatus: Inferior vero *Brabantiam* ac *Iuliacenſem Geldrenſemque* Ducatus, vt hodie ſunt diſtincti, continebat, quibus finibus ante ſæcula *Arduennæ* Ducatus & *Louanienſis* Comitatus ad famam venerant, quorum vetuſtior hic, cum *Auſtraſiæ*, tum *Lotharici* regni inſigne vſurpabat, hoc eſt,

Lotharingia vetus & noua.

Comitatus Louanienſis.

albam ſectionem in rubro clypeo, quod fato quodam poſterioribus annis *Auſtriæ* Prouinciæ pictum fuit, atque ab Imp. conceſſum, cuius ſtirpis *Reginberus*, extiucto ſub Ottone ſecundo *Giſelberto*, de quo diximus, Cæſaris genero, pulſis *Arnoldo* & *Garneo*, partem Orientalem veteris *Lotharici* tegni, vbi hodie eſt Weſtrich, ſiue vaſtum regnum, cum ditione *Lutzelburgenſi* ac *Brabantia* agro, Imperii beneficio accepit. Quippe interiorem partem, ubi noſtra eſt *Lotharingia*, *Hugonis*, Lotharii Regis ſecundi filii ex Waldruda concubina, Guntheri Colonienſis Præſulis ſorore, poſteritas erat conſecuta, ſiue vt alii volunt, *Caroli* Simplicis ſiue poſthumi ſucceſſio obtinuerat. Quippe *Hugone Giſelberti* filio pulſo, *Caroli* Simplicis ſoboles tantillum agri in fide retinuerat, quantum hodie *Lotharingia* Ducatus complectitur, vbi Gallicum eſt ſecus vtramque *Moſa* ripam idioma, à quo nimirum genere deſcendunt, qui hodie Duces de *Lorayno* & Domini à *Guitza* apud Gallos dicuntur.

Lotharici regni ſectiones.

Factum eſt igitur tot ſectionibus *Lotharici* regni ſiue veteris *Auſtraſia*, vt *Lotharicos* ſe quidem Duces aliquandiu *Louanienſes* nominarent, qui tractum *Arduenna* & *Brabantia* habebant: Qui vero vaſtum, quod dicitur, regnum, & Weſtrich/ ad *Saram* & *Moſellam* amnes Imperii beneficio poſſederant, *Moſellani* Duces nuncupabantur. *Henricus* quippe *Boiorum* Dux, Ottonis primi frater, filios ex Iuditha Arnoldi quondam Boiariæ Principis nata tulerat *Henricum Boiorum* Ducem cognomento Hezel/ Henrici ſecundi Imp. patrem, & *Fridericum Rhani* Palatinum, cui Otto ſecundus, ad Moſellam amnem, Ducatum diſtinxerat, cuius fratres reliqui, *Theodericus* Metenſem, & *Adalbero* Treuerenſem Epiſcopatus gubernabant, & cuius natæ, *Kunegundis Henrico* Claudo, qui poſtea in Imperio ſecundi nomen adſciuit, patrueli ſcilicet ſuo, & *Irmengardis Welphoni* ſecundo nupſerant. Quo tempore *Otto* quispiam, filius *Caroli*, quem diximus à Carolo Simplice deſcendiſſe, *Lotharingia* Ducis, *Arduenna* Dux extiterat, accipiente iam & *Lotharingia* recentiore ſectionem. Et *Ottonis* ſupradicti nepos ex *Gotofrido* filio Gotofridus ſimiliter Dux *Arduenna*, vt diximus, in *Eburonibus*, hoc eſt, *Sueuorum* poſteritate, (vt in Sueuis definitum eſt) ab Henrico Claudo confirmatur, nouis tum duobus Ducatibus in tractu veteris *Auſtraſia*, Imperii beneficio, conſtitutis, *Arduenna* & *Moſellano*, in quorum illo ſucceſſere ordine: *Gotofridus*, qui *Lambertum Louanienſem* Comitem inferioris *Lotharingia* Ducem expugnato *Louanio* metropoli occidit; *Theodericus*, qui cum Comitibus *Louanienſi* & *Hannonienſi Reginbero* coniurauerat in *Henricum* ſecundum, captus idcirco & iterum uenia data reſtitutus, ſed diuiſa ditione, ſiquidem *Gotheloni* cuidam tractum *Moſellanum* conceſſerat, qui cum *Ottone Belgico* Duce pro *Tullo*, *Baro* & *Leucorum* vrbe bello decertauit, & *Hermanno* Principatum *Arduenna*. Poſt quos *Gotofridus* tertius, ſecundi filius, Comes *Bullionenſis*, ab Henrico tertio *Hermanno* eiusque filio *Chunrado* in *Arduenna* Ducatu ſubrogatur, qui poſtea (vendito Ducatu Epiſcopo *Leodienſi*,) cum Chriſtianorum copiis in *Aſiam* traiecit, deuictâque *Paleſtinâ*, primus *Hieroſolymorum* Rex eſt ſalutatus. In hoc vero, puta *Moſellano*, Ducatu, qui *Moſella* & *Sara* fluuiis incluſus fuerat, Gothelonem *Gotofridi* Barbati fratrem, *Henrici* ex *Vda* Comitiſſa *Arduenna* filium, ſecuti ſunt, *Albertus* ab Henrico tertio confirmatus, occiſus à *Gotofrido Lotharingo* anno 1148. *Eberhardus* ex Landtgrauio *Alſatia* ſtirpis *Habſpurgenſis* ab Henrico quarto datus, & *Theodericus* ac *Gerboldus* filius. Poſt quæ tempora bellis ciuilibus ſæuientibus Ducatus quidem *Moſellanus* in *Lutzenburgenſem*, *Lymburgen-*

Comitatus Auſtraſia.

ſem, *Salmenſem*, *Veldenſem*, Zweyprücken, ac *Bitzenſem* Comitatus fuit diſſectus, quorum ducalem inueſtituram primi meruere: Ducatus vero *Lotharici* regni, quod ſupererat, in *Brabantinum* Ducatum reſciſſum & *Lotharingiam* abiit. Siquidem *Wilhelmi* Comitis *Louanienſis*, filii Henrici quondam Comitis, qui monaſticen in

Brabantini Ducatus exordia.

Gorzia profeſſus fuit, & *Chunradi* Carnorum Ducis frater extiterat, filii, *Wilhelmus* & *Gotofridus*, partiti paternam ditionem, *Wilhelmus* quidem in noua *Lotharingia*, quæ à *Voſago* per *Moſam* in *Galliam* protenditur; *Gotfridus* vero cognomento *Barbatus* in *Lotharici* regni ſeptentrionali parte, quæ à *Moſa* ad *Scalden* fluuium excurrit, ſucceſſere. Quorum *Wilhelmum* ſecuti ſunt *Lotharingia* Duces, *Theodericus*, *Theobaldus*, *Fridericus*, *Mathaus*, *Fridericus*, *Matthaus* ſecundus, *Fridericus* tertius, *Theobaldus* ſecundus, *Fridericus* quartus, *Rudolphus*, *Ioannes* & *Carolus*. Cuius vnicam filiam cum *Lotharingia* Ducatu *Renatus*, *Lodouici Andegauenſis* Comitis filius, vxorem accepit, *Apulia* Rex ſalutatus, cuius nepos *Nicolaus*, cum ſine liberis decederet, *Friderico* Comiti de *Vadimonte* cognato, & de *Carolo* quoque Simplici deſcendente, *Lotharingiam* reliquit. Præterea in *Brabantino* nouo Ducatu rerum potiti ordine ſunt: *Gotfridus Barbati* filius; *Henricus* cognomento *Probus*, qui ex *Mathilde* Comitiſſa *Bolonia* genuit *Henricum* ſecundum & *Mariam Ottoni* Cælati quarto locatam. *Henricus* ſecundus porro ex *Maria Philippi* Regis & Ducis *Sueuia Henricum* tertium procreauit,

creauit, & *Mathildam Florentio Holandiæ* Comiti nuptam; *Henricus* tertius cognomento *Manſuetus* ex *Adelhaide* Ducis *Burgundiæ* filia ſuſceperat *Henricum* quartum, *Gotfridum*, *Ioannem*, & *Mariam Philippo Franciæ* Regi locaram. *Ioannes* porro ex *Sophia Thuringiæ* Landgrauia ultimus duos filios reliquit, *Ioannem Brabantiæ* Ducem circa annum 1252. *Henricum* Landgrauum *Thuringiæ* & Comitem *Louanienſem*. Quorum *Ioannes* 4. modo filias tulit, primam *Wilhelmo Holandiæ*, alteram *Margaretam Ludouico Flandriæ*, Comitibus, tertiam *Mariam* Duci *Sabandiæ*, & quartam Domino à Gaißbech nuptas, quorum *Flandricus* Ducatum *Brabantinum* adeptus duas filias genuit, alteram *Philippo Franciæ* Regi, alteram *Philippo* Audaci Comiti *Niuerienſi* nuptas, unde poſteriores *Brabantiæ* Duces proceſſere, *Antonius*, huiusque filius *Ioannes* Academiæ *Louanienſis* auctor anno 1422., cuius filia, quoniam *Wenceslao Lutzelburgenſi*, fratri *Ioannis* Regis *Bohemiæ*, nupſiſſet, magnum pro Ducatu inter *Lutzelburgenſes* ac *Flandros* bellum accendit. Horum victor *Flandrus* per filiam *Brabantiam Burgundis*, & hi *Auſtriacis* itidem per filiam *Mariam Caroli* Ducis *Burgundiæ Maximiliano Cæſari* nuptam, transmiſere, cuius pronepos *Philippus*, *Caroli* quondam quinti Cæſaris natus, illam adhuc *Auſtriæ* ſiue *Auſtraſiæ* ſiue denique regni *Lotharici* partem, cum proximis Prouinciis ad mare *Britannicum* excurrentibus, poſſidet, velut alteram ad *Rhenum* protenſam, hoc eſt, *Edelſaſſiam*, quam *Alſatiam* dicimus, Landuogtiam *Hagenouienſem*, *Sundgouiam*, eiusdem *Maximiliani* ex *Maria Burgunda* ſiue *Brabantina* nepos, FERDINANDVS Rom. Imp. Aug. *Hungariæ Bohemiæ* Rex, Archidux *Auſtriæ* recentioris, quam diximus Caroli Magni auſpiciis in finibus *Pannoniarum* poſitam fuiſſe, una cum ſobole ſua feliciſſima gubernate feliciter dignoſcitur, adeo, vt poſt multa ſæcula utraque *Auſtria*, & quæ ad *Rhenum* fuit Glodouæi Magni Francorum Regis filiorum auſpicio poſita, & quæ ad *Iſtrum* Caroli Magni Francorum item Regis & Carolingorum opera conſtituta fuerat, in vnum ceu corpus tandem redierit, atque huic generi Principum ſubiici cœperit, qui ex primæuorum *Auſtriæ* ſiue *Auſtraſiæ* Regum genere, ſiue, vt poſtea dicti ſunt, *Lotharicorum* ſtirpe emerſere, ex quorum numero (ut rem paulo altius repetamus) fuere (ſi Chronologias conſulimus) *Theobertus Lotharici* primi Regis *Francorum* filius cum *Theobaldo* filio; *Sigebertus* primus eiusdem *Lotharici* filius cum *Childeberto* filio & nepotibus, *Theoberto* ſecundo & *Theoderico* tertio; *Clotarius* filius *Childeberti*; *Dagobertus* filius *Lotharii* tertii, auctor *Barbetomagenſis* & *Argentoratenſis* ſedium, Præpoſituræque *Weiſſenburgenſis* ad *Rhenum*; & *Sigebertus Dagoberti* filius, poſtremus *Auſtriæ* ſiue *Auſtraſiæ* Rex: Nam poſtea Duces rerum in hoc, quem tibi lector damus, tractu, potiti ſunt. In *Edelſaſſia* quidem, quam *Alſatiam* vocamus, ſub nomine Ducum *Alemaniæ*, *Atticus Lenterici* Maioris domus *Theoderici* filius, S. *Ortiliæ* parens; *Adalbertus*, *Ebershaymenſis* cœnobii in Inſula Rhæni prope Seldſtadium autor, eiusque filii; *Eberhardus Murbacenſis* monaſterii fundator; *Mazo*, qui regia dignitate recuperata in Sundgouia *Maßmünſter* cœnobium auſpicatus eſt, & *Luitfridus*, à quo *Habſpurgenſes* Principes, modo Archiduces *Auſtriæ*, in *Pannonia*, & Landgrauii *Alſatiæ* & *Briſgoniæ Sundgoniaque* rite deriuantur. In Maioris uero domus munere, quod tractum huius regni uerſus *Moguntiacum* complectebatur, (ubi palatium fuit eius generis Principum in *Ingelheym*) *Arnulphus Angiſi Antuerpienſis* Marchgrauii filius, nutritius *Dagoberti* Regis *Auſtraſiæ*, & poſtea *Metenſis* Epiſcopus; *Pipinus* ſenior *Arnulphi* filius, cuius nati, *Grymoaldus* ex *Plectrude Boiaria*, & *Carolus* cognomento *Martellus* ex altera, domitis Sueuis, limitem ad *Lycum* vsque fluuium propagârunt, rurſusque *Caroli Martelli* filius *Pipinus* iunior ad *AnyſumNorici* fluentum nouam *Auſtriam*, hoc eſt, *limitem Orientalem* auſpicatus eſt, fratre *Carolomanno* monaſticen in *Caſſino* monte profeſſo, & *Griphone* in *Aquitania* Principe conſtituto, quam natus illius *Carolus* cognomento *Magnus*, profligatis *Hunnis* & *Auaribus*, ad *Drauum* & *Tiſciam* usque flumina dilatauit; cuius portio adhuc quædam in finibus *Pannoniæ* & *Norici Auſtriæ* Archiducatus titulum poſſidet, de quibus ordine ad fidem rerum ex Gregorio Turonenſi, longe antiquiſſimo auctore, ſumus dicturi, exordio ſumpto à *Theoberto Lotharii* primi filio, eiusque filio *Theodoaldo*, de quorum *Auſtriæ* nominatim ſic idem auctor refert: *Lotharius quoque Rex de diuerſis mulieribus ſeptem filios habuit, id eſt, Ingunde, Guntharium, Childerichum, Cheribertum, Guntramum, Sigebertum & Glotſuyndam. De Tharigundo quoque ſorore Ingundis habuit Childpericum, de Chunſyna Chramum, (propter amorem enim Ingundis, eo quod eſſet pulchra ac decora, & ipſe eſſet nimis luxurioſus, Tharigundem ſororem eius in coniugium accepit.) Theodoaldus autem Rex, filius Theoberti Regis in* Auſtria, *agrotans febra valida, mortuus eſt.* Et rurſus de *Sigeberto*, ſiue *Sigebrechto*, ſecundo *Auſtriæ* ſiue *Auſtraſiæ* Rege, qui *Thuronico* prælio *Theobrechtum*

Brabantinâ familia.

Ambæ Auſtriæ in familia Habſpurgenſi compoſitæ.

Reges Auſtriæ ad Rhenum.

Duces Auſtraſiæ.

Primus Rex Auſtriæ.

Secundus Rex Auſtriæ

Regem *Burgundiæ* occiderat, cum de filiis *Lotharii* primi loqueretur: *Nam cuncti fratres eius eum exinde expulerunt; & ſic inter ſe hi quatuor, id eſt, Cheribertus, Guntramus, Childpericus atque Sigebertus diuiſionem legitimam fecerunt, accepitque Cheribertus regnum Childeberti, ſedemque conſtituit Pariſiis, Guntramus regnum Clodomyris accepit, Aurelaniſque ſedem conſtituit: Childpericus vero regnum patris ſui accipiens, Soeſſionis ciuitate ſedem ſtatuit Sigebertus autem regnum Theoderici accepit* Auſtriam, *ſedemque habuit Remis ciuitate. Igitur poſt mortem Clotharii Regis Hunni commoti, cum Cacano Rege ſuo in Gallias venire deſtinant, contra quos Theodericus & Sigebertus exercitum mouentes fortiter pugnârunt, Hunnosque proſtrauerunt atque deuicerunt.* Et rurſus, ut appareat, in Auſtria illa ad Rhænum Sigebertum prædictum regnâſſe: *Cum talis diſcordia inter hos fratres diſſeminari uiderent, Childpericus modo iterum exercitu Remis acceſſit, cuncta incendens atque debellans. Quod audiens Sigebertus, conuocatis gentibus illis, quæ vltra Rhenum ſunt, Pariſios uenit & contra fratrem ſuum ire diſponit.* De eodem Rhegino Prumienſis, cum ciuium dominos deſcribit 498. *Sigebertus regnum Theoderici accipiens, Remis ſiue Metis ſedem ſtatuit. Hunni, qui & Auares, comperta morte Clotarii ſuper Sigebertum irruunt, quibus ille in Thuringiam occurrens eos iuxta fluuium Albim potenter ſuperauit.* Item: *Sigebertus, legationem in Hiſpaniam mittens, Brundehildem Atanahyldis Regis filiam petit, eamque in connubium accepit, deque ea filium Childebertum ſuſcepit.* De quo Childe-

Tertius Rex Auſtriæ.

berto nepote, tertio Rege Auſtriæ ſiue Auſtraſiæ, ſic Gregorius: *Childebertus itaque Rex* Auſtriæ *cum hoſte in Italiam abiit ipſamque deuaſtauit & tributariam fecit.* (Et rurſus:) *Audiens autem Childebertus Rex* Auſtriæ, *filius Sigeberti, nepos Childperici, auum ſuum mortuum & maleficia Fridegundis reginæ, exercitum collegit: Nam, defuncto Guntramo patruele ſuo, regnum Burgundiæ ipſe ſuſceperat. Burgundiones autem & Auſtraſii ſuperioreſque Franci inſimul commoto grandi exercitu Campaniam adgreſſi, pago Sueſſonico cum Gundoaldo ac Wyntrione patriciis vaſtato, ingrediuntur:* Hæc ille. Is *Childebertus* duos filios ſuſceperat, *Theodericum* ex regina legitima, & *Theobertum* ex concubina, cui *Coloniam* ac *Vbios* adſignauerat pater, poſt mortem patris à fratre bello petitus, ad *Tolbiacum* caſtris exutus & *Coloniam* fugatus, indeque extractus monaſterio incluſus eſt, & poſtremo occiſus. De quo Gregorius hæc adnotauit: *Anno quarto, poſtquam Childebertus regnum Guntrami ſuſceperat, defunctus eſt, regnumque eius filii ſui, Theodebertus ſortitus eſt* Auſtriam, *ſedem habens Metenſem, Theodericus accepit regnum in Burgundia, ſedem habens Aurelanis.*

Quartus Rex Auſtriæ. Quintus Rex Auſtraſiæ.

Atque hic eſt *Theodericus*, qui non ſolum fratri interfecto ſucceſſit in *Auſtraſia* regno, verum reliquos etiam fratres, inſidiis *Brunæhildis*, quæ *Sigeberti* quondam relicta fuerat, rapuerat innocentes ad necem, videlicet *Sigebertum*, *Merouaum* & *Carbonem*, vnico *Clothario* euadente. De quo Gregorius ſic refert: *Theodericus autem hac vident, ipſam ciuitatem apprehendit,* (Loquitur de Colonia) *theſauris magnis acceptis, & cum ipſi Franci ſeniores ſacramenta iurarent in baſilica Gereonis martyris, uiſum eſt ei quod percuſſus eſſet in latere doloſe, & dixit: Obſeruate ad oſtia, neſcio quis me de iſtis periuratis Ribuariis percuſſit; cum reſoluiſſent veſtimenta eius, nil aliud inuenerunt, niſi ſignum paruulum purpureum. Deinde cum multis ſpoliis & cum filiis & cum pulchra filia Theoberti Regis fratris ſui, reuerſus eſt in vrbem Metenſem, eoque Brundehildis regina aduenerat, apprehenſoſque pueros Theoberti Regis interfecit.*

Sextus Rex Auſtraſiæ.

Is ob facinora ſua fulmine ictus *Metis* ſepelitur, relicto ſucceſſore in *Auſtria* illa, *Clothario Theoberti* filio, qui ſolus inſidias *Brundehildis* euaſerat, de quo Gregorius Turonenſis: *His Regibus mortuis Burgundiones & Auſtraſii cum reliquis Francis pace facta, Clotharium Regem in totis tribus regnis in Monarcham eleuârunt.* Is eſt *Clotharius*, qui ſimulatis nuptiis *Brundehildem* poſt tot ſcelera commiſſa apprehendit, & equitum indomitorum curſu diſcerpſit, filio in regno *Auſtriæ* relicto ſucceſſore, quem *Dagobertum*, ſiue potius, ſi gentiliciam

Septimus Rex Auſtraſiæ.

velimus ſequi pronunciationem, à fama *Heroum Degenbrechtum* nominauit, à S. *Arnolpho*, qui ex parentis Maiore domus in Metenſem conſecratus fuerat Præſulem, eruditus & educatus, autor *Barbetomagenſis* ac *Argentoratenſis* ſedium & Præpoſituræ *Weiſſenburgenſis*, vbi poſt mortem conditus eſt. De quo referunt, quod memor verberum à Beato quoodam *Arnolpho* acceptorum, Sanctum virum, immiſſis *Amelgario* & *Arneberto* Ducibus ac *Wilibaldo* Patritio, è medio ſuſtulerit. Cuius hiſtoriam Gregorius retexens ita nominatim ſcribit: *Erat autem Clothario Regi puer efficax atque ſtrenuus, ad omnia ſolers & verſutiſſimus, quem Rex adultum, vna cum Pipino Duce, in* Auſtriam *regnaturum direxit. Auſtraſii vero & Franci ſuperiores congregati in vnum, Dagobertum ſuper ſe Regem ſtatuunt. In illis quoque diebus Saxones nimis rebelles commouerunt hoſtem gentium plurimarum contra Dagobertum Regem, Da-*

gobertus

gobertus vero collecta gente plurima Rhenum tranſiit aduerſus Saxones ad pugnam. Sic Rhegino Prumienſis Chronographus: *Poſt hæc Dagobertus cum Pipino Duce in Auſtria regnaturus à patre dirigitur; & S. Arnulphi Metenſis Epiſcopi conſiliis commendatur.* Hunc conſequitur in regno *Auſtraſiæ Sigebertus* filius, qui puer in Inſula *Noniatenſi*, haud procul *Seleſtadio* ab apro occiſus, precibus Beati *Arbogaſti* Argentoratenſis Præſulis ad vitam reuocatus eſt, quo in loco ſub *Theoderico* quondam Rege, *Attici* Ducis *Edelſaſſiæ* filius, *Adalbertus*, *S. Ottiliæ* frater, monaſterium poſuerat, apud quem *Pipinus* ſenior, *Caroli Martelli* pater, *S. Arnulphi* filius, Maioris domus officio functus eſt, cuius meminit Turonenſis noſter his verbis: *Poſt hæc Sigebertus Rex Auſtraſiæ, Pipino defuncto, Grymoaldum filium eius in Maiorum dominatu conſtituit; decedente vero tempore, defuncto Sigeberto, Grymoaldus filium eius paruulum nomine Dagobertum totondit, Dodonemque Pictauienſis vrbis Epiſcopum in Scotia peregrinandum direxit; filium vero ſuum in regnum conſtituit* (Intellige *Carolum Martellum*, qui *Pipini* fuerat ſenioris filius & iunioris auus.) De hoc *Sigeberto* intelligitur & illud Rheginonis, cum de anno loquitur 612. *Dagobertus Rex Metis veniens, in conſilio Principum & Procerum filium ſuum Sigebertum in regno* Auſtriæ *ſublimat, eumque Chuniberto Epiſcopo Colonienſis Eccleſiæ & Pipino Duci commendat. Sequenti anno ei filius natus eſt, cui regnum Neuſtriacum atque Burgundiæ dandum poſt ſuum diſceſſum nominauit.* Is eſt *Sigebertus*, cuius filii, *Dagobertus* & *Theodericus*, pulſi à patruelibus, in *Germaniam* fugerunt, & apud cognatos ſuos *Oſtro-Francorum* Duces, *Gundoaldum* & *Gotofridum*, latuerunt, donec ex his *Theodericus*, extincto inimico, reuerſus in *Auſtraſiam*, à *Theoderico*, tum *Burgundionum* ac *Auſtraſiæ* vltimo Rege, tractu terræ in *Vaſago* monte donatus, vbi Diuus *Romaricus* quondam exilium ſuum tolerabat, in duobus editis ſcopulis duas arces conſtruxerat, quas, vt præfati ſumus, ab habendo *Habensperg* vocabat, quod *Auendum* Franci ſacerdotes dixere. Is ibi, cum *Othrechtum* filium ex *Brigonia* Comitis filia genuiſſet, mortuo ſine prole ſocero, *Brigonia* hæreditatem adiit, cuius poſteri matrimoniis ac beneficiis, cum Imperii tum *Galliæ* Regum, paulatim & proximos agros *Sundgouiam* ac *Edelſaſſiam* conſecuti ſunt, quo in tractu terræ *Leutericus* ſiue *Lendeſius*, à *Theoderico* tertio *Auſtraſiæ* Rege, Maioris domus officio gnauiter defunctus, Ducatum impetrauit, in quo *Atticumum* reliquit filium, ex *Berſvvinde* S. Leodegarii ſorore, S. Sigismundi Regis Burgundiæ nepte, genitum, qui cum Maioris domus munere apud *Childericham* Regem perfunctus fuiſſet, poſito in inſula *Rheni Noniatenſi* cœnobio, (vbi quondam à Beato Petro miſſi Diui Materous ac Valerius pernoctauerant, & poſtea Sigebertus Dagoberti Regis filius ab apro occiſus, & ab Arbogaſto ad vitam reductus) arcem condidit in altiſſimo monte ſupra *Seleſtadium*, quam Hochberg nominauit à Sacerdotibus Francis *Altitona* dictam, quam poſtea S. *Ottiliæ* filiæ precibus in monaſterium Sanctimonialium conuertit. Porro *Leuterici*, ſiue *Lendeſii*, qui *Attici* ſiue *Atticonis* pater extiterat primus Auſtraſiæ Dux, mentionem etiam Gregorius facit: *Deinde poſt hæc Cariſiaco veniens* (loquitur de *Theoderico* tertio, qui *Theobertum* fratrem *Brundehildis* conſiliis occiderat & *Auſtraſiæ* regnum præoccupaverat) *ſuſcepit Lendeſium, data fide ſub dolo ad ſe venire mandauit; quem venientem interfecit. Ipſe vero Principatum ſagaciter recepit. Sanctum quoque Leodegarium Epiſcopum diuerſis pœnis adflictum gladio ferire iuſſit. Gerynum, fratrem eius, dira pœnâ damnauit. Reliqui vero Franci, eorum ſocii per fugam vix euaſerunt, nonnulli vero in exilio peruagati propriis facultatibus priuati ſunt.* Eo quoque tempore decedente *Wolfboldo* de *Auſtria*, *Martinus* & *Pipinus* iunior, filius *Anſegiſell* quondam, decedentibus Regibus dominabantur in *Auſtria*, donec tandem aliquando Duces, in odium verſi contra *Ebroynum*, exercitum plurimum *Auſtraſiorum* commotum contra *Theodrricum* Regem & *Ebroynum* aciem dirigunt, contra quos *Theodericus* & *Ebroynus* cum ſuis occurrunt in loco nuncupato *Lucofico*, vbi ſimul coniuncti ſeſe inuicem cæde magna proſternunt, corruitque ibi infinita populi multitudo, *Auſtraſii* deuicti & in fugam lapſi. Porro hunc *Lendeſium* S. *Ottiliæ* auum, antequam filius *Attico* adoleuiſſet, ſecutus eſt non ſolum in Maioris domus munere, verum adeo poſtea etiam in Ducatu *Alemanniæ*, ſiue *Edelſaſſiæ*, ſiue denique *Auſtriæ*, *Pipinus Pipini* Regis auus & *S. Arnolphi* Metenſis Præſulis filius, de quo Turonenſis hæc animaduertit: *Secundo anno Francis ſic inter ſe diuiſis, Pipinus ab Auſtraſiis conſurgens, commoto populo quàm plurimo, contra Theodericum Regem & Bertharium aciem dirigunt. Conuenientibus igitur ad prælium, in loco nuncupato Tetricio, & illis inter ſe dimicantibus, Theodericus Rex vna cum Berthario Maiore domus terga vertunt: Pipinus vero victor extitit. Sequenti autem tempore Bertharius ab adulatoribus occiſus eſt, inſtigante Anſeflede. Poſt hæc Pipinus Theoderico Regi, cœpit eſſe principali regimine Maioris domus, theſaurisque acceptis Nordbertum quendam de*

Octauus & ultimus Rex Auſtriæ.

Duces Auſtraſiæ.

Primus Dux Auſtraſiæ.

Secundus Dux Auſtriæ.

ſiis tum Rege reliquit, ipſe in Auſtriam remeauit. Hæc de *Pipino* ille. Qui rurſus de *Carolo Martello* filio (non ex *Plectrude Boiaria* Grymoaldi Ducis filia, vnde *Grymoaldum* Maiorem domus *Franciæ*, patrem *Reginfridi* ibidem Maioris domus apud *Dagobertum*, & *Theoaldum*, qui ab *Oſtro-Francis* in *Carbonaria* eſt ſilua victus, ſuſceperat, ſed ex alia coniuge) natus, patri non quidem protinus ſed deuicto primum *Reginfredo* fratruele, ſucceſſit, de quo Turonenſis hæc ſcripſit: *Illis autem contradicentibus ad prælium egreſſi ſunt in loco nuncupato Vinciaco, Dominica die illuceſcente VII. Cal. April. in Quadrageſima, & illis fortiter bellantibus, Childepericus cum Reginfrido terga vertit. Carolus victor exiſtens, regionibus illis vaſtatis atque captiuatis, cum multa præda in* Auſtriam *reuerſus eſt at Coloniam ciuitatem venit, atque ſeditionem excitauis, cum Plectrude matrona diſceptans, theſauros patris ſui ſagaciter recepit, Rege Childerico ſupra Francos Rege exiſtente.* Is eſt *Carolus Martellus* cognomento, qui, cum ſtudiis belli *Reginfrido* deuicto excelleret, conuerſus in *Sueuos* ac *Rhætos*, *Theodeualdum* Ducem *Sueuorum Rhætia* expulit, & Beatum *Pirminium* Epiſcopum Sueuia pulſum reſtituit, ad quod alludens ſcribit Gregorius: *Pipinus quoque multa bella geſſit contra Ratbodum gentilem & contra Suenos cum Carolo filio, aliaſque plurimas gentes.* De eodem & intelligendum iſtud Diaconi ſub finem Longobardicæ hiſtoriæ lib. 6. cap. 15. *Circa hæc tempora Carolus Francorum Princeps filium ſuum ad Luyprandum miſit, ut eius iuxta morem capillum ſuſciperet. Qui eius cæſariem incidens ei pater effectus eſt, multiſque regiis muneribus donatum genitori remiſit.* Et iterum: *Per idem tempus Sarracenorum exercitus rurſum in Galliam introiens multam deuaſtationem fecit, contra quos Carolus non longe à Narbone prælium committens, eos ſicut & prius maxima cæde proſtrauit.* Et hæc de tertio *Auſtraſiæ* Duce, ex quo *Pipinus* natus eſt ex *Plectrude Boiaria*, *Francorum* Rex, ex *Carolingis* primus, & *Caroli*, quem Magnum cognominant, pater. Quem ſecutus eſt in Ducatu *Auſtraſiæ*, qui *Edelſaſſiam* id eſt *Alſatiam* noſtram continebat, *Attico*, ſiue *Ettico*, de quo ſupra præfati ſumus, Maioris domus munere perfunctus apud *Childericum* & *Theodericum* Regem, auctor cœnobiorum *Ebershaymünſter* & *Horbburgenſis* ſiue *Altitonæ*, quod in honorem filiæ S. *Ottiliæ* inceperat. Ad quem Rex herus, huiuſmodi epiſtolium dedit: *In Chriſti nomine Theodericus Rex Francorum vir illuſtris, Attico Duci, & Adalberto Comiti, cæteriſque fiſci noſtri exactoribus. Illud nobis ad æternam retributionem credimus in Dei nomine proficere, ſi petitiones hominum religioſorum protectione ſolidemus. Atque ideo cognoſcat magnitudo veſtra, venerabilem virum patrem noſtrum Erhardum Abbatem, & miſſum ſuum Rudbertum monachum, ſerenitati noſtræ ſuggeſſiſſe de hominibus ingenuis, qui in Mundeburde monaſterii Noviarenſis, quod in honorem ſingularis patroni noſtri S. Mauritii ſociorumque eius conſtructum eſſe videtur,* & quæ ſequuntur. Is *Atticus* progenuit VI. liberos, videlicet *Adalbertum*, cuius diploma regium mentionem facit; *Hettonem*, qui in diuiſione *Briſgoiæ* ſuerat tractum ſortitus, auctor cœnobii Ettenheym prope oppidum Kenzingen ditionis Auſtriacæ; *Hugonem*, cui euenerat in diuiſione *Alſatia* inferior, vbi filios *Bleon Bleonvvyler* condiderat; & *Bataconem*, qui vallem Willertall ac Obbrechtstall in poſſeſſionem acceperat; *Ottilſam* & *Roſvvyndam* filias, quæ velo ſacro veſtitæ, in Cœnobio Hochberg ſupra *Seleſtadium* matris fundatione monaſticen profeſſæ, ob vitæ continentiam poſt mortem miraculis claruerunt & in Sanctorum numerum relatæ ſunt: Quarum *Ottilia* Abbatiſſam egerat, & ſob monte aliud monaſterium Nidermünſter extruxerat, de qua Hiſtoria refert, quod continuis lachrymis ac precibus patrem *Atticum* è pœnis gehennæ liberârit, quod ſe cæcam expoſuiſſet & fratrem *Adalbertum* occidiſſet, qui tamen ſecundum alios non interfectus patri ſucceſſiſſe in Ducatu traditur, & haud procul *Argentorato* in inſula *Honau* monaſterium condidiſſe, cuius monachi poſterius *Argentoratum* ad *veterem Petrum* tranſlati ſunt, itemque alterum intra mœnia *Argentoratenſis* vrbis pro Veſtalibus ad Diuum *Stephanum*, vbi filia *Adalberti Attala* primam Abbatiſſam egit. Is *Adalbertus* Dux, ex neſcio qua coniuge, progenuit *Eberhardum* Ducem *Auſtraſiæ* & *Alemannorum*, autorem *Murbacenſis* Abbatiæ anno 729. (cuius natus ex *Faltonora* Schwartzach monaſterium prope *Weiſſenburgum Rheni* fundauit anno 724.) *Maſonem* Regem fundatorem Maßmünſter, cœnobii Sanctimonialium in *Sundgoia*, & *Luitfridum* Comitem, qui ex *Hiltrude* Comitiſſa *Habenſpurgenſi* in *Romarico* monte, ſecundi *Otbrechti* de *Abenſpergo* à *Theoderico* Rege *Francorum* deſcendentis filia, eos in orbem induxit, qui Comites *Habſpurgenſes* primo, deinde vero, arridente fortuna, Comites *Altpergenſes*, *Dagsbergenſes*, *Egesbaymenſes*, *Ergouienſes*, Landgrauii *Alſatiæ*, *Briſgouiæ* & *Lauffenburgi* Comites, poſtremo vero *Auſtriæ* Archiduces inaugurati, late in *Bohemiam*, *Hungariam*, *Hiſpaniam*, *Apuliam*, *Siciliam*.

Siciliamque fines extenderunt, *Burgundia*, *Brabantia*, *Lutzelburgi*, *Homonia*, hoc eſt veteris *Lotharica* Prouinciæ Duces & fuerunt plures, & in hodiernum vsque diem feliciter eſſe dignoſcuntur. Ad quos antequam ſermonem conuertam, *Adalberti*, de quo loquimur, *Auſtraſia* Ducis in *Edelſaſſia* fratres, eorumque genealogias explicabimus. Qorum *Hetto*, *Briſgouia* agrum ſortitus, Ettenhaym conſtruxit, duobus relictis filiis, *Hugone* & *Alberico*. *Hugo* vero partem *Alſatia* ac Wilertall accipiens, ex *Ermentrude* S. Remigii Præſulis Argentoratenſis ſorore, *Bleonem* & *Bodalum* filios procreauit. Et *Bataco* ſortitus vallem Wilertaller in *Ergouia*, *Beronem* reliquit. Quorum poſt ſe reliquere, *Hettonis* quidem natus *Hugo* primus *Ettonem* Abbatem vallis S. Gregorii & poſtea Epiſcopum Argentoratenſem, auctorem *Ettenhaymenſis* cœnobii; *Albericus* vero alter genuit, *Otbertum*, *Hugobertum*, *Eberhardum* & *Theobaldum*, Comites, quos *Luitfridus Adalberti* filiorum tertius dicitur adoptâſſe, & *Habſpurgenſium* ſtirpem Orbi aduexiſſe. *Hugonis* vero ſecundi filii, *Hugo*, *Gerbolus* & *Egino*, vnde Eginesheym & Gerbelsheym, loca *Alſatia*, nomina ad poſteros transmiſerunt, ante diem rebus humanis exempti fuere: filiæque *Attala* ac *Raduna* ſacris initiatæ monaſticen in Eſchaw cœnobio profeſſæ ſunt. *Bero* denique *Bataconis* filius fundato *Beronenſi* cœnobio in *Lympurgenſi* caſtro, arcem quoque Beronſtayn conſtruxit, pater *Alberti* & *Hugonis* Magni, quorum primus accepta in poſſeſſionem Obbrechtstall Comes ab *Haringen* fuit; alter vero Dominus in Grauenpan, Franckenberg & Reſtenholz, condidit Hugoſshouen/ & ibidem monaſticen profeſſus eſt, cuius oſſa ceu aliculus gigantis *Maximilianus* Cæſar admiratus dicitur. Huius filia, Comiti cuidam nupta, Comites ab Egeßhaym orbi intulit. Suot & qui alteram Comiti ab Hochenberg nupſiſſe tradunt, indeque factum eſſe, vt *Rudolphus*, qui poſtea Cæſar ſalutatus fuit, & familiam ſuam in *Auſtriam* alteram illam Danubianam propagauit, ab *Alberto* Comite ab Hochenberg ſocero dotis loco in *Alſatia* accepit arcem Ortten berg & Obbrechtstall vallem. Redeuntes itaque ad *Luitfridum* tertium illum Ducis *Adalberti* filium, & *Eberhardi* Ducis autoris *Murbacenſis* cœnobii, fratrem, cum *Heltrudem Otberti* tertii Comitis ab Altperg & Abendesperg in matrimonio haberet, & ſtirps illa, de qua loquimur, Comitum ab Abendesperg defeciſſet, hæreditatem magnam adiit. Quippe & ſororiorum ſuorum, *Luitfridi*, *Humfridi*, *Reymperti*, *Gelbonis*, ac *Amprinchti* ditiones in *Romarito* monte, & *Briſgouiam*, itemque *Rudhardo* patruele mortuo, *Edelſaſſiam*, & *Maſone* denique in fluuio *Tolder* ſuffocato, *Sundgouiam*, cum proximis prædiis Egeßheym, Morßwyler/ Mollingen/ Mülhuſen/ Speckbach, Baldersdorff/ Dann/ Damakilch/ Karſpach, Brumbach/ Staynaprun/ Uffholz/ Swertz, & totum, quod dicitur, Lanßerambt comparauit. Cuius, vt dixi, ſororii Comites ab Altperg & Abendisperg/ *Luitfridus*, *Humfridus*, *Reympertus*, *Gelbo* & *Amprinchtus*, in S. *Trudberti* monaſterio, tertio à *Friburgo Briſgouia* milliario, ſepulti cernuntur, quod poſteri Abbatiæ honore decorauerunt. Primus autem Abauus *Otbrechtus Theoderici* Regis *Auſtraſia* exulis filius, ob paſſionem S. Martyris *Trudberti*, qui frater fuerat S. *Rudberti* Iuuauienſis primi Epiſcopi, ſacellum poſuerat anno 642. Is *Otbrechtus* Comes ab Altperg & Abendisperg/ ſtirpis *Auſtraſia* Regum, ex *Rotimunde* quadam Comitiſſa, ſiue vt alii volunt, *Euphemia Sueui* Comitis nata, cuius ditionis *Briſgouia* tum fuerat, progenuit, *Babonem* Landgrauium primum *Edelſaſſia*, quæ *Alſatia* poſtea dicta fuit, vnde Bobelhaym & Bobenwyler nomina ad poſteros loca tranſmiſere; *Otbrechtum* ſecundum, Comitem *Briſgouia*, ſiue vt tum vocabatur *Neomagenſem*, qui ſacellum S. *Trudberti* à patre inceptum finierat, ac de latronibus ſupplicium ſumpſerat; *Reynbertum* ſiue *Reymprechtam* à fama *Rheni* amnis, & *Ettonem* primum Abbatem *diuitis Augia* à S. *Pyrminio* Epiſcopo Meldenſi conſtitutum. *Babo* rurſus *Amprinchtum* genuit, *Rotbrechtum* & *Erentrudem* Comitiſſam à Geus. *Amprinchtus* porro *Otpertum*, de quo locuti ſumus, hoc nomine tertium, cuius filia *Luitfrido* Comiti nupſerat, *Eberhardi* Ducis *Alemania*, ſiue *Auſtraſia*, fratri, qui *Murbacenſem* Abbatem ſub *Theoderico* Rege conſtituit anno 729. extinctisque ſine prole maſcula fratribus, Comitatum Altperg/ Habensperg in *Romarico* monte, & *Briſgouiam*, in ſuum tranſtulit ſtemma, procreatis ex *Habenſpurgenſi*, *Hugoprechto*, *Otbrechto* quarto, *Eberhardo* & *Theobaldo*, filiis. Quos cum *Alſatia* ditione *Carolus* Martellus, de quo ſupra dictum eſt, Dux *Auſtraſia* & Maior domus *Francia*, *Pipini* Regis pater & *Caroli* cognomento Magni Imp. auus, expulſiſſet, factum eſt, vt in anguſtias redacti, Comitatuum alius aliud nomen vſurpârint, à Romerſperg videlicet, Habenſpurg/ Altperg/ Weyſſenburg/ Dagßberg/ Egeßhaym. De *Hugoprechto* ſunt, qui hæc intelligant Rheginonis: *Anno Domini* 858.

Fratres Adalberti Ducis.

Comites ab Egeßhaym. Habſpurgenſium ſtemma ſubſidium.

Prædia Habſpurgenſium primorum.

Comites Habſpurgenſes in S. Trudberti monaſterio ſepulti.

Lotharius

Lotharius Rex Hugoberto Abbati Ducatum Iuram & montem Iouis commiſit, eo quod eum fideliſſimus putaretur, vtpote affinitate coniunctus propter ſororem Thietbergam. Cuius hiſtoriæ etiam Otto Friſingenſis meminit lib. 6. Chron. cap. 2. Erat autem *Thietberga* legitima *Lotharii* ſecundi Regis vxor, cui *Waldradam Guntheri* Colonienſis Epiſcopi ſororem ſuperinduxerat, & in Eccleſiæ idcirco cenſuram inciderat.

Zaringenſes Principes.

Ab hoc *Hugoberto* Auentinus *Zaringenſes* Principes deriuat, cuius ſtirpe poſt ſæculum deſinente crediderim, fratris *Eberhardi* ſtirpem in *Brisgouia* ſucceſſiſſe. Scribit enim *Vitikyndus* in hiſtoria Saxonum, cum de Ottone primo loquitur: *Tractum tam diu bellum Eberhardus conſiderans, vltro non ceſſit, quin contempto Rege & iure ſpreto ac iuramentorum religione, conſerta manu cum Giſelberto ad incentiuum bellorum pariter conſpirauit, nec contenti regno Occidentali ſolummodo, in Rhani etiam Orientalem agrum depopulandum cum exercitu demerguntur. Hac cum audiuntur in caſtris Regis, qui ea tempeſtate contra Briſeck & alias Vrbes, quæ erant Eberhardi ditionis, pugnabat, multi ſe caſtris continebant.* Ad hæc pertinet diploma *Henrici* tertii de anno 1047., in quo hæc nominatim verba leguntur: *Qualiter nos ob interuentum & petitionem dilectæ contoralis noſtræ Imperatricis Agnetis, nec non fidelium meorum Eberhardi, Bertholdique, Comitum, cuidam fideli noſtro Meginrado dedimus vnum regalem manſum in villa* Waldtkirchen *in pago noſtro Alpgouia in Comitatu Berchtoldi Comitis ſitum, &c.*

Waldkirch prope Friburgum.
Sciſſio Habſpurgenſis domus.

Et ſic inclytum iterum ſtemma *Habſpurgenſium*, quod recens fuerat propagine Ducum *Auſtraſiæ* reſtitutum, vt diximus, diuidi cœpit in Comites *Brisgouienſes*, qui Duces *Zaringenſes* poſterius ab arce, & quod Ducatum *Sueuiæ Berchtoldo Henricus* tertius promiſiſſet, eoque dempto *Carinthiæ* Ducatum conceſſiſſet, nominati fuere, & Comites ab Habſpurg & Altperg. In quorum primis ad famam venerunt, Chronologiæ cogniti, *Bertholo* in *Hirſchaugia* ſepultus, cuius filii, *Hermannus* Monachum Cluniacenſem egit, *Gebhardus* ex Monacho *Hirſchaugienſi Conſtantienſis* Præſul, & *Berchtoldus* cœnobii *S. Petri* in *nigra ſylua* prope Waldtkirchen autor anno 1077. *Bezzo Bertholonis* frater Præpoſituræ *Waldtkirchenſis* fundator, & arcis Scharpffenſtayn conſtructor, ex Comitiſſa à Sumeberg genuit, *Rapatonem Ergouiæ* Comitem & nouæ *Habſpurgi* arcis conditorem, à quo *Auſtriæ* poſterius Principes proceſſere, *Rudolphum* primum & *Berchtoldum* cognomento *Barbarum*, *Brisgouiæ* Principem, cui diximus *Sueuiæ* fuiſſe Ducatum cum filiæ matrimonio ab Henrico tertio Imp., cum animam ageret, promiſſum, & qui poſtea *Carinthiæ* ab Henrico IV. Principatum beneficio acceperat, etſi neutrius poſſeſſionem conſecutus Ducis ſolum ex ea occaſione nomen primus vſurparit.

Carinthiæ Dux Zaringenſis.

Duas matrimonio vxores habuit, primam *Mathildem* Comitiſſam à Rhynfelden, & ſecundam *Richardam Carinthiæ* poſtremi Ducis filiam, cuius matrimonii ergo *Carinthiam* beneficio Imperii conſecutus fuerat, etſi obtinere illum iam occupatum ab altero nequiuerit. Ex his duos filios genuit, *Chunradum*, ac *Berchtoldum* tertium *Tigurinenſem* Aduocatum ab Henrico V. conſtitutum. Fertur & ſororem habuiſſe, *Margaretam* nomine, Comiti *Kyburgenſi* nuptam, cui pro dote arcem *Friburgenſem* dederat eo tempore, cum nondum illi ciuitas iuncta fuiſſet. Quem tamen ſororius inde expulit & in *Turgouiam* fugauerat, vbi conſtructa arce *Kyburgenſi*, *Wittoduri* ruinas renouault & Wintterthur appellauit.

Wittoduri, Winterthur.

Porro filii *Berchtoldi*, *Chunradus*, cum *Chunrado* tertio primo Cæſari bellum faceret, ac ſeditionibus excitatis occupare *Sueuiæ* Ducatum conaretur, proſcribitur magna parte *Hochbergenſis* Marchionatus priuatus, (in qua *Veronenſes* Marchiones exules recepti ſunt) in vaſto nemore *Hercinia* delituit, prædiis retentis, inter quæ *Teccenſis* Comitatus fuerat, vnde Duces *Teccenſes* rite deſcenderunt, à filiis ſc. *Hugone* & *Alberto*, ſepultis in Aw *Wirtenbergiæ* monaſterio, quorum frater *Rudolphus Lauſanenſem* Præſulem egerat.

Ducum Teccenſium origo.

Otto Friſingenſis lib. 1. de rebus Friderici primi c. 26. expulſionem factam à Friderico primo memorat, dum adhuc in minoribus eſſet, & cæteris locis ſubiugatis, arcem quoque *Zaringenſem* expugnatam fuiſſe. Et hæc ſecunda ſciſſio inclytæ domus *Habſpurgenſis*.

Secunda Sciſſio Habſpurgenſis domus.

Atqui frater exulis, de quo locuti ſumus, *Berchtoldus* tertius, cum Cæſaris gratiam retineret, in Præfectura *Tigurinenſi* cum à *Chunrado* tertio tum à *Friderico* I. Imp. confirmatur. Is eſt, qui *Friburgum Vchtlandiæ* condidit, & ductâ *Rudolphi* Comitis à Rhynfelden filiâ *Annâ*, ſocero poſtea in Cæſarem ſublimato, Ducatus *Sueuiæ* conſequendi ſpem acceperat, qua tamen mox, illo inter initia regni ab Henrico IV. interfecto, cecidit, ſed lenito eius animo ab Henrico, vt verbis vtar Vrſpergenſis, Ducatus *Carinthiorum* ei committitur, quem poſtea filio ſuo æquivoco ipſius rogatu *Henricus* Rex commiſit, ſed poſtmodum quorundam inſtinctu eundem Ducatum *Lutolpho* conſanguineo ſuo dedit. Sunt qui hunc ſcribant, mortuo *Henrico* ſexto poſtulatum in Cæſarem fuiſſe, ſed recuſâſſe, & *Philippo Sueuiæ* Duci Henrici defuncti

germano

germano ceſſiſſe, qua de re extat mentio in Decretalibus, quoniam *Innocentius* hunc ad culmen Imperii euehere conabatur, & non ita multo poſt, cum *Welphoni* aduerſus *Hugonem Tübingenſem* Palatinum auxilio profectus *Alſatas* armis eneruaret, prope Molßhaym interſectus, eum ex duabus vxoribus, *Rhynfeldenſi* & altera *Sophia Saxona*, tres filios ac totidem filias reliquiſſet, videlicet *Berchtoldum* quartum, qui *Bernam* condidit & *Briſacum* renouauit, *Cunradum* Minoris *Burgundiæ* Comitem, & *Rudolphum*. Filiarum *Luitgardis Gotofrido* Comiti à *Kalw*, ſecunda cuidam *Wilhelmo Burgundo*, & tertia *Egenoni* Comiti ab Aurach nupſere, quarum ex poſtrema nati ſunt, *Chunradus* Epiſcopus Portuenſis Cardinalis, & *Berchtoldus* Abbas Lucernenſis. Porro de *Berchtoldo* tertio, huius, de quo locuti ſumus, filio, adnotauit Vrſpergenſis, in Regem illum ob diuitias à quibusdam poſtulatum, incitatumque ab *Innocentio*, ſed (vt vtamur verbis ipſius) cum diffidere cœpiſſet de expenſis ad obtinendum Imperium, rediit ad gratiam *Philippi* Regis, accepitque ab eo beneficia & homagium ſibi fecit. Idem refert, fidei ſeruandæ apud *Coloniam* vades dediſſe *Philippo* nepotes ſuos ex ſorore *Eginonis* Comitis *Vracenſis* filios, *Chunradum* & *Berchtoldum*, qui in periculo conſtituti, monaſticeo vouerunt; quorum alter, vt ante diximus, Epiſcopus *Portuenſis* Cardioalis poſteà creatus eſt, alter vero Abbas *Lucernenſis* electus fuit. Reliquit autem liberos, ſuæ ſtirpis iam à cæteris *Habſpurgenſibus* deciſæ poſtremos, *Rudolphum* Moguntinum Præſulem, & *Berchtoldum*, qui ab *Ottone* IV. *Turgouia* & à *Friderico* ſecundo *Burgundiæ* gubernator cooſtitutus fuerat, autor *Villingenſis* vrbis & cœnobii *omnium Sanctorum* in *nigra ſylua*, & qui *Bernam* Imperio donauerat, mortuus *Friburgi Vchtlandiæ*, vt verſiculi indicant tumulo inſcripti:

Cum bis ſexcentis terſenis iungitur annis,
In Friburg moritur Berchtoldus Dux Alemannus.

Genuerat ex Marchioniſſa *Vogburgenſi* Boiaria filios, *Berchtoldum* & *Fridericum*, ſed in pueritia veneno ſublatos. Itaque ditionem relictam Imperii beneficio impetrârunt ſororii, *Brisgouiam* cum *Friburgo* Egino Comes *Fürſtenburgenſis*, *Vchtlandiam* vero cum altero *Friburgo*, *Neuburgo*, & Thermis *Heluetiorum*, *Henricus* ac *Chunradus*, Comites *Friburgenſes*. Et hæc de prima illa ſectione ioclyti generis Comitum *Abenſpergenſium*, cuius, vt diximus, caput *Hugobrechtus* ille fuit, ex Abbate Beneficio Lotharii ſecundi Cæſaris Dux ioter Alpes *Graias* ac *Iuram* montem creatus, cuius fratres, *Otbrechtus*, *Eberhardus* & *Theobaldus*, tres inclytas familias auſpicati fuerant: *Otbrechtus* quidem Comitum *Habſpurgi*, *Eberhardus* Comitum *Kyburgenſium*, & *Theobaldus* Comitum *Pfyretarum*. Sed nos relictis duabus, *Otbrechti* ſucceſſionem indicabimus, qui ex *Wilrada Sabaudia*, ſiue *Prouincia*, Comitiſſa, quæ obiit anno primum 923. tulit *Luitfridum*, *Reynbertum*, *Hugonem*, *Gelbonem* & *Amprinchtum*, ſiue *Ampertum*. Quorum ſorores, *Dorothea Carolo* Comiti à *Salmis*, altera vero *Sundgouia* Comiti eiuſdem generis locatæ fuere. Ac *Reynbertus* quidem ex *Aleſia* Comitiſſa à *Bouro* nullam prolem tulit; *Luitfridus* vero, *Arnolpho* imperante, ex *Leutegarde* quadam *Hunifridum* tulit, *Hugonem* in Obbrechtstall & *Luitfridum*, in ſeditione Ruſticana ad *Danubium* cum Duce *Sueuia* occiſum anno 954. cum liberos tuliſſet, *Erchenbaldum* & *Erentrudem*, *Chunrado* Comiti à Stratlingen Burgundo nuptam. Hi ſunt, quorum in fundatione Abbatiæ S. *Trudberti*, in qua primi eius gentis ſepulti viſuntur, diploma meminit, euius exemplum poſtea ioſeremus. Et quamuis *Erchenbaldus Leuthardum* genuiſſet, cuius filius *Otto* dicitur extitiſſe ex *Erentrude Francia* Duciſſa *Argentoratenſium* Præſul, *Hedvigen* & *Luithardam*, quarum alteram *Rudolphus Burgundiæ* Rex in cooiugio habuerat; tamen deſioente ſtemmate *Fuitfridi* tertii filii, qui rerum io *Brisgouia* potiebatur, *Hunifridus* Comes in Künigshouen/ *Luitfridus* quartus Dominus *Sundgouiæ*, & *Hugo* in Egeneßhaym agros ſortiti, ſucceſſionem ſoli tenuere, *Arnolpho* imperante, à quorum *Hugone* Egeneßhaym/ hoc eſt, Egeßhaym & Dagſperg defluxere. Cuius ſtirpis *Bruno*, ex *Tullenſi* Antiſtite in Romanum electus Pootificem inter initia *Henrici* tertii, *Leonis* noni nomen aſciuit, *Adalbertus* Comes à *Dagſperg*, Pontificis germanus, obiit anno 1036. ante quos *Theodericus* ab Ottone tertio *Alſatiæ* Landtgrauius conſtituitur, *Stephanus* cœoobium Sterbfeld, haud procul ab *Argentorato*, & *Hugo*-Berg cœnobium prope *Colmariam* anno 1144. auſpicatus eſt. *Theodericus* quinque alter ex *Bertrude Roberti* Comitis *Hollandiæ* nata genuerat, *Henricum* in Comitatu Egeßhaym ſucceſſorem, & *Theodericum* tertium *Flandriæ* Cumitem, quem ſecuti ſunt ordine *Flandriæ* Principes. *Theodericus* quartus in *Flandria* Comitatu à

Tres ſtirpes à tribus Comitibus.

Comites ab Egesbaym & Dagſperg ex Habſpurgenſibus.

Friderico primo confirmatus; *Matthæus* cognomento *Elſaſſer*, *Petrus* Cameracenſis Præſul, & *Philippus* poſtremus, qui auxilio profectus terræ ſanctæ & regno *Hieroſolymitano*, inſignia *Flandriæ* primus ex meritis impetrauit, atrum ſcilicet Leonem in luteo clypeo anno 1178.; ſepultus *Hieroſolymis* ſui generis ultimus. Quippe in Comitatu Egeſhaym cum duo *Henrici* rerum potiti fuiſſent, vnica filia ſuperſtite, *Ludouicus* Comes *Ottingenſis*, qui illam in matrimonio habuerat, Imperii beneficio *Alſatiæ* ſuperiorem Landtgrauiatum accepit, quem Epiſcopo poſtea *Argentoratenſi* vendidit, in cuius adhuc obſequio illa manet *Alſatiæ* pars. Sed relicto ſtemmate *Hugonis*, ad fratres orationem reducamus, *Luitfridum* videlicet *Sundgoiæ* Comitem, & *Humfridum* in Künigßhouen Dominum, eorumque patrem *Luitfridum* tertium, qui in *Briſgoia* ditionem ſortitus, S. *Trudberti* martyris, qui ſub *Otbrechto* primo paſſus fuerat, ſacellum in baſilicæ iuſtæ amplitudinem euexit, adiecto conuentu fratrum, quibus Abbatem ac prædia certa deſignauerat, vt literæ, quæ in monaſterio S. *Trudberti*, vbi Comites ab *Habſpurg* antiquiores conditi ſunt, ſuperſunt, teſtantur, *Arnolpho* imperante ſcriptæ; quorum exemplum inſerere libet, vt appareat, quam vetuſta *Habſpurgenſium* gens exiſtat: Nam & hodie ea prædia cuncta *Auſtriadum* domus inclyta poſſidet; & *Abenſpergios* nominatos, qui poſtea *Habſpurgenſes* dicti ſunt, Otto etiam Friſingenſis teſtatur, eum de *Alberto* Comite, *Rudolphi* Cæſaris parente, loquitur: *Simili modo Rudolphus Comes de* Pfullendorff *ſororius Comitis de Bregantia omnia prædia hæredis loco Imperatori tradidit. Pro his Imperator Alberto Comiti de* Habenſperg, *qui filiam Comitis Rudolphi in matrimonio habebat, conceſſit Thuricenſem Comitatum, Aduocatiam Seckingenſis Eccleſiæ cum prædiis conquiſitis de Biedertan.* Sed venio ad textum literarum:

Litera de Comitatu Habſpurgi antiqua.

Quid ſalubrius atque utilius poteſt quiſque cogitare, quam ſuo Creatori ſe ſuaque ſubiugare, de caducis atque tranſitoriis æternam vitam dum valet mercari, Domino monente atque teſtante: Quid proficit homini, ſi mundum uniuerſum lucretur, animæ vero ſuæ detrimentum patiatur? Et illud Sapientis: Redemptio animæ ſunt propriæ diuitiæ. Ideo ego Luitfridus Comes de Abendſpurg *in nomine S. Trinitatis. Quod nobis ſuggerit honeſtas ſacerdotum, clariſſima dignitas Regum, omniſque induſtria fidelium, decreui deuota mente quoddam monaſterium in honorem Dei conſtructum, & Apoſtolorum Petri & Pauli, & S. Trudberti Martyrii, qui ibi coronatus eſt & ipſo ſanctiſſimo corpore requieſcit, cæterorumque Sanctorum, quod à præterfluente fluuiolo Numaga, nunc monaſterium S. Trudberti vocatur, reſtaurare & augmentare, cum ædificiis omnique ornatu ad diuinum cultum pertinentibus. Quod ego à fratre meo Hugone in partem hæreditatis poſſedi. Vnde diuino amore compulſus, animæ meæ & progenitoris atque ſucceſſorum ſuorum, quodquid per chartam traditionis donatum fuit ab anteceſſoribus meis, Otberto videlicet, quo inductor fuit pretioſiſſimi martyris, & Reynberto, cæteriſque fidelibus, eandem vallem cum omnibus illi adiacentibus à monte Samba, vbi oritur Numag, cum montibus, collibus, pratis, paſcuis, ſyluis, vallibus, cultis & incultis, ab ortu ſupradicti fluminis vsque ad flumen* Metzinbach, *ex utraque parte montium, in integrum atque per totum, conſentientibus filiis meis, Humfrido, Luitfrido, & Hugone, trado atque transfundo Walderico Abbati ac fratribus ibi Deo ſeruituris, ut habeant, teneant atque poſſideant perpetualiter ſine omni contradictione. Inſuper ego cum conſilio filiorum meorum, atque rogatu, ut propenſius & devotius memoria mei meorumque filiorum augeatur in præfato monaſterio; exceptis his, quæ prænominavimus, ex alia mea hæreditate donavi ad ipſum locum, hoc eſt, in Mortonanſa, in Bichinheym & in Witelingbach & in Gamyniſchart in Alſatia, & in Burchkeym, & in Lymenhuſen, quidquid habere in his locis viſus ſum; ad altare, vbi deſidero meum eſſe ſepulchrum, dedi ſpecialiter in Columbra vnam Huebam, vt eam habeat cuſtos altaris & procurator, ad memoriam mei libentius peragendam. Hæc ego donaui de mea parte, quæ me contingit propria hæreditatis. Sed & præfati filij mei, pro Dei amore & Sanctorum eius, quorum memoria & honor ibidem aſſiduè celebratur, ex ſua quiſque parte, quæ ſe contingit propria hæreditatis, ad ipſum locum dederunt: Humfridus videlicet, qui maior eſt in illis natu, in Nordgoue vnam curtim, quæ dicitur Kunigniſhouen; Luitfridus in Sundgonia in Suonuaniſheym, Hugo in Egeneſheym. In his prænominatis locis ego ipſe Luitfridus & iam prænominati filij mei, quidquid viſi ſumus habere ad præſens, ad ſupradictum monaſterium per totum, ſinguli quique noſtrûm, ex ſe pari voto conſimilique conſilio donamus atque tradimus, vt Abbas ipſius loci cæterique monachi firmum teneant, nullo hominum contradicente perpetuo poſſideant. Decimationem etiam in Sindhouen & in Gundelßheym de noſtris rebus concedimus eis ſimili ratione. Ipſi vero Monachi in ipſo loco conſtituti poteſtatem habeant eligendi Abbatem inter ſe, qui eos regulariter poſſit & digne regere. Ipſi quoque filij mei Advocati ſint rectiſſimi ipſius loci atque autores & defenſores, & hæredes ipſorum. Et ſub eorum tutela ipſum monaſterium cum omnibus pertinentibus tam cautè & iuſtè defendatur, quatenus ſint reddi-*

Hæc omnia adhuc loca Auſtriæ ſubſunt, & Mortonanſa eſt tractus à Krutzinga Offenburgum.

turi

turi inde rationem. Sed & Abbos, quem ipſi conſtituerint, poteſtatem habeat ad procurandum. Ipſarum rerum à fratribus nihil inde ſeruitij aut cenſus exigatur à filijs meis vel ſucceſſoribus eorum, aut ab vlla perſona, per Dominum omnium creatorem obteſtantes, vt electum Abbatem nullus audeat, pro pecunia aut per aliquam occaſionem iniuſte deponere aut conſtituere. Et ſi aliquis conatus fuerit hoc facere, niſi cito reuocatus ab hoc cœpto tam nefario, eam acceptor pecuniæ quam dator, & quicunque inter eos mediator fuerit, cum Mago Symone, qui Spiritus Sancti dona æſtimauit emere pretio pecuniæ, & eſt præcipitatus Apoſtolico authoritate in profundum tartari, & cum Iuda Scarioth, qui Dominum Chriſtum vendidit pecunia, damnetur æterna perditione. Et ſi quiſquam hæredum meorum, ſiue prohæredum, ſiue qualiſcunque perſona, in aliquo infringere aut irritare ſtuduerit, quæ cum conſenſu filiorum meorum deuota mente ad ſeruitium Dei contradidi, donaui, firmaui, in vltimo Dei magno & horrendo iudicio cogantur inde reddere rationem, & ab æquiſſimo iudice damnentur æterno ſupplicio: Hæc ex longè antiquiſſimis fundationis literis. Et quoniam de *Hugonis* poſteritate, cui Egeneſheym pater diſtinxerat (vnde Comites ab Egeſhaym & Dagsperg deriuauimus) ſupra dictum eſt; de *Hunifrido* porro Genealogiam deinceps ex fide rerum, orationem continuabimus. Quem diploma, quod *Arnolpho* imperante ſcriptum eſt, maiorem natum inter fratres facit & prædia in *Nordgonia* & Künigshouen accepiſſe, hoc eſt tractum ditionis paternæ ſeptentrionalem in *Nigra Sylua* & *Edelſaſſiam*. Genuit vero is ex *Anaſtaſia* Marchioniſſa à Ranſperg *Ruthardum* cœnobii *Gengenbacenſis* prope *Offenburgam* locupletatorem, quod multo ante Comes *Rotharius* ſub *Pipino* Rege conſtruxerat anno 752. & *Guntramum*, qui ſucceſſionem ſtirpis ſeruauit, qui circa annum ſalutis floruit 950. & ex duabus vxoribus, vna *Brigantina* Comitiſſa, & altera *Itha Alberonis* Comitis à Kalb filia, quatuor filios ſuſcepit, *Bertilonem* Comitem ab Altperg (cuius vt Comitis meminit Otto Imp. III. de anno 993. in fundatione *Sulczbergenſi*, vnde, *Eberhardi* ſtemmate deſinente, Comites & Duces *Zaringiæ* defluxerunt) *Gebiczonem* Præſulem Conſtantienſem, fundatorem cœnobii Weyſſenaw prope *Rauenſpurgum*, *Conczelinum* & *Beczelinum*, ſiue *Beczonem*, vnde Comites *Habſpurgenſes* in *Ergonia*, & poſtmodum Comites à *Lauffenburgo*, *Auſtriaque* Archiduces, de quibus hac ſectione agimus, deſcenderunt. Atque is ſane ſortitus *nigram ſyluam*, cum tractu S. *Trudberti*, ac arcibus Altperg/ Scharpffenſtayn & Eintall/ ex Comitiſſa *Suneburgenſi* vnam filiam *Kyburgenſi* Comiti nuptam, & tres filios tulit, *Wernherum* Antiſtitem *Argentoratenſem*, qui *Conſtantinopoli* in legatione obiit, *Rudolphum*, qui Othmarshaym fundauit circa annum 1060. & *Eginonem*, cui poſterius Duciſſa à Deck iuncta fuit, & *Rapatonem* authorem *Murbi* cœnobii prope *Lucernam*, nouæque arcis Habſpurg ibidem conditorem. Itaque *Beczelinus*, cum Waldkirchen Præpoſituram ſopra *Friburgum* & Salzberg cœnobium poſuiſſet, vnicum *Rapatonem* reliquit, qui generis tenuit ſucceſſionem. Is vero ex Duciſſa *Lotharingiæ* tres filios procreauit, & vnam filiam *Richenſam* Comiti à Lenzburg collocatam; filiorum *Otto* interficitur anno 1046. *Albertus* obiit 1052. *Wernherus*, qui ſolus ſucceſſionem tenuerat, ex duabus feminis, *Heldegarde* Comitiſſa à Pfyrd & *Itha* Comitiſſa à Thierſtayn, progenuit, *Wernherum* ex Canonico Argentoratenſem Præſulem, *Adalbertum* & *Ottonem*, qui poſteritatem propagauit, & ex *Sibilla* Comitiſſa à Pfyrd & *Adelheide* Comitiſſa ab Homburg reliquit Adelheyden Comitiſſam ab Henneberg, *Rudolphum* ſecundum, *Marcquardum*, qui in literis citatur de anno 1131 & *Wernherum* tertium, qui genus ſeruauit procreatis liberis ex Baroniſſa à Starckenberg/ *Alberto* cognomento *Diuite* Comite ab Habſpurg/ & duabus filiabus, quarum Richenza Comiti à Pfyrd & *Gertrudis* Comiti *Montis-Belgardi* nupſere. *Albertus* igitur, qui proſapiam continuauit, hoc nomine in illa ſecundus, quem diximus Diuitem cognominatum fuiſſe, ex *Itha* Comitiſſa à Pfullendorff genuit, *Albertum* tertium, qui ſine prole obiit, *Rudolphum* tertium, qui poſteritatem propagauit, & *Berchtam* Comitis à Leyningen coniugem. Illius extat mentio in Ottonis Friſiogenſis Epiſcopi à me repertis Auſtriæ Chronicis; cum de Friderico I. Cæſ. loqueretur: *Simili modo Rudolphus Comes de* Pfullendorff/ *ſororius Comitis de Bregantia, omnia prædia ſua, hæredis loco Imperatori tradidit. Pro his Imperator Alberto Comiti de* Habenſperg, *qui filiam Comitis Rudolphi in matrimonio habebat, conceſſit Thuricenſem Comitatum & Aduocatiam Seckingenſis Eccleſiæ cum prædiis conquiſitis de Biedertan; præter hæc multorum nobilium, qui hæredibus carebant, prædio donatione vel pretio acquiſiuit, vtpote illius de* Swabach/ *de* Warbuſen/ *de* Bidretan/ *de* Kyburg/ *de* Werde/ *multorumque aliorum in aliis regionibus, quæ nobis incerta ſunt:* Hæc ille. Nos equidem, dum Bibliothecas perluſtraremus, diploma *Rudolphi* illius in Eccleſia *Seckingenſi* vidimus, quo ſe Aduocatum monaſterii illius appellat. Huius filius *Rudolphus* hoc nomine in inclyta gente

Sunt, qui Ruthardum ſeruaſſe ſucceſſionem & non Guntramum ſcribant

Principum Auſtriæ origo

Habſpurgenſi tertius, ex *Agnete Gotofridi* Baronis à Stouffen filia, duos procreauit filios, *Rudolphum* videlicet Comitem à *Lauffenburga*, vnde *Lauffenburgenſes* & poſtremi *Kyburgenſes* primordia repetunt; & *Albertum* tertium hoc nomine *Alſatiæ* Landgrauium: Filiarum *Heduigis Hermanno* Comiti *Friburgenſi*, & *Gertrudis Ludouico* Comiti à Vroburg nupſerunt. Et *Rudolphus* quidem hoc nomine in gente ſua quartus, quem diximus in diuiſione cum *Alberto* fratre *Lauffenburgenſem* ditionem ac *Seckingenſem* Aduocatiam ſortitum, ex *Berchta* Baroniſſa à Regenſperg *Wernherum* & *Gotofridum* tulit, Comites ab Habſpurg & *Lauffenburga*, ſepultos io cœnobio Wettingen prope *thermas Heluetiorum*.

Diuiſum rurſus ſtemma Habſpurgenſium.

Sic igitur rurſus facta ſciſſione in Comites *Habſpurgenſes* Landgrauios *Alſatiæ*, vnde *Auſtriaci* Principes deſcendunt, & Comites *Habſpurgenſes* à *Lauffenburga*, vnde *Kyburgenſes* defluunt, *Wernherus* quidem, quem diximus *Rudolphi* quarti filium extitiſſe, ex neſcio qua *Heduvige* genuit *Rudolphum* Epiſcopum *Conſtantienſem* apud *Auinonem* à Papa *Gregorio* conſecratum anno 1275.

Comitum Lauffenburgenſium & Kyburgenſium genealogia.

Gotofridum Comitem à *Lauffenburga* & *Eberhardum* Comitem à Kyburg/ quem in diplomate quodam *Rudolphus* Cæſar Comitem ab Habſpurg nominat cognatum ſuum. Quorum *Gotofridus Wernherum* quintum & *Gotofridum* hoc nomine ſecundum reliquit Comites à *Lauffenburgo*. Ex his rurſus *Gotofridum Rudolphus* ab Habſpurg, qui poſtea in Regem Rom. electus fuerat, orto de patrimonio & finibus certamine, bello petiit. Cuius fratrem *Wernherum* videlicet quintum ſecutus eſt *Gotofridus* tertius Comes à *Lauffenburgo*, & hunc *Ioannes*, quem à *Tigurinis* captum *Albertus* Dux *Auſtriæ* cognomento Contractus liberauerat anno 1352. Cui ſucceſſit in Comitatu *Lauffenburgo* patruelis *Hardmannus Kyburgenſis* Comes, *Eberhardi*, qui filius fuerat *Wernheri* quarti, ex vltimo *Kyburgenſi* natus. Quem ſecuti ſunt cæteri Comites, qui à tribus Comitatibus titulum vſurpabant, *Habſpurgo Lauffenburgo* & *Kyburgo*, *Wernherus* ſextus, *Hardmannus* ſecundus, *Eberhardus* ſecundus, *Hardmannus* tertius & *Berchtoldus*, qui *Ioannem* genuit huius lineæ poſtremum, qui anno adhuc 1390. in humanis fuerat; & *Vrſulam*, quam Comes à Sulz in matrimonio habuit. Quo tempore & altera ſtirpe Landgrauiorum *Alſatiæ* Principes iam in *Auſtria*, *Styria*, *Carinthia*, *Carniola*, *Tirolique* rerum potiebantur. Quorum ſtemma ab *Alberto* deducitur hoc nomine quarto, *Rudolphi* item *Lauffenburgenſis* in inclyto genere quarti, fratre, & *Rudolphi* tertii Comitis *Ergouienſis* filio.

Ex quo iſti ſunt Auſtriæ Principes?

Is *Alſatiæ* Landgrauius ab Imperio conſtitutus, (quem titulum & anteceſſores aliquot vſurpaſſe reperimus) quatuor habuit in matrimonio claras feminas, primam *Rudolphi* Comitis à Pfullendorff filiam, *Rudolphi* Cæſaris matrem, ſecundam Comitiſſam ab Egiſheym ſuo ex genere initia repetentem, cuius matrimonii ergo Wylertall & *Alſatiæ* Landgrauiatum in poſſeſſionem acceperat, tertiam *Kyburgenſem* Comitiſſam, & quartam Comitis *Montifortii* natam. Et cum ex prima, vt diximus, *Rudolphum* Cæſarem ſuſcepiſſet, ex aliis quoque tulit *Hardmannum*, *Henricum*, *Carolum* Canonicum Baſileenſem, *Albertum* Canonicum Argentoratenſem captum à *Mediolanenſibus* ſub *Friderico* ſecundo anno 1250. & duas filias, quarum *Agnes Burgundiæ* Comiti nupſit,

Brandeburgi origo.

& *Eliſabetha Friderico* Comiti à Zolern/ quem ſororius iam Cæſar in Comitiis *Noribergenſibus* in primum Burggrauium *Noribergenſem* creauerat, & cui *Brandeburgi* Principes initia ſua debent. Cæterum cum fratres nulla ſequeretur poſteritas, *Rudolphus* hoc nomine quintus Landgrauius *Alſatiæ* & Comes *Habſpurgenſis* in *Ergouia*, quem diximus faſces Imperii accepiſſe, ſucceſſionem ſolus tenuit, ditiooemque ſuam io *Pannonias* vſque propagauit, qui dum adhuc in minoribus eſſet, ex Anna *Alberti* Comitis *Hochbergenſis* ad *Neccarum* nata, progenuit *Albertum* primum ſuæ ſtirpis, *Auſtriæ* ac *Styriæ* Ducem, *Carniolæque* Comitem, *Rudolphum* electum *Bohemiæ* Regem & *Sueuiæ* Ducem, *Hermannum Sueuiæ* Principem ante diem in Rhæno ſubmerſum, *Carolum* mortuum in pueritia, & cum matre *Baſileæ* ſepultum, *Guetam Venceslai Bohemiæ* Regis, quem Sanctum vocant, cooiugem, *Mechtildem Ludouico Rheni* Palatino & Bauariæ Duci, *Agnetem Alberto Saxoniæ* Duci, qui in Regem *Hungariæ* poſtulatus fuerat, nuptui traditas. Et quoniam in Imperio conſtitutus ſenex iam *Burgundi* Principis filiam duxiſſet, ex ea tamen nullam prolem tulit. Etſi autem ad pacem propenſum ſemper animum habuerat, neceſſitate

Bella Rudolphi Cæſaris.

tamen impoſita, vndecim bella feliciter geſſit, quorum ſex in minoribus confecerat: Primum aduerſus Abbatem S. *Galli*, *Wilhelmum* Comitem à Montfort, eiusque fratrem *Fridericum Curienſem* Antiſtitem circa annum 1250. in quo *Curienſem* Epiſcopum ceperat, *Eberhardo* Domino ab Aſpermont in acie occiſo: Secundum aduerſus Comites à Tockenburg admioiſtrauit, in quo bello *Tigurenſium* auxilio Vezenberg arcem *Tockenburgenſem* ad lacum *Brigantinum* poſitam expugnauit: Tertium fecit aduerſus Dominos à Regenſperg/ qui prope *Tigurum* colebant, ad

quod

quod fida quoque auxilia *Tigurini* præſtabant: Quartum geſſit contra *Gotofridum* ſui generis Comitem à *Rhynfelda* & *Lauffenburgo*, cuius cauſa fuerat *Kyburgenſis* Comitatus, quem ſibi non minus ac fratribus, ob nouercam de *Kyburgenſi* ſtirpe deſcendentem, vendicabat, quo quidem Dominus à Tauffenſtayn interficitur, arce eiusdem nominis deſtructa: Quintum illi fuit contra *Waltherum* Epiſcopum *Argentoratenſem*, à genere Dominorum à Geroldſeck deſcendentem: Sextum cum *Henrico Baſileenſi* Epiſcopo confecit, *Vdalrici* Comitis à *Waliſchneuburga* fratre, quod annis durauit continuis nouem, ab anno videlicet 1262. vsque ad annum 1271. Cui bello cum ſe *Argentoratenſes* commiſcuiſſent, & illorum & aliorum nomine obſeſſa *Baſilea*, in ipſis caſtris Cæſar ab Imperii Electoribus eſt renuntiatus, miſſo eo Mareſcalco *Pappenheimio* cum electionis inſtrumento. Cauſam belli fuiſſe ferunt *Briſacum* & *Neuburgam Rheni*, quas ad ſe pertinere Epiſcopus contendebat. Componitur, mulcta Epiſcopo dicta nongentarum marcharum argenti ob deuaſtata Blodelsheym / Klyngen, Otmarſen & Rhynfelden / aliaque loca: Ciues his legibus in gratiam accepti, vt eum apparatu inſtructo *Aquisgranum* ad coronam conſequendam comitarentur anno 1274. Hæc conſequuntur ea bella, quæ in Imperio conſtitutus cum incremento gloriæ longe maxima geſſit: *Bohemicum* aduerſus *Ottocharum* Regem *Bohemiæ*, non ſolum *Auſtriæ* Archiducatum violenta poſſeſſione prementem, verum etiam omnem Imperio obſeruantiam remittentem; in quo victor bis cæſo in *Auſtria* vlteriore hoſte, & ad poſtremum ad *Stylfridum* locum ad ripam *Marchæ* amnis oſſibus albentem occiſo, filios ſuos *Albertum* & *Rudolphum Auſtriæ* authoritate Imperii Principum inſeruit, inveſtitura *Noribergæ* frequenti Ordinum Imperii conuentu celebrata. Alterum in Imperii faſtigio conſtitutus geſſit aduerſus *Rudolphum Conſtantienſem* Præſulem, qui filius extiterat *Wernheri* quarti *Habſpurgenſis* Comitis à *Lauffenburgo*, qui auxilio habebat *Tigurinos* & duos *Heluetiorum* pagos Schwitz & Vri. Quod bellum *Alberto* filio *Auſtriæ* Archiduci, fratrique *Rudolpho Sueuiæ* Principi, ante diem rebus humanis exemptus, reliquit. Qui vſi ducibus *Hugone* Comite *Werdenburgenſi* & *Eglone* à Dockenburg Comite, atque *Kyburgenſibus* cognatis ſuis, *Tigurinos* diu multumque adflixerunt. Tertium fecit *Burgundo Baſileenſi* Epiſcopo auxiliatus, *Brundruto* recuperato, & *Melancaſtro* deſtructo. Ab hoc in *Sabaudienſem* arma tranſtulit, qui *Burgundo* ſuppetias tulerat, quem auxilio tandem *Bernatum* & *Friburgenſium Vehtlandiæ* acie vicit, & ſupplici ignouit. Legitur & quartum illi, dum faſces ferret, bellum aduerſus *Bernates* fuiſſe, circa annum Domini 1287. in quo *Bernam* obſidione cinxit, exercitu XXX. millium appoſito & obſidione ad annum vsque 1289. extracta. His adde poſtremum, ſi modo bellum vocandum eſt, quod ad *Nuſſiam* aduerſus impoſtorem illum geſſerat, qui ſe pro *Friderico* ſecundo Cæſare amiſſum agebat, ac præſtigiis ſuis atque necromantica multorum non ciuium ſolum, ſed Principum etiam animos occupauerat: Hoc nullo pene labore perfecit, *Nuſſia* obſeſſa & malefico ad ignis ſupplicium rapto. Ita plenus laborum magis quam annorum, tabe confectus, cum ex *Erfordia Spiram* proficiſceretur, animam Chriſto reddidit anno 1289. 18. Cal. Auguſti, vir nulli veterum Imperatorum, eorum etiam, qui rerum geſtarum magnitudine clarent, inferior, de cuius præclare geſtis poſtrema decade rerum Auſtriacarum prolixe ex fide Hiſtorica agimus, quod olim opus, cum ad calcem perductum fuerit, & ſuis phaleris inſtructum politumque lector videbis. Cuius filii *Rudolphus Sueuiæ* Dux, ex *Agnete Ottocari* Regis *Bohemiæ* occiſi filia *Ioannem* tulit, qui patruum complicibus *Rudolpho* à Wardt / *Walthero* ab Eſſchenbach / & *Vlrico à Palma*, prope *Vindoniſſæ* rudera ad *Arulam* amnem occidit. *Albertus* primus *Auſtriæ* Archidux ex *Eliſabeta Tyrolenſi* filios genuit *Auſtriæ* Principes, *Fridericum* Deuotum cognominatum, Rom. Regem aduerſus *Ludouicum IV.* electum; *Rudolphum* Mitem, qui *Blancam Galliæ* Regis ſororem in matrimonio habuerat, *Bohemiæ* Regem; *Lutolphum* cognomento Gloria militum, *Sueuiæ* Ducem & *Alſatiæ* Landgrauium; *Ottonem Styriæ* Ducem, authorem monaſterii Neuperg; *Henricum*, qui ex *Eliſabetha Ruperti* Comitis à Virneberg nihil tulerat, & *Albertum* cognomento Contractum, vel Sapientem, ex Canonico Patauienſi Acolito maritum *Ioannæ Vdalrici Phyretarum* Comitis filiæ, qui ſolus inclytum ſtemma conſeruauit & Gamyng cœnobium poſuit. Cuius ſorores, *Catharina Henrico VII.* Imp. deſponſata, poſtea *Ruperto Calabriæ* Duci *Siciliæ* Regis filio, *Agnes Andreæ Hungariæ* Regi, *Eliſabetha Ottoni Boiorum* Duci, & *Hungariæ* Regi pulſo, *Eliſabetha Theobaldo Lotharingiæ* Duci, *Anna Hermanno Brandeburgenſi* Marchioni, & *Gueta Ludouico Ottingenſi* Comiti, nupſere. Quorum omnium parens *Albertus*, de quo loquimur, primus ſui

Alberti Habſpurgenſis primi Ducis Auſtriæ ſitaque gentis ſtirps.

generis

gèneris *Auſtriæ* Archidux, confectis vndecim bellis (hoc eſt primo inteſtino aduerſus *Auſtriacorum* ac *Styrienſium* conſpirationem, auctoribus regulis *Kunringiis*, cœptam; ſecundo contra *Ibonem* & *Henricum Guſſingenſem* Comites in limitibus *Hungariæ*; tertio *Heluetico*, cum *Ioannem* Comitem *Habſpurgenſem* de *Kyburgo* reduceret anno 1302.; quarto *Nellenburgenſi*; quinto *Salisburgenſi* aduerſus *Chunradum* Præſulem ob nouam ſalis in *Auſtria* repertam coctionem, incentore Abbate *Admontenſi*; ſexto *Wirtenbergenſi*, aduerſus *Eberhardum* Comitem; ſeptimo contra *Dietboldum Phyretarum Comitem*; Octauo pro Imperio cum *Adolpho Naſſouienſi* Comite, quem victor in acie interſecit; nono *Bohemico* aduerſus *Wenceslaum* Regem, quod *Auſtriacos* in arma excitaſſet, & in Imperio res turbaſſet; decimo & vltimo contra *Andream Hungariæ* Regem ob limitaneas arces) tandem haud ſane æquis fatis ad *Vindoniſſæ* rudeta in *Heluetiis* à proprio nepote ex fratre *Ioanne* & complicibus occiditur anno 1312. ſepultus in *Kynigsfeld* eorum finium à vidua eius conſtructo Sanctimonialium cœnobio. Cuius res præclare geſtas in quarta decade rerum Auſtriacarum fuſius ſumus proſecuti. Itaque obiter nomina ſaltem enumerabimus eorum, qui inclytæ gentis *Habſpurgenſis* in *Auſtria* illa *Danubiana* rerum poſterius potiti fuere: *Albertus* cognomento Sapiens, ſiue *Contractus*, ex *Pfyretenſi* Comitiſſa liberos genuit vtriusque ſexus, *Rudolphum* cognomento Fundatorem, qui Gymnaſium ac Cathedralem Præpoſituram *Viennæ* auſpicatus eſt, & Baſilicam S. *Stephani* cum turri illa admiranda primus poſuit (præcipuus benefactor omnium pene cœnobiorum, & qui ducta *Margaretha*, quam Multaſchin cognominant, *Tyrolenſem* ac *Carentanam* Prouincias Inclytæ domui *Auſtriæ* adiecit) *Albertum*, quem cum trica vocant, *Laxenburgenſis* arcis conſtructorem, *Leopoldum* Probum cognomento, qui, cum *Venetos* bello compeſcuiſſet, ab *Heluetiis*, qui defecerant ac obſequia *Auſtriacorum* remiſerant, ad Sempach interfectus eſt cum optimo quoque Germanorum Principum anno 1346., qui ex *Virida Barnabonis* Ducis *Mediolanenſis* filia *Erneſtum* tulit, *Friderici* tertii Imp. ac *Alberti* Ducis fundatoris *Friburgenſis* Academiæ patrem, *Fridericum* ſecundum Principem *Tirolis*, *Sigismundi* Archiducis patrem, quem vulgo cognominabant Fridel mit der leren Taſchen / *Wilhelmum*, qui ex 3. coniugibus nullam prolem reliquerat. Qui porro conſecuti ſint ex generationum ſucceſſione *Albertum* & fratruelem *Erneſtum*, in confeſſo eſt. Siquidem facta diuiſione, cum penes *Alberti* ſtemma *Auſtria* vtraque maneret, penes *Erneſtum Styria*, *Carniola*, *Carinthia*, penes *Fridericum Tirolis* ac *Heluetica Sueuicaque* Prouinciæ, contigit, vt *Albertum* cum trica hoc nomine tertium ſequerentur, *Albertus* quartus, eiusque filius *Albertus* quintus Rom. Imp. *Hungariæ* & *Bohemiæ* Rex, *Ladislai* Regis parens, *Erneſtum* vero *Albertus* Dux fundator *Friburgenſis*, *Fridericus* hoc nomine tertius Imp. parens *Maximiliani* Cæſaris, auus *Philippi* Regis *Caſtaliæ* & *Hiſpaniarum*, proauus *Caroli* quinti & *Ferdinandi* Impp. abauus *Maximiliani Bohemorum* Regis & *Auſtriæ* Archiducis, ac *Philippi Hiſpaniarum* ac *Siciliæ Apuliaque* Regis. Quorum omnium & ſingulorum res geſtas ad quartam decadem rerum Auſtriacarum ſepoſuimus. Et hactenus de inclyto genere *Habſpurgenſium*, in quo noſtra tempeſtate rerum potiuntur non ſolum in *Alſatia*, *Auſtria*, *Sueuia*, *Carinthia*, *Carniola*, *Styria* ac *Tiroli*; verum adeo ad extremos fines propagato imperio, hic quidem in *Hungaria*, *Bohemia*, *Sileſia* ac *Morauia*, *Ferdinandus* Imperator, *Maximiliani* Cæſaris nepos cum filiis ſuis *Maximiliano Bohemiæ* Rege, *Ferdinando* ac *Carolo* Archiducibus, nepotibusque ſuis ex Rege *Maximiliano*, *Rudolpho*, *Erneſto*, *Alberto*, *Matthia* ac *Wenceslao*: illic vero in *Belgio*, *Hiſpaniis* ac *Apuliæ*, *Siciliæ*, *Sardiniæque*, *Philippus* Rex *Caroli* quinti rerum geſtarum gloria poſt hominum memoriam clariſſimi imperatoris filius, cum filio *Carolo* ad res maximas expectato. Quorum res fortiter geſtas ad finem vltimæ decadis rerum Auſtriacarum retinemus. Horum itaque omnium originem ex fide Hiſtorica ab vetuſtiſſimis *Auſtraſiæ* Regibus ac Ducibus deriuamus, eo videlicet tractu, ſecus *Rhenum*, qui hodie *Alſatiam* vtramque *Treuerenſem* ac *Metenſem*, *Borbetomagenſemque* ditiones cum *Palatinatu* vlteriori comprehendit. *Ducatus Auſtraſiæ.* Qua quidem terrarum intercapedine quondam celebres Ducatus fuiſſe leguntur, *Arduenna* verſus *Moſam* amnem, *Moſellanus* ſecus *Moſellam*, *Alemannia* ex vtraque *Rheni* ripa, & qui hodie ſuperſunt, Ducatus *Luczelburgenſis*, *Brabantinus*, olim *Lotharici* ſiue Regni ſiue Ducatus pars, & Landgrauiatus *Alſatiæ*. *Comitatus Auſtraſiæ.* His adde vetuſtiores Comitatus ab Altperg & Habenſperg / vnde clariſſimam *Auſtriadum* gentem deriuamus, in finibus *Lotharingiæ*, *Salinarum*, ac *Salmenſis* Comitatus, vbi contingebant hos, verſus *Burgundiam* quidem *Montis-Belgardi*, *Pfyretarum*, Wäliſch Neuburg / *Sundgouiæ*, *Vchtlandiæ*, Burgdorff Comitatus; ad interiora porro *Belgii*, *Louanienſis*, Lutzeltey: /

Lym-

Lymburg/ Horn/ Arnburg; verſus *Rhenum* autem Dagsberg/ Egeßheym, Weyſſenburg/ Sarpruck, Zwayprucfh/ Sponheym/ Veldentz/ Wildgrauen/ Rheyngrauen/ & qui etiamnum ſuperſunt, Naßau/ Bitſch, Manderſchyd/ Levningen; denique verſus *Sueuiam* & Orientem *Rhynfeldenſis*, *Lauffenburgenſis*, *Kyburgenſis*, *Sultzbergenſis*, *Rotelenſis*, *Suſenbergenſis*, Eberſteyn. Adde & Dominia ſiue Baronatus, quæ quidem interciderunt, Orenſteyn, Scharffenſteyn/ Regenſperg, Dann/ Elecurt, Sargans/ Aſpermont, Badenwiler, & qui ſuperſunt, Rapoltenſteyn, Merſperg, Fleckenſteyn, Strouffen/ & plures, de quibus ſuperſedeo ſcribere, vt de equeſtri ſimiliter ordine ſileam. Horum etſi ſingulorum ſint exordia antiqua; longe tamen & potentia & vetuſtate gens *Salmenſium* Comitum excellit, vt quos ante plura ſæcula Duces *Lotharingiæ* extitiſſe, & matrimonia cum maximis Principibus, præcipue vero Comitibus *Habenſpurgenſibus*, contraxiſſe conſtat. Cuius alumnos, quantum eorum eruere potuimus, ſubiicere placet: *Henricus* ex *Itha Adelrici* Ducis *Arduennæ* filia genuit, *Fridericum Lotharingiæ* eius ſtemmatis primum Ducem, & *Henricum* Comitem anno 771. Ab *Henrico* Comite deſcenderunt cum alii, tum *Sadogerus Lotharingiæ* Dux, *Adelhardus* primus Comes à *Salmis* ob inſignia nuncupatus, *Henricus* tertius ex *Heduige Henricum* quartum tulit, qui ex *Berchta Rheynbaldi* Comitis de *Mortiſua* filia genuit *Rheynbaldum* Comitem de *Salmis*. Is ex *Berchta Habſpurgenſi Sigaricum* tulit anno 964. *Sigaricus* porro ex *Berchta Verdunenſi* Comitiſſa *Theodericum* procreauit Comitem *Salmenſem*, qui in humanis fuerat anno 1004. *Theodericus* autem ex *Berchta* Comitis de *Blancamont* oata *Henricum* ſuſcepit Comitem *Salmenſem* anno 1040. *Henricus* præterea ex *Clementia Rogerii* Comitis à *Baſyn filia Wilhelmum* & *Ottonem* procreauit; ipſe obiit anno 1079. Horum *Wilhelmus* ex *Aliſa* Comitis à *Iuliers* oata *Richardum* reliquit; *Otto* vero citatur inter teſtes ab *Henrico V.* vna cum *Friderico* Comite *Montis-Belgardi* & *Folmaro* Comite de Huneberg, *Gotofrido* de Rutnberch & aliis. Ad hæc *Richardus* ex *Merchtilde Hugonis* Comitis à *Vadimonte* filia *Henricum VII.* tulit, & cum Comitatum *Blanci montis* generi adiecisset, moritur anno 1140. *Henricus* ſeptimus ex *Maria* filia *Henrici* Comitis *Luczelburgenſis Henricum* octauum reliquit; *Henricus* octauus autem ex *Iuditha* filia *Matthiæ* Ducis *Lotharingiæ Henricum* oonum genuit, & cum *vallem Breuſchtall* in *Alſatiam* definentem comparaſſet, obiit anno 1235. Porro *Henricus* nonus ex *Adela* filia *Henrici* Comitis à Bars *Henricum X.* progenuit, & is ex *Loretha* filia *Henrici* Comitis de *Caſtro Iohannem* & *Henricum* procreauit, quorum hic Krembß in *Auſtria* in *Franciſcanorum* cœnobio ad latus *Philippi* Ducis *Carinthiæ* ſepultus ceroitur anno 1271. *Henricus XI.* interfuit ludis Martialibus apud Ingelheym celebratis anno 1337. *Ioannes* ex *Margaretha Iacobi* Comitis *Vadmonte Nicolaum* reliquit, qui ex filia Comitis à *Cleromonte Ioannem* ſecundum tulit circa annum 1340. *Ioannes* ſecuodus ex *Margaretha* Comitis à *Chyni* filia *Simonem* genuit, & is ex nata Comitis à Sarpruck *Ioannem III.*; *Ioannes* tertius ex *Margaretha* Comitis à *Blamonte* nata *Ioannem IV.*, qui ex *Philippi* Comitis à *Ragnauls* filia *Ioannem V.* reliquit, *Ioannes* V. ex *Ioanna Andrea* Domini de *Ilnuille* nata *Ioannem* ſextum ſuſcepit, is ex *Margaretha Iacobi* Liberi à Syrch nata *Ioannem VII.* procreauit, cum floreret anno 1496. *Ioannes ſeptimus* octauum tulit, qui ex *Loyſa* filia *Ludouici* Domini de Staynvilla *Nicolaum* ſecundum & *Barbaram* genuit *Henrico* Comiti *Montis-Belgardi* nuptam, qui poſtea inueſtitus in Ducem *Wirtenbergiæ Georgium* Comitem *Montis-Belgardi* reliquit, qui ſuperioribus annis in humanis fuerat; *Nicolaus* denique ſecundus *Ioannem* & *Nicolaum* reliquit, à quorum illo *Salmenſes* Comites in finibus *Lotharingiæ*, ab hoc vero, qui in *Auſtria Danubiana* arces poſſident Greyrenſtayn, Orth & Marheck/ deſcenduot. Is enim *Nicolaus*, cum belli ſtudiis *Maximiliano* Cæſari eſſet acceptus, ex *Rogendorfina Wolfgangum* Præſulem *Pataujenſem*, *Nicolaum* Magiſtrum militiæ *Ferdinandi* Cæſaris, & *Chriſtophorum* progenuit: Quorum *Nicolaus* tertius videlicet in ſua gente, qui adhuc in humanis ſunt, ex Comitiſſa ab Eberſtayn *Egonem* limitis *Hungarici* noſtro ſæculo Præfectum & S. Cæſ. *Ferdinandi* Cubicularium, *Iulium* & *Nicolaum* quartum, reliquit.

Barones Auſtraſiæ tractus

Genealogia Comitum Salmenſium.

LIBER XI.

CVltum fuiſſe hunc, quem aſpicis lector, primis etiam temporibus, tractum, & à *Carnis Tauriſciſque* inhabitatum, non ſolum Ptolom. 3. lib. tab. 6. Geograph. verum etiam Liuius, Strabo, ac Plinius conteſtantur. Quorum ille lib. 3. quintæ decad: ſic nominatim ſcribit: *Caſſium Aquileiam indicto exercitu profectum per Illyricum in Macedoniam eſſe. Ea res primo incredibilis viſa, & per ſe quiſque credere, Carnis forſitan aut Hiſtris bellum illatum.* Et Strabo in quarto: *Poſt illos* (inquit) *propiores ſinui Adriatico ad Aquileiam nonnulli Norici Carnique tenent. In Noricis & Tauriſci ſunt. Horum omnium impudentiſſimas incurſationes repreſſit Tiberius & eius frater Druſus æſtate vna.* (Et iterum:) *Ocra vero humillima pars Alpium Carnis adiungitur, qua ex Aquileia onera plauſtris ad Pamportum deuehunt, ſtadiis non vltro CCCC.* (Addit:) *Polybius ſcriptum reliquit, ſuis temporibus aurifodinas in Tauriſcis Noricis, maxime penes Aquileiam, inuenïri.* Et lib. 2. *Regionem igitur Transpadanam incolunt Veneti, & alii vſque Polam ſupra Venetos Carni & Cenomanni, Medoaci & Syambræi.* Et lib. 7. *Rhæti vero & Norici vſque ad Alpium ſumma tenent, & Italiam verſus inclinant, hinc Inſubribus, illinc Carnis propinqui & Aquileiæ tractui.* Et iterum: *Pariter è Tergeſto pago Carnico tranſmiſſio eſt ad promontorium nomine Lugæum.* Subſcribit Plin. lib. 4. † cap. 18. cum Forum Iulii delineat: *Tilamentum * maius minusque Anaſſum, quo Varramus defluit flu. Liquentia, Alſa Natiſo, cum Thuro profluente Aquileia Colonia XII. millium paſſuum à mari ſitam. Carnorum hæc regio.* Hæc illi, quæ ad amuſſim tractum *Goricenſis* Prouinciæ depingunt, qui in hanc vſque diem *Natiſone* & *Lyſontio Thuroque* irrigatur; & *Tergeſtino*

Lugæum vetus. quidem hic agro vicinus eſt, illic vero *Lugæum* contingit & *Ocram* montem, quorum ambo, retenta veteris nominis ceu vmbra quâdam, adhuc nominantur das Kraynporg, ô literâ initiali omiſſâ, & im Lueg Logitſchperg. Confirmant porro vtriusque populi, *Noricorum* inquam *Carnorumque*, hiſce finibus ſedes, duæ vetuſtiſſimæ ciuitates *Noreia* & *Iulium Carnicum*, *ſiue Iulienſis* colonia in *Carnis* deducta. At *Noream* quidem non dubito *Goriciam* eſſe, barbare nimirum, mutata prima ſolum litera, à *Slauis* nominatam, qui *Carnos* inde *Romanosque* pepulere. Et cum poſterius, *Pipino* ſecundo autore, *Orientalis* limes, hoc eſt, Oſterreich, quam *Auſtriam* ſacerdotes *Francorum* Latine vocare ſolebant, eſſet ad *Venetos* vſque extentus, vt Diaconus etiam meminit lib. 5. cap. 16., ciuitatem *Auſtria* appellari cœptam fuiſſe, quam antea *Carnorum* coloniam paſſim Itali vocabant. *Norea* obiter mentionem facit hiſce finibus Strabo lib. 8. cum de *Aquileia* tractat: *Ad eam* (inquit) *flumine aduerſo onerariis nauigatur nauibus per Natiſonem flumen ſtadiis plus 60. Gentes ad Hiſtrum Illirica, ad ipſum ſubuehuntur emporium. Conuectant hi ſane res maritimas, vinum ligneis doliis, quæ plauſtris imponunt: Illi autem mancipia, pecora, pelles. Extra Italiæ fines Aquileia eſt, flumine ab alpibus deſcendente determinatur, per quod ſurſum verſus nauigatur ſtadiis mille & ducentis ad vrbem vſque Noream, vbi Corn. Carbo collatis aduerſus Cymbros ſignis re infecta abſceſſit.* De eadem Plin. lib. 3. cap. 3. cum de finibus Hiſtriæ loquitur: *In hoc ſitu* (ait) *interiere per oram maritimam Bellaon, Paſicium, ex Venetis Atina & Celina, ex Carnis Segeſte, & Ocra, & in Tauriſcis Norea.* Extat Noreæ & in Gallicis Commentariis Cæſaris mentio, lib. 1. cum de Boiorum migrationibus tractat: *Perſuadent Rauracis & Tullingis & Latobricis finitimis, vti eodem vſi conſilio, oppidis ſuis vicisque exuſtis, vna cum his proficiſcantur: Boiosque, qui trans Rhenum incoluerant, & in agrum Noricum tranſierant, Noreamque oppugnârant, receptos ad ſe ſo-*

Noricia, quæ modo Goricia *cios adſciſcunt.* Hinc eſt quod *Itali* adhuc paſſim *Noricam* nominent, quam *Slaui* ac *Auſtriaci Goriciam* dicunt, & *Noricianos* Comites, quos *Goricenſes* iidem appellauere: Quemadmodum in epiſtola à *Bertrando* Patriarcha ad *Wilhelmum* Decanum Capituli *Aquilegenſis* legitur ſub Carolo IV. Imp. ſcripta: *Vbi vero nobis à labore reuertentibus, magno procerum cœtu Ottonem Ducem Auſtriæ conuenimus, nuntiatum eſt, Richardum cum exercitu prædabundum in Forumiulium perueniſſe, paſſimque ibi diripi atque incendi villas; coactis copiis ad S. Vitum appulimus, dein in hoſtem tendimus: Habitâque de ipſo victoriâ inſigni, mœrore oborto ſine prole obiit, eius bonis fiſco Aquileienſi deuolutis. Non eſt neceſſe, Noricianum Comitem recenſere: Poſtquam eius copiis intercedentibus Brauiolanum euertimus, Vencionumque in poteſtatem redegimus, rebus Aquileienſibus compoſitis, Carolum*

† *Immo lib. 3.*

* *Tilauentum maius minusque Anaſſum, quà Varamus defluit, Alſa Natiſo cum Turro profluentes Aquileiam Coloniam &c. ita ex Edit. Froben. de anno 1549. in fol.*

rolum Cæſarem Aquileia apparatu ſplendido excepimus, Bartolomeo Tirolenſi Comiti & Ioanni, equis ſuſceptis, fiſcalia antiqua contulimus. Cum autem Noricianus Comes adiuuantibus Comitibus Correctana inſula (Veglam vocant) Georgium Duinum vectigalem noſtrum adgreſſus eſſet, mox factis cum eo iudiciis, in agrum noſtrum hoſtiliter contendiſſet; nos noſtris auxiliaribusque Caroli & ſociorum copiis Cormonum contendimus: diebus ibi decem commorati; inde caſtra Noricia ſacratiſſima Natiuitatis die admouimus. In hac epiſtola, ex qua non ſolum, *Noreiam* fuiſſe, quæ modo *Goricia* dicitur, Comitum quondam Imperii ſedes, qui Palatini *Carnorum* extiterant, liquet; verum reliquæ etiam ciuitates Comitatus illius illuſtris, *Cormonum*, *Duinum Vencianum*, *Braueolanum*, quæ hodie à Germanis vocantur, *Giemaun*, *Tybeyn*, *Beyſcheldorff*, commemorantur, vt non de alia *Noricia* intellexiſſe Patriarcham appareat: Quibus finibus, ſi diligenter itinera ab Antonino ſupputata examinauerimus, ruinas inueniemus vetuſtorum municipiorum, in quæ viator diuertetat, vmbram adhuc quandam Romanarum appellationum retinere. Et cum duplicem is ex *Aquileia* viam deſcribat, vnam per *Iapodes* in *Pannonias*, & alteram per *Carnos* in *Noricum*, in prima, hoc eſt, quæ per *Carniolam* ducit, vbi olim *Iapodes* colebant, ordine usque ad *Æmonam* enumerat, *fontem Tymaui*, ad *Titulos*, ad *Malum*, *Tarſaticum*, ad *Turres*, *Frigidum flu.*, *Aneſicam*, *Seniam*, & *Auendonem*, in quorum ruinis poſteritas excitauit, S. *Iohannem* ad *Tymauum*, *Dotelen*, *Maligrad* quod Germani Kleynheyſel vocant, Tyraſatz/ Dornberg/ Wipach/ Anaſperg/ ſiue potius *Haydoſchena* ſub monte Anaſperg/ quod locum vetuſtum Slauonica lingua ſignificat: In altera præterea, quâ ab *Aquileia* in *Noricum*, vt diximus, progreditur, enumerat, *Triceſimum*, *viam Beloiam* & *Iulium Carnicum*, quorum *Triceſimum* veteri adhuc appellatione in Comitatu *Goricia ſupereſt inter Vdinam* & *Clemonam*, quæ Germani loca vocant, Weyden & Glemaw, quorum hanc *Fela* flu. præterfluit, quod nomen, vtpote aſperius Germani pronuntiantes, addita ſoluta *Carnis* finali aſperatione *Ch. Valachum* nominant, qui haud procul *Villaco* ortus, in *Forum Iulium* defluit per vallem anguſtam & ſubinde in anfractus montium, quos Cluſas dicunt, ita coarctatam, vt difficilis alicubi tranſitus ſit; quam ego *viam Beloiam* exiſtimo, neque enim nomen hodiernum, etſi barbarum, multum abludit, vt antea præfati ſumus, ſi barbaram *Carnorum* pronuntiationem cum *Italica* conferas, *Canal de la Fela Itali* dicunt, nos Vellachtall, in qua operas quondam feciſſe *Iulium* Cæſarem hæc Inſcriptio ibidem reperta teſtatur;

Noricia hodie Goricia.

Ruinæ antiquorum locorum in Goricienſi.

Valach fluuius.

C. IVLIVS CÆSAR VIAM INVIAM SOLERT S.

EX IMPENDIO NOTAM REPO.

Fit & Noreæ mentio in monumento quodam eorundem finium eruto:

MARTI HERCVLI VICTORIA

NOREIÆ.

IGitur cum aliquot ſæculis, conſtituto imperio, *Romani* mixti *Carnis* eum tractum, quem tibi lector damus, incoluiſſent, *Mauritio* tandem imperante, cum *Slaui* traiecto *Danubio* procul ex *Aſia* profecti, cæſo *Comenciolo*, *Aratio*, *Nazario*, ac *Priſco* Prætore, qui cum *Romanis* ſe oppoſuerat, victores in *Pannonias* inundâſſent, accidit, vt his quoque finibus domicilium figerent, qui, vti præfati ſumus, pro *Noricia Goriciam*, pro *Metullo Medaciam*, pro *Carnis Carantanum*, ſuo idiomate loca nominârunt. Qui in hanc vsque diem *Italis Germaniſque* mixti ea loca colunt, de quibus Diaconus in Longobardica hiſtoria hæc adnotauit, nempe lib. 4. cap. 2. * Hiſtoriæ Longobardicæ: *His quoque diebus Thaſſilo à Childeberto Rege Francorum apud Boiariam Rex creatus eſt, qui mox cum exercitu Prouinciam Slauorum introiens, partâ victoriâ ad ſolum proprium cum magna præda remeauit.* Et cap. 8. † *Inter hæc Longobardi cum*

Slaui coloni Goricia.

* *Edit. mox recenſ. c. 7. in his citationibus paſſim alia verba adfert, quam noſter. Nec, vbi reipſa cum Paulo conuenit, id non mirantur, alia tantum adnotantes.*

† *Cap. 25.*

cum Auaribus & Slauis iu Hiſtrorum fines ingreſſi, vuiuerſa iguibus & rapinis vaſtauerunt. Et cap. 9. * *Quia ob hanc cauſam Rex Agilulphus egreſſus Mediolano, menſe Iulio obſedit ciuitatem Cremonenſem cum Slauis, quos ei Cacanus Rex Auarum in auxilium miſerae.* Et cap. 13. † cum de Foroiulianorum & proaui ſui captiuitate ſcribit: *Qui ſtatim ſurgens iu illam partem, quam dormiens didicerat, pergere cœpit. Nec mora, ad habitaculum hominis peruenit. Erat enim habitatio Slauorum iu illis locis.* Et cap. ſequenti: ** *Iisdem temporibus, mortuo Thaſſilone Boiariorum Duce, filius eius Garibaldus in Agunto à Slauis deuictus eſt. Rex* † † *vero Agilulphus pacem cum Imperatore iu annum vnum, iterumque iu alterum faciens, cum Francis quoque iterato pacis concordiam renouauit. Hoc nihilominus anno Slaui Hiſtriam, interfectis militibus, lachrimabiliter depradati ſunt.* Rurſus cap. 18. *** *Abſentibus Rhodoaldo & Grymoaldo venit, cumque eos debellare vellet, equus eius iu vnam foueam cecidit, vbi à Slauis interemptus periit. Superueniens autem Rhodoaldus cum vno de Slauis propria eorum lingua locutus eſt. Cumque eos propter hoc facinus ſauiores* ††† *ad bellum vidiſſet, mox ſuper eos irruens, magnaque eos ſtrage proſternens, Aionis mortem vltus eſt.* Et lib. 5. cap. 9. †††† *Denique Lupo hoc modo iuterempto, Varnefridus eius filius voluit in loco patris apud Forum Iulii obtinere Ducatum. Sed metuens Grymoaldi vires, fugit ad Slauos iu Carnuntum, quod corrupte vocant Carantanum* (& ſubdit: †††††) *Hunc cum audiuiſſet Slauorum gens Ticinum profectum eſſe, congregata valida multitudine voluerunt ſuper Forum Iulii irruere: & venientes caſtra metati ſunt in loco, qui Boxas dicitur, non louge à Foro Iulii. Secundum autem diuinam diſpoſitionem contigit, vt Dux Vectarius ſuperiori veſpere à Ticino reuerteretur, neſcientibus id Slauis: Cuius Comites cum ad propria, vt fieri adſolet, remeaſſent, ipſe hoc nuucio de Slauis audito cum paucis viris, hoc eſt, vndecim, contra eos progreſſus eſt. Quem Slaui cum tam paucis venire reſpicientes irriſerunt, dicentes: Patriarcham cum choro Clericorum aduenire. Qui cum ad pontem Natiſonis fluuii, vbi tum Slaui reſidebant, appropinquaſſet, caſſidem ſibi de capite auferens, faciem ſuam Slauis oſtendit.* Et lib. 6. cap. 8. †††††† tractans de Ferdulpho Duce Foro Iulii: *Qui dum victoria de Slauis laudem habere cupiuit, magna ſibi & Foroiulianis detrimenta inuexit. Is ſiquidem pramia quibusdam Slauis dedit, vt exercitum Slauorum in eandem Prouinciam ad ſuam adhortationem immitterent.* (& ſubdit †*) *Venientes autem Slaui hoſtes per diuerſa loca ſuper ſe venire, praparauerunt ſe viriliter, & magis lapidibus ac ſecuribus, quam armis contra eos pugnantes, pene omnes deiectos equis perimunt. Sicque victoriam non viribus, ſed caſu cauſſaque adepti ſunt. Ibi omnis nobilitas Foroiulianorum cecidit.* Et cap. 15. *† *Rachis quoque apud Forum Iulii Dux, vt diximus, effectus, Slauorum patriam cum ſuis ingreſſus, magna multitudine Slauorum interfecta, eorum omnia vaſtauit.* His adde loca Rheginonis, qui, cum de Grymoaldo Rege tractat, *Qui ſtatim reuerſus* (inquit:) *Longobardorum regnum obtinuit, atque Cunibertum filium ſuum conſortem regni facit, Dagobertus Rex cum Slauis congreditur, eosque ſuperauit, quibus praerat tum Dux nomine Samo.* Quæ cum Annalibus *Carnorum* ad amuſſim conueniunt, vt in quibus multa de *Samo*, *Caraſtio*, *Cetemaro*, aliisque paſſim leguntur. Idem cum de anno Domini ſcribit 796. *Henricus autem Dux Foroiulianorum, miſſit hominibus cum Vuonomyro Sclauo, in Pannonia Iringum gentis Auarorum Principem, longis retro temporibus fatigatis inter ſe Principibus, expoliauit Anno Domini* 805. *Cacanus Princeps Auarorum Imperatorem adiit, poſtulans, ſibi locum dari ad habitandum inter Sabariam & Carentanam, quia propter infeſtationem Slauorum in priſtinis ſedibus manere non poterat.* Et rurſus, cum de anno Domini loquitur 934. *Henrichus Rex Hungaros multa cade proſtrauit, pluresque ex eis comprehendit.* Cæterum in hoc terræ tractu, trium generum Principes rerum potiebantur; in tractu quidem *Natiſone* ac *Liſantio* irriguo *Vipachica valle*, ac *Karſtio*, Palatini *Carnorum*, qui *Goricia* Comites, Imperii Principes ſalutabantur: In

Samo Princeps Slauorum in finibus Goricia.

* Cap. 29.
† Cap. 38.
** Cap. 40.
†† Cap. 41.
*** Cap. 46. Edit. Auguſt. Vind. fol. 1515. ubi ita: *Cum Aio ſuper eos abſ. Rodoald & Grimoald veniſſet, eosque debellare vellet, equus eius in unam de eisdem foueis cecidit, atque irruentibus ſuper eum Slauis ſimul cum aliquantis aliis extinctus eſt. Quod cum Rodoald nunciatum fuiſſet, cito veniens, eisdem Slauis propria illorum lingua &c.*
††† Segniores.
††††† Cap. 22.
†††††† Cap. 23.
††††††† Cap. 24.
†* *Videntes itaque Sclaui, eos per deuexa loca ſuper ſe venire, praparauerunt ſe viriliter, & magis lapidibus ac ſecuribus, quam armis contra eos pugnantes, pene omnes deiectos equis peremerunt; Sicque victoriam non viribus ſed caſu adepti ſunt. Ibi omnis nobilitas periit Foroiulianorum.*
*† Cap. 52.

In *Hiſtria* vero ac *Foroiulio* cum hi ipſi, tum alii, qui à *Caroli Magni* Præfectis deſcenderunt, cuius originis tres *Berengarii*, qui ad faſces Imperii aſpirare auſi fuerant, extitere. Ac de *Goricianis*, quorum tumuli in *Roſacenſi* cœnobio cetnuntur, locn generoſo vino rubro celebri, quorum exordia nos ab *Andacenſibus Boiariæ* Comitibus, veluti & *Tirolis* Principum, deriuamus, deinceps dicetur. *Andacenſes* autem Comites illos autores cœnobiorum ad lacum Amerſee / Hayligperg & Dieſſen, plerique à quodam *Verlino Caroli Magni* Notario deducunt; cum vero multo ante nomen Comitum illorum extiterit, (quippe *Hiltebrandus Sueuorum* Dux *Caroli Magni* ſocer, *Andacenſem* in matrimonio habuiſſe legitur, & *Vdalricus* ac *Grypho* ſub *Ludouico* ſecundo *Boiorum* Rege in viuis fuerant, itemque *Hauto* Auguſtanus Præſul ſedit circa annum 820.) vetuſtiorem paulo fuiſſe gentem credimus, in qua *Raſſo* quidam, vulgo Sand Grafrad / Marchio *Boiorum Andacenſis*, ac Werd im Sack / monaſteria, ad lacum Amerſee auſpicatus fuerat, & *Fridericus* cognomento Roch / itidem Marchio *Boiorum*, Dieſſen cœnobium poſuerar, *Henrico* Claudo imperante. Qui vero ptimus omnium in *Gorſcenſi* tractu & *Hiſtria* agros acceperit, & quo ſæculo, cum perquirerem, anlmaduerſum eſt, *Ezelinum* quempiam, qui *Ottonis* tertii filiam *Mechtildem* in connubio habuerat, pulſum ab *Henrico* Claudo ex *Boiaria*, quod cum *Lotharingiæ* Duce aduerſus ipſum conſpiràſſet, in hos fines veniſſe, ibique ſub *Henrico* tertio cum Imperii tum Patriarchæ *Aquileienſis* beneficio tractus aliquot terræ accepiſſe: Cuius filius *Albertus* primus, ob fidelem nauatam operam contra Pontifices, ab *Henrico* quarto *Goriciæ* Comes & *Carinthiæ* Palatinus inauguratus fuit, cuius fratres, *Berchtoldus Hiſtriæ* Marchlo ex *Heduige Popponis Caenorum* Ducis ac *Rutenſis* in *Auſtria* Comitis filia *Henricum Hiſtriæ* Marchionem ſuſceperat, mortuum in *Garczio Styriæ*, & *Cunonem Ruſſiæ* Principem; ipſe vero ex neſcio qua conluge *Maynhardum Kraynburgi* Marchionem, & *Berchtoldum* ſecundum *Goriciæ* Comitem reliquit. Is *Berchtoldus*, (dubium ex qua coniuge) *Berchtoldum Meraniæ* Ducem, *Henricum Goriciæ* Comitem & *Carnorum* Palatinum, *Hermannum Hiſtriæ* Marchionem, *Ottonem* Epiſcopum Babenbergenſem autorem Arnoldſteyn cœnobii ſupra *Villacum*, *Euphemiam* in Altenmünſter *Boiariæ*, & *Mechtildem* Abbatiſſam in Ottelſtetten *Sueuiæ*, procreauit. Ac de *Berchtoldo* Duce *Merauiæ* in *Tiroli* ſupra dictum eſt: *Henricus* veto *Goriciæ* Comes lIteris inuenltur ſubſcripſiſſe de anno 1152., qui ex *Sophia Carinthiæ* Duciſſa tulit, *Berchtoldum* tertium *Goriciæ* Comitem, & *Popponem* Babenbergenſem Epiſcopum. *Berchtoldus* tertlus porro, cum ex *Heduige* quadam *Maynhardum* ſecundum genuiſſet, monaſticen in Sewen Boiariæ profeſſus eſt. Floruir autem *Maynhardus* anno 1248. & *Styriæ* Præfectus à *Friderico* ſecundo deſignatur, poſtquam *Fridericum Auſtriæ* ac *Styriæ* Ducem pepuliſſet: In diplomatibus ab *Alberto* primo *Auſtriæ* Archiduce gentis *Habſpurgenſis*, auunculus, & ab *Henrico Carinthiæ* Duce ac *Bohemorum* Rege, proauus nominatur. Suſcepit autem (dubium ex qua coniuge) *Maynhardum Tirolis* Comitem & *Albertum Goriciæ* Principem ac *Caenorum* Palatinum, qui ex *Offina Hermanni Artenburgenſis* Comitis filia *Maynhardum* tertium, *Albertum* quartum, & *Henricum* tertium teliquit, tum *Goriciæ* Comites. Quorum *Maynhardus*, partitus cum fratribus paternas ditiones, ſibi retinuit Karſt / Purſtertall / Schwartzeneckh / Neuburg / Raſpaeg / Belgrad, Leſackh / Venckhenberg / Maydenberg / Michelſperg / Gaylrall / Haymfels / Welſperg / Rotenſtayn, Falckenſtayn / Strunaßburg / Draburg / S. Machor / & Pruckhſchluens. Fuit in fœdere cum *Ludouico Hungariæ* Rege & *Leopoldo Auſtriæ* Duce ac *Aquileienſi* Patriarcha, quod hi contra *Venetos* inierant. Coniuges duas habuit, primam *Vdalrici* Comitis à Pfannberg & Montfort filiam, ex qua progenuit *Vrſulam*, *Henrici* Comitis à Schawnburg in *Auſtria* vxorem, *Maynhardum* quartum, *Ioannem Henricum* & *Henricum* quartum: Duxit & illa extincta alteram, *Eliſabetham Leopoldi Auſtriæ* Ducis natam, ex qua *Catharinam* ſuſcepit *Ioanni Boiariæ* Duci collocatam, cui cum amplam dotem promiſiſſet, nec ſoluendo eſſet, ab *Alberto* tertio *Auſtriæ* Duce mutuum accepit, oppignoratis aliquot caſtris, quam cum ſoluere ſummam deinceps non poſſet, *Auſtriacis* de ſucceſſione primus cauit, relictis filiis, de quibus dictum eſt, qui ſine hæredibus omnes obierant. Igirur, extinctis ſine prole *Maynhardi* tertii filiis, *Henricus* frater hoc nomine in genere ſuo tertius, ex *Beatrice Ottonis*, & *Henrici*, Ducum *Boiariæ*, ſorore *Fridericum* primum in Comitatu ac Palatinatu ſucceſſorem reliquit. Qui conſtitutus *Taruiſienſis* ab Imperio Vicarius, & adſcito in commilitium *Alberto Auſtriæ* Duce ſecundo, aduerſus *Ludouicum Braudeburgenſem* Marchionem, *Ludouici Bauari* hoc nomine quarti Cæſaris filium, qui ex *Margaretha Multaſchin* matrimonio *Tirolis* Comitatum poſſederat, diu bellum geſſit, vt *Atheſinam* Prouinciam ad generis ſui ditionem

Goricia Principes.

Aditus Auſtriacorum ad Goriciam.

nem reduceret, vnde quondam duobus fratribus diſſeotientibus abſtracta fuerat. Obiit anno 1346. relictis filiis, *Alberto* quarto & *Henrico* quinto, quorum *Albertus* (ſortitus cum frattibus in diuiſione *Metlingam*, & apud *Iſtros Mitterburgam*, Merenſfels/ Pyben, Poymont/ Reychenſtayn/ Rachel/ & in *Carnis* Meychen, Czetinenl, Suſenberg/ Schomberg/ Newmarchte/ Viſchez, Barbam, *Galam, Laurum*) cum aduerſus *Margaretham Carinthiæ* Duciſſam bellum gereret, æs alienum magnum contraxit, quod *Rudolphus* quartus *Auſtriacus* ſuppeditauerat, vnde *Auſtriaca* Domui iam tertium, cum illud diſſoluere nequiret, de ſucceſſione literis cauit. Cuius filius *Ioannes Henricus* ex *Anna Friderici Auſtria* Ducis & Romanorum Regis nata, genuit *Henricum* quintum, *Ioannem* ſecundum, & *Leonhardum*. Qui geſto diututno ob fines cum *Hermanno Cilienſi* Comite bello, æs alienum rurſus contraxit, quod diſſoluere non poterat, anoo 1480. de ſucceſſione *Auſtriacis* quartum cauit. Quorum *Ioannes* percuſſo fœdere cum *Sigiſmundo* Imperatore, & *Alberto Auſtria* Archiduce, bellum in *Cilienſes* ac *Venetos* incœptum à patre continuauit circa annum 1460. Eiusque frater *Henricus* ex *Hermanni* Comitis *Cilienſis* filia *Fridericum* ſecundum & *Vdalricum* primum procreauit, & cum reuerſus ex vrbe à *Ferrarienſi* Marchione captus fuisſet, & liberatus à ſocero, cum *Arneſto Auſtriaco* in *Sigiſmundum* Cæſarem conſpirauit. Ita rurſus bello viribus maiori implicitus, aliud æs alienum, *Friderico* Cæſare tertio ſuppeditante, contraxit, & cum non eſſet ſoluendo, literis de ſucceſſione & huic cauere coactus eſt. Quippe citatus publice ad Ordines Imperii, cum comparere negligeret, ac nuncios inſuper violaſſet, conſtitutis iudicibus cauſæ, *Michaele Hardeenſi* Comite & *Magdeburgenſi* Burggrauio, centum millia ducatorum mulctæ nomine numerate *Friderico* tettio Imperatori tenebatur. Cuius filius *Vdalricus* ab Ænea Pio in Hiſtoria *Carnorum* commemoratur, vxorem *Hungaram* habuiſſe, quæ viro Inſaoo compedes iniiciebat, de cuius inconditis motibus ac ruſticitate, multa Æneas in *Carentana* Hiſtoria. Sic poſtremus *Leonhardus* nobiliſſimi genetis legitur adhuc Comitiis Auguſtanis interfuiſſe anno 1473. Et de Comitibus *Goricia*, ſiue Palatinis *Carinthia*, hactenus. Quibus adoumeraodi ſunt, qui eum tractum ante *Goricianos* Principes poſſederunt, ſub imperio Regum *Longobardorum Foroiuliani* Duces appel-
Duces Foro-Iuliani. lati: *Vlſaris*, de quo Diaconus lib. 4. cap. 1. † Cui *Vrſus* & *Munichis Cenitenſium* Duces parebant; *Agilulphus Tauriſienſium* Princeps, de quo Diaconus lib. 3. cap. 29. *Raginbertus Gotoberti Longobardorum* Regis filius, *Taſo* & *Caco Giſulphi* Ducis *Foroiuliani* filii, *Ago* (ſorte Ego, prima litera mutata) cuius filiam *Theoderadam Grymoaldus* Rex *Longobardorum* vxorem acceperat, ab *Auaribus* interemptus, cuius filius *Varnefridus* ditione *Foroiulii* à Regibus *Longobardorum* priuatus eſt; *Vectarius*, *Landherus*, (quorum Diaconus meotionem facit lib. 6.) *Odoaldus* (de quo Diaconus lib. 6. cap. 3. ††) *Ferdulphus* à *Slauis* occiſus, vt eſt apud Diacnnum lib. 6. cap. 24. *Ragumbertus*, de quo Diaconus lib. 6. *Pemmo*, ex femina quadam deformi *Radberga* nomine genuit filios, *Rathis* & *Achiulphum*, quorum *Rathis* ad faſtigium regni *Longobardici* peruenit; & *Carniolam* adiecit, vt eſt apud Diaconum lib. 6. cap. 26. 51. His adde & quos Francorum Reges limiti ditionis ſuæ ad *Venetos* vsque extento huic tractui Principes deſignârunt: *Radagauſus* à *Pipino Taruiſiana* Marchæ & *Foroiulio* præfectus, vt *Eginhardus* ſcribit; *Henricus*, ſiue *Ericus*, *à Carolo Magno* datus, ad *Tarſaticum* prope S. *Viti* vrbem à *Liburnis* occiſus; *Baldricus* & *Cadolaus* à *Ludouico* primo deſignati. Quos ſecuti ſunt tres illi *Berengarii* hiſtoriis notiſſimi, quorum vnus contra *Arnolphum*, vltimus aduerſus *Ottonem* primum Imp. regnum *Italia* occupauerat. Legitur & poſtremi *Berengarii* filius *Adalbertus* nomine cum filio *Landberto* terum in hoc tractu fuiſſe potitus, & poſt hos *Henricus* Saxo *Ottonis* ptimi frater, de quo Rhegino: *Eodem anno mediante Auguſto menſe Conuentus Francorum, Saxonum, Bauarorum, Alemannorum, & Longobardorum, publicus apud Auguſtam vrbem Rhatia Prouincia agitur, vbi proſcriptus Berengarius cum filio ſuo Adalberto Regi ſe in Vaſallitium per omnia dedit, & Italiam iterum cum gratia Regis regendam recepit, Marcha tantum Veronenſis ac Aquileienſis excipitur, qua Henrico fratri committitur.* Et de Principibus eius, quam tibi lector damus, Prouinciæ hactenus, in qua ante patrum memoriam Reguli agros poſſidebant, de *Colalto*, de *Duyno*, de *Turri*, de *Sauorignano*, de *Glemona*, de *Coloreto*, de *Prem*, de *Mitterburg*, ſiue *Piſino*, de *Coſiach*, de *Glano*, de *Monte-Falcon*, de *Solombergo*, de *Spilimbergo*, de *Prompergo*, de *Vngerſpach*, de *Schvvartzenek*, de *Dorrembergo*, de *Adelſpergo*, de *Atimis*, *Iordani*, de *Corman*, de *Neuhaus* & *Neukoſſel*. Et, vt concludamus, in hoc agro generoſiſſima vina proueniunt, in *Proſſekio*, in *Roſacio*, in *Ecklandia*, in *Czernicalio* & ad *Tergeſtum*, quarum *Proſſekinum Pucinum* illud eſſe autumant, de quo Plinius lib. 3. cap. 18. hoc ſeriptum reliquit: *Natiſo cum Thuro profluente Aquileiam Col. XII. M. P. à mari ſitam: Carnorum hac regio iunctaque regioni Iapidum. Amnis Tymauus, caſtellum nobile vino Pucinum, Tergeſtinus ſinus, Col. Tergeſte.* Plur. lib. 14. cap. 6. ISTRIA

† Cap. 3. †† *Rodoald ibidem dicitur.*

ISTRIA

ANDREÆ RAPICII TERGESTINI

Iuriſconſulti.

Ad Illuſtrem virum, D. Sigiſmundum, Liberum Baronem in Herberſtain &c. Fiſci Auſtriaci Praefectum.

Vitiferi colles Adriæ, quà pulchra Timaui
Cornua ſepteno properant ad littora curſu,
Seu vos mellifluo perfundit rore Lyæus,
Siue alius veſtros montano vertice fructus
Excolit, ô Patrii colles ſaluete, nec vnquam
Iuppiter innocuas infeſtet grandine vites.
Non me deſpecti fallacia munera vulgi,
Irrida vel tumidæ rapuerunt ſomnia famæ,
Vt vos cantarem, quorum pia munera norunt
Et Thule, & Meroë poſtremæ limina terræ.
Eſt aliud nobis ſtudium: Quis talia demens
Audeat, humanum longe excedentia captum?
Suaſit amor Patriæ, & fœcundæ præmia terræ,
Veſter honos, cuius Cœlo ſe gloria tollit.

Huc ades ô Lenæe pater, cui cura colendæ
Vitis & apricis ſeruare in collibus vuas.
Te duce ſit fas tanta mihi vulgare per orbem
Munera, voſque mihi ſacros recludite fontes
Pierides, noſtroque etiam aſpirate labori.

Tuque adeo decus Aonidum SISMVNDE Sororum,
Ardua cui rerum ſeries eſt credita, ſi te
Nunc ſinit in tanta curarum mole quiêre
Cæſar, & ad faciles paulum ſecedere Muſas,
Ne noſtros contemne orſus, ne deſpice Vatem
Auſonium, tibi qui ſtudiis ſeſe omnibus offert.
Scilicet ipſe tuo perfuſus numine dicam
Et patriæ terræ laudes, & pinguia culta,
Iſtrorumque vrbes, Diuini & munera ruris.

Non mihi ſe Euganei iactent, campique Falerni,
Nec ſua Cretæi mirentur vina coloni:
Sed neque Cyrnæos colles, nec Setia rura
Prætulerim, nec agros aut iugera Veſcetima.
Deſine Maſſillos mirare villice fructus,
Maſſicaque excultis naſcentia pocula terris.
Arboribus pendet melior vindemia noſtris,
Quam reliquis, cui non totidem certauerit vlla
Ferre cados, cui non ſimiles ferre vlla racemus.
Non Rhodos, aut Thaſiæ firmiſſima vina, lagenæ;
Non aliæ, quarum ſpecies vix nomina ſeruant.
Te colimus Pucine pater, cui Liuia quondam
Rettulit acceptos annos, & tempora vitæ.
Muneris id Pucine tui: qui tum ardua montis
Saxa colis, rupesque altas, & Iapidis oras,
Longè alios fructus virtute, & laudibus anteis.
Tu mihi, ſeu canibus lepores, ſeu fallere viſco
Argutas cupiam volucres, ſeu littore curuo
Allicere incautos prætenſa in retia piſces;
Omne genus ſtudii ſecura per ocia vitæ
Suggeris, atque animum prædulci paſcis amore.

Sunt in conſpectu poſitæ refluentibus vndis
Mille vrbes, totidemque ferax tenet oppida tellus.
Haud procul hinc Phrygii viſuntur ſtagna Timaui,
Vnde fluunt gelidæ ſepteno gurgite lymphæ.
Hic dum rimoſo condit ſe fomite, & vndas
Secretis auget venis, cæcisque latebris,
Stillatim manat, vires curſumque ſecundans,
Vulgus iners denſa noctis caligine ſeptus,
Credidit hos fontes aliis ſcatuiſſe lacunis,
Atque Antenoreis fluxiſſe in vallibus, vndè
Meduacus plenis hodie lapſurus in æquor
Cornibus, aſſurgens Venetas excurrit in vndas.
Sed vanum quodcunque ferunt, hic ille Timauus,
Quem ſacri celebrant vates, hic Cyllarus hauſit
Septenos latices fontano è gurgite, & illos
Inter ſaxa ſedens, Pucinis miſcuit vuis.

Hinc, vbi Iapidium læuum latus obtinet, atque
Iratum pelagus ſinuoſo murmurat ore:

Terge-

Fergeſtæ vrbs procul apparet, qua gaudeo luci
Emicuiſſe puer, ſuperasque in luminis oras,
Antiquam repetens ſobolem, cui nomina quondam,
Nota diu numeroſa dedit Rapicia proles,
Quæ Latium mœrens olim, patriamque laremque,
Ob triſtes belli caſus, variosque tumultus,
Seruitia, & prædas, quibus Itala Regna premebat
Barbarus, hoſtili ſubuertens omnia clade:
Deſeruit, tenuitque iſto ſub cardine ſedes.
Hic ad Iapidiæ montes, vbi Seruulus alto
Vertice proſpectat, Patriæ tutela Deusque,
Adriacum finit pelagus, ſurgentiaque arua
Iſtrorum late incipiunt excurrere vt Iſthmos.
Sunt nitidi fontes, ſunt hic Peneïa Tempe,
Sunt etiam vberibus lætiſſima paſcua glebis,
Expediunt vmbras pecori vernantia circum
Et nemora & ſyluæ crinitaque frondibus arbos.

Salue terra parens, patrii ſaluete Penates,
Cæſare ſub magno, quo Principe (credite) nullus
Dignior Auguſtam cinxit diademate frontem.

Dii FERNANDE tibi imperium, triplicesque Tiaras
Fortunent, cui ſeſe mœnia Romanorum,
Aureaque auſpiciis lætis Capitolia ſeruant.
Intrabis Scythicas felici numine terras,
Euxinosque ſinus, merita deìn morte Tyrannum
Afficies, ſæuo referens ex hoſte triumphum.
Auſtria victrices Aquilas, Auguſtaque ſigna
Eriget, & toto felix dominabitur orbe,
Iamque illi paſſim læto victoria vultu
Obuia fit, magni ſubmittunt colla Tyranni,
Vera cano, faueant noſtris pia numina votis,
Pannoniæ tandem ſubmotis hoſtibus oræ
Florebunt melius te Cæſare, te duce Regnum
Auſonium, partâ populis iam pace, quieſcet.
Diffugient triſtes olim te vindice Diræ,
Ac ſcelerum bellique metus, & amica reduces
Ocia, non fruſtra vates cecinere priores,
Venturum innocuum Regem, qui temperet orbem,
Cuius ab auſpiciis redeant Saturnia regna,
Et fortunati ſeclis melioribus anni:
Tu pacem afflictæ Italiæ, populisque Latinis
Reſtitues, miſeræ Italiæ, quæ dira ſub hoſte
Damna tulit, Tu pacis honos, tu gloria belli,
Depreſſæ vitio leges, turbataque iura

Nunc vitam accipient, & grati luminis auram
Aſpicient, animos tandem ſortita priores,
Quin patrii fines & littora Tergeſtæa,
Quæ bellatrices Aquilas venerantur, adorant,
Per te exoptatos capient tutiſſima portus,
Priſtinaque attriti reuocabunt gaudia ciues.
Interea Diis ſacra ferunt, ac limina templi
Et patrias cumulant votis ardentibus aras.
Eueniet: dat ſigna Deus mihi certa, nec vnquam
Præſcia veridicos fallunt oracula vates.

Tempeſtate illa, celebres mea Muſa triumphos,
Et cæſos toties hoſtes, deuictaque Regna
Orſa loqui incipiet: Tum demum Maxime Cæſar,
Perpetuis de te ſubtexam carmina chartis,
Quæ non vlla hominum ventura aboleuerit ætas.

Forſitan & tenuem non aſpernabere vatem,
Cui ſi non Hederæ, aut victricis præmia Lauri,
At ſaltem ex humili ſertum continget Hibiſco.

Sed mihi veſano turbantur corda dolore,
Dum video noſtram gladiis ciuilibus vrbem
Subuerti, atque ſuis iamdudum viribus hauſtam.
Quando igitur, Patrii ciues, male ſarta coibit
Gratia, voſque iterum fraterno iunget amore
Concordes, odiis longe ciuilibus actis?
Has iras aliò potius conuertite, & iſtas
Sanguineas acies Diuini in nominis hoſtem:
Et faciles rurſus coëant in priſtina mores
Fœdera, & ô tandem feſſi deſiſtite ciues.
Roma vetus, dum te rexit maleſana Iuuentus,
Illa tui quondam Maieſtas nominis in ſe
Concidit, Imperiumque potens, nomenque decusque
Diſperiit, nulla vt veſtigia priſca ſuperſint.
Scilicet infeſtis volitans Diſcordia pennis,
Eruere vna poteſt dominas à ſtirpibus vrbes.

Te vero ante alios omnes, fortiſſimus Heros
Celtiberæ gentis Sidus, Iane inclyte ab Hoyos,
Afflictis Patriæ deceat ſuccurrere rebus,
Et per te ſileant tot iurgia, non tibi paruum
Ingenium Natura dedit, ſeu milite cinctus
Bella geras, ſiue auſpiciis melioribus vrbem
Tergeſtas, Populumque regas: hæc pectora & iſtos
Heroes voluit Romana potentia, ſi fors
Diuiſas traherent partes, Populusque Paterque

Macte

Diuiſas traherent partes, populusque Paterque
Macte animi virtute, cui noua gloria ſurgit,
Poſtera iam veniet, quæ te mirabitur ætas,
Attolletque tuum felix ſuper æthera nomen.

Verum aliud voeor ad munus, cœptumque canendo
Abſoluendum opus, & ſuſcepti ſumma laboris.
Eſt in progreſſu fœcundo ſyluula colle,
Arboribus frequens. Patris ſubiecta colonis:
Ah quoties vdam ducentem ſub Ioue noctem
Hic me oriens vidit Phæbus, dum murmura vulgi
Deſpicerem, dum libertas mihi carior auro.
Sæpe ego gramineâ recubans ſecurus in vmbra,
Solabar lachrimantem Hyadem mœſtamque Lycorim:
Sæpe etiam vitreis penitus demerſus in vndis.
Cantabam noſtros ignes & Pyllidis iras,
Et varios mecum ſolus meditabar amores.
Hæ lauri Myrthique leues, hæc conſcia noſtri
Flumina & hic placidus crepitanti riuulus vnda.
Felices nimium colles, felicia rura,
Quæ mihi non vnum dum paſco oculosque animumque
Surripuere diem.

Eſt prope virgineis Mugilia clara puellis,
Clara viris, quales euexit ad æthera virtus.
Nam cur prætereant noſtræ te Robba Camœnæ
Antoni, qui Pæoniis nunc artibus ipſum
Hippocratem reddis Patriæ, qui gentibus ægris
Infeſtas cohibes humano in corpore febres?
Quid memorem Iulianum Equitem, quem magnus
(Apollo

Sed mihi te nuper crudelia numina Parcæ
Florentem ingenio iuuenem & virtutis honore,
In medio vitæ ſtudiorumque improba curſu
Invidêre, iaces memori tumulatus arena,
Hic vbi felices longum colit Aegida campos.
Extinctum patrii colles & littora flerunt,
Auditæ per noctem vmbræ, manesque Petrarcæ,
Et Thuſci vates clarâ te voce vocare,
Formioque & curuis reſponſans vallibus Echo.
Teque etiam mi Iane canam, cui tempora Lauro
Docta virent, quem Caſtaliæ, pia numina, matres
Certatim variis cumulârunt laudibus, unde
Gens præclara ſuo ſe iactat Apoſtola alumno.

Tu modo Naturæ primas euoluere cauſas,
Et, qua cœpiſti primum ratione, latenteis
Perge vias, inſtans operi, laudique futuræ.

Haud longè hinc ſequitur muſcoſo è pumice labens
Formio, qui obliquo gaudens per paſcua ductu
Tranquillas educit aquas, & ſeruat vbique
Perſpicuus vitreas lucenti gurgite lymphas.
Vix credas labi, tam lenis mulcet opacos
Riparum flexus, & frondiferas conualles.
Italiæ quondam fines hic priſca vetuſtas
Conſtituit, ſed paulatim labentibus annis
Iſtriacas tandem terras hoc limite cluſit.

Dein ſurgunt mediis Iuſtini mœnia in vndis,
Ægida dixerunt patrio cognomine Graii,
Hic vbi Pierias ſedes & culmina Muſæ
Monſtrârunt puero quondam, cum è fontibus almis
Hauſi paruus opes, Latiæ & primordia linguæ.
Indolui vexatam vrbem, non Marte ſuperbo:
Sed quod ſæua lues, tetroque infecta veneno
Infecit puras diris afflatibus auras,
Corrupto cœli tractu, dum luctifer annus
Ingruit & plures mortali vulnerat ictu.
Infelicem vrbem, qua non præſtantior vlla,
Seu faciem Cœli ſpectes, ſeu roſcida circum
Prata, vel Adriacas, quibus vndique cingitur, vndas,
Non requies eſt vlla mali, proſtrata trahuntur
Corpora, ſunt paſſim proiecta cadauera, poſtque
Incubuit terris inimici Sideris æſtus,
Atque auidi late ſerpunt contagia morbi.
Hei mihi cœlicolum ſanctum & venerabile numen
Placandum eſt puris precibus, flectendaque ſummi
Ira Dei, poſcunt alios hæc tempora mores.
Te venerande ſenex, ſæuæ rapuere Sorores
Ante diem, poterat viuax tua ferre ſenectus
Longius humanos venturi temporis vſus.
Non mihi te, poſtquam patriis ſum redditus oris,
Affari licuit, ſaltem mea gaudia ſoſpes
Vidiſſes, partoſue etiam mihi nuper honores.
Te duce Caſtalios licuit mihi viſere fontes.
Tu mihi Parnaſſi latices, tu culmina Pindi
Monſtraſti, per te facilis, licet ardua dudum.

Virtus

Virtus optatæ tribuit mihi nomina laudis.
Ah tantum ſors auſa malum: Te mœnia lugent
Ambroſi, te tota tuis aucta Iſtria donis.
Fortunatam animam, dubiis quæ exempta procellis
Diuinam aſpectat faciem, ſedesque beatas
Incolit, & cœlo fruitur tranquilla ſereno.

Teque etiam miſeram Eurydicem florentibus annis
Crudeles rapuere Deæ, nec vota nec vllas
Audiuere preces, ſurdâ ſtat Iuppiter aure.
Ah miſeram Eurydicem, tecum ſpes, gaudia, riſus,
Tecum abiere meæ felicia tempora vitæ.
Sed mihi non proſunt lachrymæ, quando omnibus vnum
Eſt iter, & nullis flectuntur numina donis.

Ergo vbi Iuſtinis fueris digreſſus ab oris,
Æquoreos propter tellus iacet Inſula fluctus,
Cui rigui fontes campos, & roſcita prata
Fœcundant, liquidisque irrorant ductibus agros.
Pallentes Oleas longo fert ordine opacum
Littus, & apricis veniunt in collibus vuæ,
Præ quibus Ambroſiam vilem, nihilique putârim.

Hinc aliæ, atque aliæ curuis ſinuantur in oris,
Attollitque caput celebris Pyrranea tellus,
Quæ tutum ſeruat nautis grata hoſpita portum,
Si quando tumidos excit vagus Adria fluctus,
Infeſtatque rates ſæuis truculentior Euris.
Sæpe ego, cum inſanis fremerent abrupta procellis
Æquora, turbatis ſociis, & remige tuto
Huc veni, hoſpitio veteris ſuſceptus amici.
Ecquid agis Flori? deducta poëmata condis,
Aut quid tale aliud? nam te iam tertia meſſis
Inuitum tenet Iſtriaca Regione morantem,
Dum magnâ cum laude capit præcepta Iuuentus.
Ne viuam, ſi te quisquam mihi carior alter
Extitit, aut etiam tali mihi fœdere iunctus.
Scilicet id præſtat virtus tua maxima, quæ te
Inſinuat Cœlo, & Diuinis ſedibus infert.

Sunt prope vitiferi porrecto in littore Humagi
Iugera, vbi dulci ſpumantia pocula Baccho,
Dum Phæbus calidâ paſſim ferueſceret horâ,
Æſtiuusque canis ſitientes vreret agros,

Hauſimus, atque vagos ſpatioſa per æquora piſces
Vimineis naſſis, & curuo cepimus hamo.
Vicinos iſtis campos & rura beata
Priſca tenet lapſis reſidens Æmonia muris,
Barbaricas mœrens aduerſo Marte ruinas.
Quis cladem acceptam memoret? quis dura ſub hoſte
Seruitia? ah nimium infelix Æmonia, quando
Vix aliud præter nomen, tuaque impia fata
Agnoſcas, adeo externus te exercuit hoſtis,
Hic flauæ rident ſegetes, & florida prata,
Atque ferax lætâ pubeſcit vinea fronde,

Nec procul hinc celebris Naupôrtus panditur, inque
Adriacum properat pelagus, celeresque carinas
Admittit plenis venientes curſibus ad ſe.
Huc (ſi vera fides) Argiuæ robora pubis,
Vectam humeris nauim per celſa cacumina montis
Extulerant, Iſtri ſubiens quæ fluminis vndas
Dum medios audet penetrans inter iuga curſus
Rumpere, feſſa olim patriis conſedit arenis,
Vnde ipſa antiquum felix tenet Iſtria nomen.

Apparent celſi mox dîruta tecta Parenti,
Vrbs vetus, atque iisdem belli iactata periclis,
Quæ defeſſa diu quondam tulit Iſtrica tellus.

Sunt & Arupinæ cautes, præruptaque ſaxa,
Hic vbi tercentum ſcopuli ſe in littore tollunt,
Quos cæcis habitant antris animalia, quæ hoſti
Monſtrarunt tacitos occulto tramite calles.
Hos inter denſos ſcopulos, qua frangitur vnda,
Qua dulces ſpirant auræ, prope littoris oram,
Dum Comitum manus Iſtrorum lectiſſima quondam
Tranquillis veheremur aquis, deſcendimus vna:
Vicinum ingredimurque nemus, tum gaudia mille,
Mille voluptates bibulâ meditamur arena.
Hic conchas legit, & muſcoſo in margine quærit
Hærentes Mitulos, Cancros, Gobiosque fugaces:
Ille autem fugientem vndam ſequiturque fugitque
Dum ſequitur, fugit illa procul pernicibus alis:
Dum fugit, hæc rurſus ſequitur, mox fluctibus illum
Obruit, & totum perfundit rore madenti.

Aſt

Aſt alii furtim ſubeunt, quo denſior horret
Vmbra loco, dapibusque alacres epulantur opimis.
Dum licuit lætas ibidem tranſegimus horas,
Dulcia tranquillæ complexi gaudia vitæ.
Nec te tranſierim cultor Gradonice ſororum
Muſarum decus egregium, quem tertius annus
Hic vidit canâ iuuenem grauitate, ſimulque
Iuſtitiæ pronum ſtudiis & iura tuentem.
Tecum animi curas vario ſermone leuabam
Et tardos nimium ſoles, ſi quando vocaret
Nos Cœlum aut etiam cupidi pars lætior anni.
Quid nemorem abruptas moles, æquataque Cœlo
Culmina, vbi antiquæ pendent miracula Polæ?
Deſine ſeptenos nobis oſtendere colles
Roma tuos, Regumque arcus, & ſtagna Neronis:
Hic etiam Pariis radiant erecta columnis
Templa Deûm, longe priſcos ſuperantia honores:
Tum vero præclarum, ingens, memorabile Iuli
Fulget opus, veterumque etiam monumenta parentum:
Iane vtinam tecum patrias deuectus ad oras,
Aſpiciam celſi propius miracula Zari.
Hic ſat pingue ſolum, quamuis ſit peſſima cœli
Conditio, quæ hominum exagitat, pallentiaque ora
Reddit, & aſſiduis infeſtat corpora morbis.
Inde autem emenſis Iſtrorum finibus, vltra
Arſiades, Diuique etiam ſacraria Viti,
Senia conſpicua eſt in verticibus præruptis,
Ethruſcas Senas, & Senogallica contra
Littora, dehinc gemini apparent furialibus vndis
Veſani tumidique ſinus, Phanaticus error
Quos olim genuit, turbatæ aut Thetios ira:
Incluſi variis feriunt mugitibus auras,
Pugna intus, quatiturque ſolum, vallesque reſultant,
Non tutæ Adriacæ claſſes, non carbaſa, ventus
Vt furit, & portum nequicquam nauita clamant.
Quid loquar aut latices, aut molliter aſſurgentes
Perpetuos colles, tellus quibus Iſtrica gaudet?
Præſertim quâ ſe frondoſo vertice tollunt
Et Buleæ & Monton grauibus loca fœta racemis,
Piſineæque arces, & late cognita rura,
Vnde procul celeri mercator nauita puppi,

Dum ſecat Ionios fluctus, ſtridentibus Euris
Cernitur expanſis affectans littora velis.

Barbe refer, mi Barbe refer, quæ tempora nobis
Tranſierint, cum nos Regio hæc iucunda teneret?
Et quibus in ſtudiis iuueniles ſumpſimus annos?
Victores ambo, victricia vterque ſequutus
Præmia, & inſignes meriti virtutis honores.
Tu tamen es patriis iampridem redditus oris,
Optatamque dedit tandem fortuna quietem,
Me vero curis longe maioribus actum,
Et patriæ prædulcis amor, iuſſusque paterni,
Et poſita ante oculos vitæ grauioris imago
Finibus his nuper ſuâſerunt cedere, & iſtos
Linquere agros, quibus eſt toto nil pulchrius orbe,
Et mores hominum, & diuerſas quærere terras
Semotum procul à patria, aſpectuque meorum:
Heu vitam ſomno ſimilem, quis cogitet vnquam
Tam ſubito hos fluxiſſe dies, hæc tempora, & illos
Quos tecum, mi Barbe, ſimul tranſegimus annos
Suauiter, & nullos ſoliti ſentire tumultus?
Iuuit propoſitam iaculis contingere metam,
Et feſſum viridi verſare in gramine corpus,
Plena vbi defecto ſurgunt fœnilia campo.
Spectamus duros ardenti ſole colonos,
Dum feriunt crebro fragrantia adorea pulſu,
Et læti ſaturæ componunt horrea meſſis.
Mox, vbi paulatim feræ lux alma diei
Diffugiens nondum cæcas induxerat vmbras,
Villica, cui fruges, cui ſunt Cerealia curæ
Munera, turgidulas ouium pecorumque papillas
Emulget, ſtruitur nullo tunc ordine menſa
Sub violis, quas irriguus vegetauerat humor.
Argutos repetens cantus mœſtiſſimus ales
Daulias, antiquas iterabat voce querelas.
An ſubeunt animo leges. & ciuica iura,
Quæque per æſtiuas ænigmata ſoluimus horas?
Ipſe equidem memini, cum Galli formula noſtros
Implicuit, torſitque animos, vbi poſthuma proles
Non ſua, quam priſci vanâ ratione Quirites
Arcebant laribus maiorum, ſoſpite nato,
Defunctis ſuccedit auis, potiturque beatis
Diuitiis, clari diuino munere Aquili.
Ecquid adhuc memor es, Patrii cum iugera campi
Monſtrares? Cultæ hic ſegetes, hic paſcua, at illic
Arborei fœtus veniunt, hic Portula noſtris

Sub-

Subiecta eſt oculis, alibi Picquentia rura.
Quid vallem vmbroſam, & ſalientes fontibus vndas?
Quid referam celſi turrita cacumina montis?
Quod ſi non querulæ rumpant nemora alta cicadæ,
Vix equidem æſtatem nôrim, tam lenior aura
Spirat in his, crepitatque locis, dum ſerus opacis
Arboribus gaudet cuculus producere carmen.

Sed quo te tandem plectro, quo carmine dicam,
Quæ ſacrum celebras vatem Stridonia tellus?
Egregium vatem, quo non præſtantior alter
Mellito ſermone pios expromere ſenſus:
Te te inquam, cui tam dubiis agitata procellis
Relligio, meritos defert Hieronyme honores.
Ferte ſacro cineri flores, date Lilia plenis
Ruricolæ calathis, tantoque aſſurgite vati.

Felix ingenio hæc Regio, ſi quæ altera tota
Auſonia eſt, ſed enim paupertas inuida & ipſa
Res anguſta domi cupidis conatibus obſtat,
Et facit, vt iuuenes ſtudiorum culmina nunquam
Aſpiciant, medio reuocati ad limina curſu.
Aſt alii, quibus arriſit fortuna modusque,
Tantum animi ſpecimen, culti ingeniique dedêre,
Vt tales mirêre iſto ſub ſidere naſci.

Hæc loca non vnquam Lybici iuuertêre leones,
Non rabidæ tygres, aut ſæuis dentibus hydri,
Nullaque taurorum vis ignea, totus arando
Hic manſueſcit ager, pubesque aſſueta labori
Exercet pingues curuato vomere campos,
Quos aut flaua Ceres, aut læto palmite Bacchus
Implerunt, aut Palladia nemus obſitum oliua.
Hirſuti hic lepores, & vulpes callida, tum verò
Aucupii quodcumque genus, tandem omnia diues
Præſtat ager, cultos & amœna vireta per hortos.

O fortunati colles nimiumque beati!
Sic mihi dent Superi felicia tempora vitæ,
Vt non ipſe aliis, quam veſtris vallibus vsque
Viuere amem, non delicias ſi deferat ipſa
Roma ſuas, Tyriosue mihi concedat honores:
Quid ſi te memorandæ vrbes atque oppida? quid ſi
Te teneant alto vicina palatia cœlo,
Et poſſis fuluo loculos implere metallo?
Quid ſi te mediâ circumdet luce ſatelles,
Et liceat paſſim priſcos oſtendere vultus
Maiorum, aut etiam nitidis accumbere menſis,

Inter mille Deûm pateras, fulgentiaque auro
Pocula, & extremo vectos Oriente Tapetes?
Si tua te miſerum toto vita arguit æuo.
Non Siculæ cœnæ dulcem potuere ſaporem
Reddere, non hominem variis ſubducere curis:
Verum animus liber, mens recti conſcia, & intus
Nil ſtrepere, eſt hominis diuina ac ſumma voluptas.
Ite igitur curæ, procul hinc faſtidia mentis,
Mi liceat poſt hâc molli requieſcere in vmbra,
Et mare ſublimi è ſpeculo ſpectare profundum.
Viuendum eſt melius, venient mox cana ſenectæ
Tempora, quæ arceri nullis tolliue medelis
Poſſunt, vt falſò cecinit nugator Homerus.
Hei mihi non ſiſtunt labentis ſtamina vitæ
Pharmaca, non annos ſucci remorantur euntes.

Felices igitur colles, iterumque beati,
Quos dulces Zephyri, quos ſuauis ſpiritus auræ,
Et nemus vmbroſum, atque auium certamina cingunt.
Non mihi contingat, quicquid fouet aurea ditis
Vnda Tagi, non optarim mihi Lydia regna,
Riphæosue greges, aut fului munera Gangis.
Omnia deſpiciam, ô patrii mea gaudia colles,
Vltima dum veſtris me vallibus occupet ætas;
Hic vbi ſecuros proaui coluiſtis agellos,
Et licuit ſeram per ſecula longa ſenectam
Ducere, & optatæ concludere gaudia vitæ.

FINIS.

ÆNEÆ SYLVII HISTORIA GOTHORUM.

I.

I*ohanni* de *Carnaiali* Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Diacono Cardinali doctiſſimo & optimo patri Domino ſuo *Æneas* Epiſcopus *Senenſis* ſalutem plurimam dicit. *Leonardum Aretinum* noſtri Sæculi virum eloquentiſſimum ſcripſiſſe de *Gothis* hiſtoriam accepi: nunquam illa in manus meas venit, quamvis cupidus eſſem, res geſtas *Gothorum* agnoſcere. Nam populum illum, ex quo tuos Reges originem aiunt ducere, quaſi turbinem quendam *Romana Reſpublica* inſultaſſe, *Italiam* ac *Germaniam*, *Hiſpaniam*, *Galliamque* conculcaſſe, maiores noſtros ſæpe dicentes memineram. Sed neque, qui forent, neque unde veniſſent, neque rerum, quas geſſerant, ordinem tenebam, optabamque magnopere Leonardi libros in manus dari meas, ut hæc omnia diſcerem. Nam in ore hominum ſæpe de *Gothis* eſt ſermo, ſed nec perfectus, nec tanta re dignus. At dum hoc deſiderio feror, veni ad monaſterium *Cirtuscenſe*, (a) quod eſt in (a) Quil[illegible] cenſe.
monte altiſſimo conſtructum non longe ab Hyſtro inter *Viennam* atque *Pataviam*, ibi, dum intro bibliothecam, libroſque voluo, incidit in manus meas *Jordanis* (b) hiſtoria, quæ res *Gothorum* continet: perlegi, invenique, quod cupiebam. (b) Jornandis.
Sed quia longa eſt, ſtatui in compendium redigere, tibique mittere, ut videas, quomodo *Leonardi* commentariis conſonet, mihique reſcribas. Proſpiciet in ea re tui ordinis Cardinalis de *Columpna*, vir honeſti atque amœni ingenii, ac veterum elegantiarum cultor, quem ſcripſi, ut tecum inſpiciat omnino. Ego, quod apud *Jordanem* reperi, fideliter refero. Vale!

II.

EST in *Arthoo Oceani* Salo poſita inſula magna, nomine *Scantia*, quam alii *Scandaniam* dicunt, in modum cedrini folii lateribus pandis per longum ſeductum concludens, cujus undique litora verberat *Oceanus*; hæc a fronte ſita eſt *Viſtula* fluvii, qui *Sarmaticis* montibus ortus in conſpectu *Scancia* ſeptentrionalem Oceanum triſulcus inlabitur, *Germaniam Scythiamque* diſcriminans. Hæc *Scancia* ab Oriente vaſtiſſimo luco (ex quo vagus fluvius veluti quodam ventre generatus in Oceanum fertur undoſus:) Ab Occidente immenſo pelago circumdatur. A Septentrione quoque Oceano, ſed innavigabili concluditur. In eo ſunt inſulæ, ad quas congelato mari lupi pergentes luminibus orbantur. In *Scancia* non mellificat apium turba, quia frigore riget. In parte *Arthoa Adogita* ſunt, qui quadraginta diebus, ac totidem noctibus luces continuas habent, dum media fervet æſtas, iidem quoque brumali tempore eodem dierum noctiumque numero lucem neſciunt. Sunt item in *Scancia* populi, quos *Creſennas* vocant, his frumenti uſus ignotus eſt, carne ferarum, pecudum, et avium vivunt. Sunt etiam *Suethani*, apud quos equi ſunt eximii, & hi noſtris gentibus Saphirinas pelles, commercio interveniente per alios homines, transmittunt; qui, etſi ceteris in rebus inopiam oſtendunt, in veſtitu tamen pretioſos ſe monſtrant. Sunt alii *Themites*, *Vagotii*, *Pergiones*, *Halmi*, *Liotidi*, qui planam humum ac fertilem incolunt, ac propterea gentium aliarum incurſionibus infeſtantur. Poſt hos alicubi *Simaita*, *Serviri*, et *Ganthigothi* acre hominum genus, et ad bella promtiſſimum: dehinc mixti *Attingis Euagres*, qui rupibus excifis quaſi ſtellis ferino ritu inhabitant. Exterius *Oſtrogotha Raumaricii*, *Ragnaricii*, *Funique* ſunt, mites populi, atque his pares *Umomolothi*, *Snediti*, *Cogeni* corporis eminentia ceteris preſtantiores, ex quibus progreſſi *Dani*, *Herulos* propriis ſedibus expulerunt: Sunt in eadem inſula *Granini*, *Ganzi*, *Emirxi*, *Ethelrigi*, *Arochiranii*, quorum Rex *Rudolffus* contemto proprio regno ad *Theodorici Gothorum* Regis gremium convolavit, & quod deſiderabat, invenit. Ex hac inſula quaſi officina gentium cum Rege ſuo nomine *Berigo Gothi* quondam egreſſi, quam primo terram in continenti attigerunt, ex ſuo dixerunt nomine, *Gothiſcanciam* appellantes. Ripas Oceani *Vemerugi* (c) tenebant, quos bello victos propriis ſedibus expulerunt. Poſt (c) Pruthen.
cum *Vandalis*, qui vicini erant, manus conſerentes, cum virtutem pene parem inveniſſent,

eos ſibi ſocios delegerunt, atque cum his diu viventes in magnam multitudinem excreverunt. Jam quintus eis poſt *Berigum* Rex erat *Filimerus*. Is aptiores quærens ſedes cum omni comitatu in *Scythiam* profectus eſt, quæ lingua eorum *Orm* dicebatur. Paludes mediæ fuerunt, quas ponte facto pertranſivit, qui vix exercitus media parte transportata ſic diſſolutus eſt, ut nec redire, qui præceſſerant, nec tranſire, qui ſequebantur, quovis pacto valuerint; locus enim, ut ferunt, tremulis paludibus & ingenti voragine concluditur. Diu poſt illic armentorum voces & hominum ploratus auditus eſt: *Filimerus* autem cum exercitu, quem trajecerat, adverſus *Spalos*, qui primi fuerunt obvii, comperto prælio victor evadit, exinde ad extremam *Scythiæ* partem, quæ *Pontico* mari vicina eſt, proficiſcitur: Sic *Ablavius Gothorum* gentis Scriptor egregius tradit. *Scythia Germanica* terræ aonfinis usque ad flumina *Tyram*, *Danaſtriumque*, ac magnum *Thaurum* montem (non illum *Aſiæ*, ſed proprium *Scythicum*) ultraque *Maothida* per anguſtias *Bosfori* ad montem *Caucaſum*, amnemque *Araxem* protenditur, deinde in ſiniſtram partem reflexam poſt mare *Caſpium* in extremis *Aſiæ* finibus ab Oceano colliſa in modum fungi primum tenuis, poſt latiſſimam in formam, ac rotundam exoritur, vergensque in *Hunnos* & *Albanos*, ad *Seres* usque digreditur; quæ terra longe ſe tendens, lateque aperiens, habet ab Oriente *Seres* in ipſo ſui principio ad litus maris *Caſpii* commorantes, ab Occidente *Germanos* & flumen Inſulæ, ab Arthoo ſeptentrionali circumdatur Oceano, in Meridie *Perſide*, *Albania*, *Hiberia*, *Gonrho*, atque extremo *Hiſtri* alveo, qui *Danubius* dicitur ab oſtio ſuo) grandi tractu verſus fontem cingitur: in eo autem loci latere, quod *Ponticum* littus attingit, oppidis haud obſcuris referta eſt, *Boriſchenide*, *Olbia*, *Calippoda*, *Cherſona*, *Theodoſia*, *Careone Mirmicone* & *Trapecuncta*, quæ *Scytharum* indomitæ nationes *Græcos* condere permiſerunt, ſibimet commercia præbitura. In medio *Scythiæ* loca ſunt, quæ *Aſiam*, *Europamque* diſterminant, montes *Riphei* qui *Thanaim* vaſtiſſimum fundunt *Maothida* intrantem.

III.

MÆotis autem palus habet in circuitum paſſuum centum quadraginta quatuor millia, nec usquam octo ulnis altior eſt aqua. Primi ab Occidente Scythiam colunt *Gepidæ*, qui magnis & opinatis fluminibus ambiuntur: *Tyſianus* per Aquilonem Chorumque diſcurrit, ab Africo magnus ipſe *Danubius*, ab Euro *Thauſis* ſecat, qui rapidus & verticoſus in *Hyſtri* fluenta furens involvitur. Introrſus illis *Dacia* eſt ad coronæ ſpeciem arduis alpibus munita, horum latus ſiniſtrum, quod in Aquilonem vergit, ab ortu *Viſtulæ* fluminis per immenſa ſpatia undarum natio populoſa tenet, quorum nomina quamvis nunc per varias familias & loca mutentur, principaliter tamen *Sclavani*, *Veneti* & *Antes* nominabantur. *Sclavani* à civitate *Nometimenſe*, & lacu, *qui Morſianus* appellatur, usque ad *Danatrum* flumen & in Loream commorantur, ac paludes ſilvasque pro civitatibus habent. *Antes* vero, qui ſunt eorum fortiſſimi, qua *Ponticum* mare curvatur, â *Danatro* extenduntur usque ad *Danubium*, quæ flumina multis manſionibus invicem abſunt. Ad littus autem Oceani, ubi tribus faucibus fluenta *Viſtulæ* fluminis ebibuntur, *Indiovari* reſident ex diverſis nationibus aggregati, poſt quoa ripam Oceani *Itemeſti* tenent, pacatum hominum genus, quibus in Auſtrum aſſidet gens *Agazirorum* fortiſſima, frugum ignara, pecoribus ac venatu victitans. Poſt hos ſupra mara *Ponticum Bulgari* ſedent, hinc *Hunnorum* gens fortiſſima, quorum alii *Alcioagri*, alii *Auiri* nuncupantur. *Alcioagri* juxta *Cherſonam* ſunt, qui æſtate per campos diffuſas habent ſedes, hieme juxta *Ponticum* cum pecoribus morantur.

IV.

HUngari autem ideò noti ſunt, quod ab his pellium murinarum venit commercium, quorum manſio in *Scythia* fuit juxta paludem *Maotidem*, poſt in medio *Thraciaque* & ſedes habuerunt: tertio ſupra mare *Ponticum* rurſus in *Scythia* conſederant. *Gothi* ergo, ut ad cœptum redeamus, juxta *Maotidem* commorantes *Filemerum* Regem habuerunt: exhinc in *Dacia Thraciaque*, tum *Miſia* ſolo viventes *Holmoxen* ſortiti ſunt Regem, quem non ſolum prudentem, ſed etiam philoſophum extitiſſe nonnulli ſcriptores Annalium prodiderunt; fuerant & antea inter eos periti *Rentha* & *Dicineus*, qui eos ſapientia erudierant, ac propterea ceteris barbaris ſapientiores *Gothi* ſemper ſunt habiti *Græciſque* penè ſimiles, ſi Dioni credendum eſt, qui eorum hiſtorias Græco ſtilo compoſuit. Generoſi inter *Gothos* fuerunt *Taraboſteri* & *Pilleati*, ex quibus Reges ſacerdotesque legebantur. *Gothi* alio nomine *Gethæ* dicti ſunt, quorum virtus in tantum bellis enituit, ut *Martem*, quem belli deum antiquitas coluit, apud *Gethas* potiſſimum credant natum: hinc illud Virgilii: *Gradivumque patrem*, *Gethicis qui præſidet armis*. Hunc deum *Gothi* captivorum mortibus placaverunt, eique ſemper vovabant primitias victoriarum. Tertia *Gothorum* ſedes ſupra mare *Ponticum* fuit, ubi & humaniores & ſapientiores effecti in familias ſunt diviſi, dictique ſunt *Veſegothæ* & *Oſtrogothæ*. Inter *Veſegothas* principatum tenuit familia *Balthorum*: Inter *Oſtrogothas* primi ſemper habiti

ſunt

ſunt *Amals*. Tenebant autem *Gothi* terras *Scythia* a *Beriſtene* amoe, quem accolæ *Danubium* vocant, usque ad *Thanaim* fluvium circa ſinum paludis *Maotidis*, qui inter *Aſiam*, *Europamque* terminus famoſus habetur. Nam alter *Thanais* montibus *Chrimmorum* oriens in *Caſpium* mare dilabitur. *Danuber* autem ortus grandi palude quaſi ex matre profunditur, in cujus oſtio Inſula eſt, quæ *Achillis* nominatur. Hic ergo *Gothis* conſiſtentibus *Veſtius* Rex *Ægyptiorum* bellum infert, ſed *Gothis* tunc *Thanaus* Rex erat, qui ad *Phaſim* fluvium Regi Ægyptiorum occurens commiſſo prælio victoriam refert, ipſumque *Veſtium* captum obtinuiſſet, niſi paludibus Ægypti proſequi prohibitus fuiſſet. Reverſus autem *Thanaus* univerſam ſibi *Aſiam* ſubegit, eamque Sorno amico ſuo *Medorum* Regi tributariam fecit. Ex ſociis *Thanai* dum quidam ſubjectas provincias intuentur, capti locorum amoenitate, deſertis ſuorum agminibus in *Aſia* partibus conſederunt: ex quibus *Parthorum* genus exortum eſt, qui Scythica lingua fugaces dicuntur, imitatoresque Patrum inter omnes pene nationes *Aſia* ſoli ſagittarii ſunt & acerrimi bellatores. *Thanaum* autem Regem *Gothorum*, quem alii *Thaunaſim* vocant, poſt mortem inter numina ſui populi coluerunt. Horum feminæ non inferiores viris *Amazones* dictæ magnum imperium propriis viribus pepererunt. *Lampeto* his & *Marpeſia* Reginæ fuerunt, quæ poſt ſubactam *Aſiam* apud radices *Caucaſi* montis ſedes habuere. Adverſus has pugnâſſe *Herculem* ferunt, ac magis dolo, quam virtute viciſſe. *Theſeus* quoque Hyppolitam in prædam tulit, ex qua genuit *Hyppolitum*.

V.

EX his Regina fuit *Panthaſilea*, cuius *Troiano* bello extant clariſſima documenta, regnumque feminas iſtas usque ad Magnum *Alexandrum* tenuiſſe conſtat. Sed ut ad *Gothos*, qui & *Getha* dicti ſunt, redeamus, refert Dio hiſtoricus, poſt multa tempora Regem his *Chelephum* extitiſſe filium Herculis ex *Auge Priami* ſorore oatum, qui paternam fortitudinem propriis virtutibus æquavit; cuius regnum *Moeſiam* appellavere maiores, cui ab Oriente ſunt oſtia fluminis *Danubii*, a Meridie *Macedonia* ſedet; Occaſum *Hiſtria* tenet, Septentrionem iterum *Danubius*. Is bellum cum *Danis* habuit, *Theſandrumque* Ducem *Gracia* interemit, & dum *Ajacem* infeſtus aggreditur, *Vlixemque* perſequitur, equo cadente corruit, *Achilliſque* iaculo faucius femur diu curare nequivit: *Gracos* tamen, quamvis vulneratus, e ſuis finibus perturbavit; cui mortuo *Eurifidus* in regno ſucceſſit ex *Priami Phrygum* Regis germana ſuſceptus, qui ob amorem Caſſandræ, &, ut ſocero ferret auxilium, *Trojanum* bellum peteos in ipſo adventu extinctus eſt. Poſt hæc annis circiter triginta & ſexcentis *Perſarum* Rex *Cyrus Aſiaticis* elatus victoriis *Gethas* aggreditur. Regina his tunc *Thamiris* erat, quæ, licet ab *Araxi* amne prohibere *Cyrum* poſſet, tranſitum tamen permiſit, eligens armis hoſtem vincere, quam locorum beneficio ſubmovere. *Primo* tamen bello victor *Cyrus Thamiris* magnam exercitus partem trucidavit: ſecundo prælio victus *Cyrus* poenas dedit. Ibique primum *Gothorum* gens ſerica tentoria vidit, Reginaque victoriæ ſpoliis aucta, in partem *Moeſia*, quæ poſt *Scythia* minor dicta eſt, tranſiens, in *Ponti* litore civitatem condidit, quam de ſuo nomine *Thamirim* vocavit. Interiecto deinde tempore Rex *Perſarum Darius Antyri* filius *Regiri Gothorum* Regis filiam in matrimonum poſtulat, minasque, ſi non impetraret, adjunxit. Cujus legationem & affinitatem cum *Gothi* ſprevisſent, inflammatus dolore *Darius* ſeptingentorum millium pugnatorum adverſus *Gothos* inſtruxit exercitum, publieo modo privatam ignominiam vindicaturus. Cum his, a *Calcedona* in *Biſancium* inſtar pontium tabulatis atque conſertis, *Thraciam* petit & *Moeſiam*, pontemque rurſus in *Danubio* pari modo conſtruxit, ac duobus poſt menſibus fatigatus cum nonnullos amiſiſſet ex ſuis, timens ab hoſtibus *Danubii* pontem occupari, repedavit in *Thraciam*. Poſt cum *Xerxes* filius paternam ulturus injuriam cum ſeptingentis ſuorum, & auxiliariorum trecentis millibus hominum ac mille ducentis roſtratis navibus & onerariis tribus millibus adverſus *Gothos* profectus eſt; ſed in commiſſo prælio non ſine damno receſſit. *Philippus* quoque Pater *Alexandri* Magni *Medompnam Gothica* Regis filiam accepit uxorem, ut tali affinitate roboratus *Macedonum* regna firmaret. Refert Dio, *Philippum* inopiam pecuniæ paſſum *Odiſitanam Moeſia* civitatem, *Gothiſque* ſubditam, inſtructis copiis invaſiſſe: cumque jam urbem obſideret, ſacerdotes *Gothorum*, qui pii nuncupantur, apertis portis cum citharis ac candidis veſtibus egreſſos, patriis Diis, ut ſibi propitii *Macedones* repellerent, voce ſupplici modulantes, *Philippum* in ſtuporem dediſſe, ac ſic armatos ab inermibus terrefactos, ut ſoluta obſidiooe *Macedones* non tantum ab urbis excidio ceſſaverint, verum etiam & quæ foris jure belli fuerant adepti, ſine cunctatione reddiderint. *Gothi* tamen poſt longum tempus violati per *Philippum* foederis reminiſcentes, *Gythalico* Duce centum & quinquaginta virorum millibus congregatis bellum *Athenienſibus* intulerunt. *Perdicca tum* princeps *Athenienſium* erat *Alexandri* Magni ſuprema voluntate conſtitutus, quem *Gothi* magno bello vicerunt.

VI.

CUm *Sylla* Romanæ Reipublicæ immineret, Rex *Gothis Roroiſta* fuit, qui *Dicineo* philoſopho

ad

ad ſe venienti regiam pene poteſtatem conceſſit, cuius conſilio terræ *Germanorum*, quas poſt *Franci* tenuerunt, populatæ ſunt. Ab hoc & philoſophiam *Gothi* didicerunt & ſacerdotes receperunt, quos Pileatos vocavere: nam ceteri Capillati dicti ſunt. *Dicineo* rebus humanis exempto, *Commoſicus*, pari pene ſolertia, Rex *Gothis* & Pontifex ſucceſſit. Poſt hunc *Corillus* regnum conſcendit, qui per annos quadraginta in *Dacia* ſuis gentibus imperavit: *Daciam* dico antiquam, quam poſtea *Gepidarum* populi poſſederunt, quæ patria in conſpectu *Moeſia* ſita trans *Danubium* corona montium cingitur, duobus acceſſibus pervia, per *Ponthas* altero, per *Tabas* altero, quæ *Dacia* olim fuit, poſt *Gothia* dicta eſt, exinde *Gepidia*; hinc ab Oriente *Araxolani*, ab Occaſu *Aſſithes*, a Septentrione *Sarmatæ* & *Baſterna* ſunt, Meridiem amnis *Danubii* fluenta claudunt. *Danubius* in *Almanicis* arvis exoriens (ſexaginta a fonte ſuo usque ad oſtia in *Pontum* vergentia per mille ducentorum paſſuum millia hinc atque inde flumina ſuſcipiens) ampliſſimus currit: is lingua *Beſſorum Hyſter* vocatur, ducentum tantum pedibus, ubi profundior eſt, in altum aquam defert &c.

VII.

Longum poſt intervallum, *Domitiano* imperante (fœdere, quod cum aliis Principibus *Gothi* pepigerant, ſoluto) ripam *Danubii* jam diu ab Imperio Romano poſſeſſam invadunt, cui Provinciæ poſt *Agrippam Pompejus Sabinus* præerat, quem *Gothi* truncantes capite, cum *Dorpanco* Principe quam plurimas urbes Imperii pervaſerunt; qua neceſſitate coactus *Domitianus Illyricum* petiit, miſſoque *Fuſco* trans *Danubium* cum exercitu, vaſtari *Gothorum* terras jubet; quem *Gothi* bello ſuſcipientes occidunt ac prædas ingentes reportant, quibus victoriis elati *Gothorum* populi Principes ſuos, quorum ductu vincebant, jam non puros homines, ſed (quos lingua eorum *Anſis* vocant) ſemideos appellaverunt, de quorum Geneologia jam locus expoſcit nonnulla referri. Inter *Gothorum* igitur, ut ipſorum hiſtoriæ narrant, Heroas primus fuit *Gapt*, ex hoc natus eſt *Halmal*, qui genuit *Augim*, *Augis* vero *Amal* genuit (â quo eſt *Amalorum* origo inter *Gothos* nobilior) *Amal Iſarnam* habuit filium, ex quo natus eſt *Aſtogotha*, cui filius fuit *Hunuuil*, nepos *Atal*. Ex *Atal* nati ſunt: *Achiulf* & *Odulf*; *Achiulfo* quatuor fuerunt filii: *Anſula* & *Edulfus*, *Weculfus* & *Hermenerichus*. *Weculſus* autem genuit *Valaramantem*, *Valaramas* autem *Winicharium*, de quo natus eſt *Wandaliarius*. Ex eo tres filii fuerunt: *Thindemerus*, *Valomerus*, & *Videmerus*. *Thindemerus Theodericum* genuit, ex quo fuit *Amalaſuentha* filia, quæ *Athalaricum* & *Metheſuentum* ex *Entharico* viro ſuo genuit, cujus affinitas ſic deducta eſt. *Hermenericus*, cujus ſupra meminimus, *Hunimundum* genuit, ex quo *Thuriſmundus*, qui genuit *Berimundum*, ex quo *Videricus*, cui fuit filius *Entharicus*, qui conjunctus *Amalaſuentha* genuit *Athalaricum*, & *Mathaſuentham*; ſed *Athalaricus* in ipſo pueritiæ flore deceſſit. *Matheſuentha Witigis* copulatus eſt, qui à *Belizano Conſtantinopolim* cum conjuge ductus, eum absque liberis obiiſſet mortem, *Gergianus* Patricius Fratruelis *Juſtiniani* Cæſaris *Matheſuentham* duxit uxorem, & ordinariam Patriciam fecit, ex qua & natum filium ex ſuo nomine *Germanum* appellavit. Nunc, unde digreſſi ſumus, redeundum eſt.

VIII.

Gothis, qui ſupra limbum *Ponti* commorantes Orientalem *Scythia* plagam tenebant, ſicut *Ablavius* Hiſtoricus refert, *Hoſtrogotha* præſuit, qui ex ſe genti nomen indidit. Quibusdam tamen placet, *Hoſtrogothas* ab Orientali loco ſic appellatos; nam qui partem occiduam tenent, *Veſogotha* ſunt appellati, quorum, ſicut antea diximus, non minima pars tranato *Danubio* non modicum tempus apud *Moeſiam Thraciamque conſumpſit*, ex quorum reliquiis *Symachus* Hiſtoricus & *Maximinum* Imperatorem fuiſſe tradit: „*Maximinus*, inquiens, Cæſare *Alexan*„*dro* mortuo, ab exercitu factus eſt Imperator ex infimis parentibus in *Thracia* natus, a patre *Gotho* nomine *Micca*, matre *Halana*, quæ *Ababa* dicebatur. Is triennium regnans dum in extraneos arma commoveret, Imperium ſimul & vitam amiſit. Quo autem pacto *Maximinus* ad curiam venerit, breviter eſt dicendum. *Severo* Principe imperante, ac natalem filii celebrante, militares ludi dati ſunt, ad quos viſendos *Maximinus*, ruſticali vita & paſcuis poſthabitis, virtutis ſuæ conſcius luctandi cum expertis militibus licentiam petit. *Severus* autem vidit magnitudinem formæ (nam octo pedibus ſtatura eius eminentior fuit) jubet eum cum lixis corporeo nexu contendere, ne quid a rudi homine militaribus viris eveniret injuriæ. *Maximinus* autem ſedecim lixas tanta felicitate proſtravit, ut vincendo ſingulos nullam ſibi requiem per intercapedinem temporis daret; quam ob rem acceptis præmiis juſſus eſt in militia recipi. Prima ei ſtipendia equeſtria fuêre. Ex hinc triduo, cum Imperator in campum exiret, intueretur que juvenem more barbarico exultantem, vocato tribuno juſſit eum coercitum, Romanam ut imbueret diſciplinam. Ille ubi de ſe intellexit verbum fieri, accedens Principem equitantem pedibus præire cœpit. Tum Imperator equo ad lentum curſum calcaribus incitato multos orbes huc atque illuc ad ſuam usque fatigationem deflexibus variis peregit, illique mox ait: nunquid vis poſt curſum tragice luctari?

Et

Et, ille quantum libet, inquit, Imperator. Tum *Severus* equo deſiliens robuſtiſſimos militum cum eo decertare præcipit, ex quibus *Maximinus* ſeptem valentiſſimos juvenes ſic ad terram eliſit, ut nihil per intervalla temporis reſpiraret; quapropter ſolus a Cæſare & argenteis præmiis, & aureo torque donatus eſt, ac inter ſtipatores corporis principales mereri juſſus. Poſt hæc ſub *Antonio Caracalla* ordines duxit, ac, ſæpe famam factis extendens, inter plures militiæ gradus,centuriasque ſtrenuitatis ſuæ præmium tulit. *Macrino* autem poſt imperium adepto, quamvis tribunatus honore potiretur, militiam tamen triennio pene recuſavit: Nec unquam ſe oculis *Macrini* obtulit, indignum ducens eius imperiom, quod ab *Eligabolo* per facinus quæſitum fuerat. Dehinc quaſi ad *Antonii* filium revertens tribunatum ſuum adiit, & poſt hunc ſub *Alexandro Mamaa* contra *Partos* egregie dimicavit, eoque *Mogontiaco* militari tumultu occiſo, ipſe exercitus electione absque ſenatusconſulto effectus eſt Imperator, qui bona, quæ prius fecerat quam multa in perſecutione Chriſtianorum,malo voto fœdavit, occiſusque *Aquilegia* a *Puppione* regnum *Philippo* reliquit. Quæ idcirco de *Maximino* relata ſunt, ut & gentem, de qua ſcribimus, ad regni *Romani* faſtigium perveniſſe clareat, ſic enim *Symmachus* tradit.

VIIII.

P*Hilippo* (qui ſolus ante *Conſtantinum* ex Cæſaribus Chriſtianus fuit) cum filio ſui nominis regnante (cuius regni anno ſecundo *Roma* milleſimum annum explevit) *Gothi*, ut aſſolet, ſubtracta ſibi ſtipendia ægre ferentes (quamvis eoim ſub Regibus viverent, rei tamen publicæ *Romana* Confœderati annua munera percipiebant.) Sub *Oſtrogotha Danubium* transeuntes, *Moeſiam Thraciamque* vaſtarunt; ad quos repellcodos miſſus *Decius* Senator cum nihil proficeret, milites ſuos exauctoravit, privatamque vitam degere iuſſit, tanquam eorum neglectu *Gothi Danubium* transmeaſſent. Illi vero hac cootumelia indignati ad *Oſtrogotham* defecerunt, quorum verbis accenſus Princeps mox trecenta millia ſuorum armata perduxit, adhibitisque *Cayſalis* & *Aſtriagis* quibusdam tria millia *Corporum* ſibi adjungit: acre hominum genus, ad bella ſemper expeditum, quod ſæpe *Romanis* infeſtum fuerat, quos tamen poſtea *Galerius Maximinus* Cæſar devicit. Tum & *Peucenos* addit ab Inſula *Peuci*, quæ in oſtio *Danubii* jacet, ſic dictos; his *Argaithum* & *Guntbericum* nobiliſſimos ſuæ gentis ductores præficit, qui rurſus *Moeſiam* populati, *Martianopolim* ejusdem patriæ famoſam urbem aggrediuntur, quam poſtmodum accepta pecunia reliquerunt.

Hanc urbem *Trajanus* Imperator idcirco ædificavit, quia dum *Martia* ſororis puella in flumine illo lavaret (quod in media exortum urbe miræ limpiditatis & hauſtu dulciſſimum eſſe fertur) aquasque vellet exinde haurire, caſu vas aureum, quod ferebat, in profuodum decidit, metalli pondere prægravatum, longeque poſt ab imis emerſit, quod non erat uſitatum, aut vas ſorberi vacuum, aut ſemel voratum reſpuentibus undis renatare. Quibus *Trajanus* ſub admiratione compertis fontique munus quiddam ineſſe credens, conditam civitatem ex germanæ ſuæ nomine *Martianopolim* appellavit.

Exhinc recedentes *Gothos* cum *Gepidarum* natio ſubito vincentes ubique, prædisque ditatos intueretur, arma per invidiam in parentes movit. Ioter has autem gentes huiusmodi cognatio eſt; diximus ab initio, *Gothos* ex Inſulæ *Scancia* gremio digreſſos cum Bericho Rege ſuo, tribus tantum navibus vectos, citeriorem Oceani ripam attigiſſe, quarum una, cum tardius adventaſſet, pigra vocata eſt, quod eorum lingua *Gepanta* dicitur: Sic pro gratuito commercio Gepidarum nomen exortum eſt; hi autem apud Inſulam Jusdæ amnis, quam ex ſuo nomine *Gepedoios* dixerunt, diu commorati ſuot, poſt vero introrſum profecti usque *Danubium* venere, quorum Rex *Faſtida* quietam gentem excitans, patrios fines armis ampliavit. Nam *Brogmiziones* pene usque ad interemptionem delevit, *Gothosque* cognatos pluribus præliis laceſſivit.

Is cum populum multiplicatum cerneret, miſſis ad *Oſtrogotham* legatis, cujus imperio etiam *Veſtogotha* ſubjacebant, incluſum ſe montili aſperitate, ſilvarum denſitate conſtrictum queritur, darique ſibi agros ad incolendum latiores, depoſcit; quod niſi obtineat, ferro ſe terminos ampliaturum minatur. *Oſtrogotha* nefarium dicit, bella cum propinquis geri, terras vero largiri non poſſe. Cum *Faſtida* in propoſito perſeveraret, apud oppidum *Balthis*, quod amnis *Aucta* præterfluit, bellum commiſſum eſt: cum diu paribus viribus pugnatum eſſet, ad extremum, inclinata *Gepidarum* acie, prælium dimittitur, dirimitur, *Faſtida* (ſuorum ſtrage relicta non minus humilis adverſitate redditus, quam proſperitate fuerat elatus) in patriam revertitur; *Gothi* vero ſolo *Gepidarum* diſceſſu contenti ſub *Oſtrogotha*, dum is vixit, pacem habuerunt.

X.

POſt hunc *Eachina* regnum accepit, qui dimiſſo exercitu partem ad devaſtandum *Moeſiam*

dirigit, quam negligentia Principum defenſoribus deſtitutam ſciebat; ipſe cum LXX millibus pugnatorum ad Euæſteſum conſcendit, unde à *Gallo* Duce remotus *Nicopolim* petit, quam *Trajanus* Cæſar devictis *Sarmatis* ædificavit. Inde quoque, cum *Decius* Imperator ſuperveniſſet, in partes *Gemoniæ* receſſit. *Euchina* poſt & *Philippopolim* aggredi ſtatuit: Quod cum *Decius* cognoviſſet, auxilium urbi laturus, *Kerocam* venit, ubi dum homines & equos laſſos refouet, *Gothorum* ſuperventu confligitur, vixque cum paucis ad *Tuſciam* rurſus trans alpes in *Myſiam* fugit; ubi cum *Gallo* duce reparavit exercitum; *Euchina* vero *Philippopolim* capit, ingentique præda potitus *Priſcum* ducem, qui civitatem tenuerat, ſibi conciliavit; cum quo *Decium* aggreſſus prælium alterum committit: ibi inter primos filius *Decii* ſagitta vulneratus occumbit. Quod cum pater accepiſſet, ſpem vultu ſimulans, & unius interitu militis nihil minui Rempublicam dicens, inter confertiſſimos ruit hoſtes, aut ſilii vindictam aut doloris finem propria morte perquirens: Sed cum ſervatus bello in *Abrutum* Moeſiæ civitatem ſe recepiſſet, circumſeptus *Gothorum* acie & ipſe extinguitur, qui locus poſtea *Decii* dictus eſt *Ara*, oam illic ante pugoam Idolis immolarat.

Decio vita functo *Gallus* & *Voluſianus* imperium ſuſcepere, quo tempore peſtilens morbus faciem totius orbis fœdavit, ſupra modum vero *Alexandriam* & cæteras orbes *Ægypti* vaſtavit (ſicut Dionyſius Hiſtoricus refert & venerabilis Chriſti martyr & Epiſcopus Cyprianus in libro, cui titulus eſt: *de immortalitate*, teſtatur) tuncque *Emilianus Moeſia* Præfectus tyrannidem meditatus, exercitu collecto invadere imperium ſtatuit; ſed in ipſo pene nefarii conatus initio extinctus, & vitam & imperium, ad quod inhiabat, amiſit. *Gallus* vero ac *Voluſianus* fœdus cum gente *Gothorum* percutientes biennio Rempublicam tenuerunt, quibus extinctis imperavit *Galienus* Princeps, in omoem laſciviam reſolutus, cujus tempore *Reſpa*, *Veduco*, *Thuroaroque*, Duces *Gothorum*, fretum *Helleſpontiacum* cum exercitu tranſeuntes, pluribus *Aſiæ* civitatibus populatis famoſum *Dianæ* templum, quod apud *Epheſum Amazones* condiderunt, igne ſucceoderunt, *Bithiniamque* ingreſſi *Calcedonam* ſubverterunt, quam licet poſt *Cornelius* ab imis reparaverit, vicinamque urbem Regiæ, ruinarum ſuarum longo poſt tempore ſigna retinuit. *Gothi* autem *Helleſpontum* repetentes, *Ilium*, quod non oihil ab *Agamemnoniaco* incendio ſurrexerat, hoſtili mucrone deleverunt, ac in *Thraciam* venientes, igne ac ferro ubique furentes *Michialos* civitatem ad radices Hemi mootis ſitam mari vicinam diripiunt, cujus *Sardanapollum Parthorum* Regem, eooditorem ajunt. Hic pluribus diebus manere, aquarum calidarum lavacris oblectati, quæ decimo milliario ab urbe ſitæ, ab uno ſui fontis igne ſcaturientes, inter alia totius mundi thermarum innumerabilia loca ad morborum curam efficaciſſimæ creduntur.

XI.

POſt hæc, cum domum revertiſſent, à *Maximiano* Imperatore contra *Parthos* invitantur; ubi multa virtutis ſuæ ſigna probaverunt: Sed poſtquam & *Maximianus* cum eorum auxilio *Narſeum* Regem *Perſarum*, *Saporis* Magni nepotem, fugaverat, ejusque omnes opes, uxores, & filios in prædam duxerat, *Achillemque* in *Alexandria* cum *Diocletiano* ſuperaverat, & *Maximianus Herculeus* in *Africa Quingentiannos* attriverat, pacem Reipubl. nacti, *Gothos* quodammodo negligere cœperunt, ſine quibus per multas ætates vix Romani contra ullas gentes feliciter decertaverunt. Nam ſequenti tempore & *Couſtautino* cootra cognatum eius *Licinium* auxilia miſerunt, quem devictum & *Theſſalonicæ* clauſum *Conſtantinus* victoris gladio trucidaveruot, & ſibi, cum famoſiſſimam Romæque æmulam ex ſuo nomine conderet civitatem, cooperati ſunt. Qui fœdere inito cum Imperatore quadraginta ſuorum millia io ſolatium contra gentes varias obtulere. At *Maximiano* Imperatore duo Reges *Gothorum* erant, *Ariaricus* & *Aoricus*, quibus ſucceſſit *Heberichus* virtute & genere clarus, qui patre natus *Hilderico*, avo Ovida, proavo *Chuinida*, gloriam ſui generis illuſtribus factis adæquavit. Is prima militiæ ſuæ experimenta in *Wandalos* habuit, eorumque Regem *Biſtinarum* occidit. Hi, ſicut *Deuxippus* hiſtoricus refert, ab *Oceano* profecti vix intra anni ſpatium ad *Gothorum* confinia venerant, tenebantque terram, quam poſt *Gepidæ* occupaverunt, quibus ab Oriente *Gothi*, ab Occidente *Marcomanni*, a Septentrione *Hermunduli* fuerunt, Meridiem *Hyſter* clauſit. Bellum inter *Vaudalos Gothosque* ad ripam amnis *Mariſiæ* committitur, ubi *Vandalis* occiſo Rege devictis *Hebericus* ad propria redit; *Vandali* vero, qui fugæ beneficio ſuperfuerant, collatam imbellium manu infortunatam patriam relinquentes, *Pannoniam* ſibi a *Conſtantino* Principe petierunt, ubi per ſexaginta annos Imperatorum decretis paruerunt. Exinde ſub *Stilicone* Magiſtro militum & Exconſule atque Patricio *Gallias* occuparunt, ubi, finitimos deprædantes, fixas ſedes habere non potuerunt.

Apud *Gothos* autem *Heberico* defuncto poſt aliquod temporis intervallum *Hermanaricus* diadema ſuſcepit ex nobili *Amalorum* ſtirpe ſatus, quem nonnulli propter ingentes victorias *Alexandro* Magno comparaverunt. Domuerat namque *Gothos*, *Scythas*, *Thindos*,

Ma-

Mannxes, Vaſmabrancas, & omnes fere ***Arctoi*** nationes imperio ſuo ſubjecerat, ***Herulos*** quoque, quibus ***Halaricus*** præerat, occiſis quam pluribus in ditionem accepit. ***Heruli*** autem, ſicut Ablavius refert, juxta paludes ***Maotidis*** inhabitabant in locis ſtagnalibus; unde tracto ex Græco vocabulo ***Heruli*** nominati ſunt: Gens tam ſuperba, quam velox, qua victa ***Hermanaricus*** in ***Venetos*** admovit, qui inermes a multitudine armata facile vincuntur.

XII.

Hi, ſicut antea dictum eſt, ab ima exorti ſtirpe tanta poſt nomina ediderunt. ***Veneti*** namque & ***Antes*** & ***Sclavi*** vocati ſunt, quorum potentia poſtmodum ubique deſivit. Ad ***Aaſtios*** quoque ***Hylaricos*** tranſivit, qui longiſſimam ***Oceani Germanici*** ripam incoluerunt, quibus ſubactis, omnibus ***Scythis*** ac ***Germania*** nationibus imperat. Ejus tempore & ***Hunnorum*** gens omni ferocitate atrocior exarſit in ***Gothos***, quorum originem (ſi vera eſt antiquitatis opinio) ſtupendam invenimus, & alibi inauditam. ***Filimerus Gothorum*** Rex, ***Godarici*** Magni filius, qui poſt egreſſum ***Scancia*** Inſulæ quinto loco regnavit, ac ***Scythiam***, ut ſupra retulimus, ***Gothorum*** primus adivit, cum mulieres quaſdam magas in exercitu comperiſſet, pernicioſumque tale genus putaſſet, eaſdem fugatas in ſolitudinem coëgit errare, quas immundi ſpiritus per eremum vagantes (mirabile dictu) cum vidiſſent, earum ſe complexibus miſcuerunt, genusque hoc hominum ediderunt, quod fuit primum inter paludes munitum, tetrumque, neque ſermone humano, ſed imagine ſermonis utebatur. Ex his creati ***Hunni Gothorum*** fines ingreſſi ſunt. Natio ſæva fuit, quæ ulteriorem ***Maotidis*** ripam incolens, venatu ſolum vivebat, laboris alterius cuiuslibet expers. Hujus gentis venatores, dum circa ***Maotidis*** ripam feras inquirunt, animadvertunt ex improviſo, cervam ſe illis offerentem, quæ ingreſſa paludem nunc progrediens, nunc ſubſiſtens indicem viæ ſe tribuit; hanc ſecuti paludem ***Maotidem***, quam inſtar ***Ponti*** imperviam arbitrantur, pedibus tranſierunt: Sed ut ***Scythica*** terra in conſpectu fuit, cerva diſparuit. Illi ergo, qui præter ***Maotida*** terram eſſe aliam neſciebant, admirati novam terram, ad ſuos redeunt, rem geſtam referunt, ***Scythiam*** laudant, perſuaſisque populis, via, quam cerva indicante didicerant, ***Scythiam*** petunt, quos primo obvios habent, victoriæ litant, reliquos domitos ſubiugant, victisque pluribus gentibus ***Halanos*** quoque robore pares, ſed cultu humaniores, ſibi ſubjiciunt. Fuit his ſpecies pavendæ magnitudinis pro facie deforis oſſa, in qua puncta quædam luminis loco videbantur, aſpectus torvitas fiduciam animi prodebat. Hi ſua in pignora, ut mox nata ſunt, deſæviunt, nam maribus ferro genas ſecant, ut antequam lactis nutrimenta percipiant, vulneris tolerantiam diſcant; hinc imberbes ſeneſcunt, ephebique fiunt antiqui: facies namque ferro ſulcata tempeſtivam pilorum gratiam per cicutrices emittit. Statura breves ſunt, ſed argutis motibus expediti, ſcapulis latis ad arcus ſagittasque prompti, ferinis cervicibus erecti ſuperbia, in equis agiles, ſub humana figura belluina vivunt ſævitia. In horum adventu ***Hermanaricus*** multarum gentium dominator feminam quandam ob necem mariti ferocibus equis alligatam incitatis curſibus per diverſa devehi præceperat, cujus fratres ***Sarus*** & ***Amnius Roſomenorum*** infida gente creati, obitum vindicantes, Hermanarici latus ferro petierunt, ac per eius valetudinem ***Hunnorum*** Regi ***Salamuto*** in ***Oſtrogothos*** viam patefecerunt, ex quorum ſocietate iam ***Veſagothi*** diſceſſerant. ***Hermanaricus*** autem tam vulneris ictu, quam ætatis gravedine (jam enim CXIII annum impleverat) vitam exivit, cuius mors victoriam ***Hunnis*** in ***Gothos*** Occidentales præbuit.

XIII.

Occidentales autem dum ***Hunnos*** timent, miſſa legatione ad Valentem Imperatorem ſeniorem Valentiniani fratrem, partem ***Thracia*** atque ***Moeſia*** ad incolendum poſtulant, ſeque ſub eius legibus victuros promittunt, utque fidem inveniant, Chriſtianos ſe futuros dicunt, ſi doctores religionis exhibeantur. Valens vero congratulabundus annuit, ſuſceptosque e partibus ***Moeſia Gothos*** quaſi murum Imperii contra cæteras gentes collocavit: Sed quia ***Valens*** Arianorum perfidia ſaucius erat, ſuæ quoque partis fautores ad illos miſit qui cultum Chriſti prædicarent, ac ſic rudes ac ignari ***Gothi Valentis*** perfidia non Chriſtiani, ſed Arriani facti, errorem, quem acceperant, ***Gepidis*** & aliis ſuæ gentis hominibus tradiderunt. Poſt hoc cœperunt ***Gothi*** famis incomodo laborare. Duces his, vice Regum, ***Fridegerius, Alatheus*** & ***Safrat*** erant, qui victum ex Romanorum Ducibus pecunia comparantes, ubi æs defuit, ſuppellectilem ac mancipia tradiderunt. Ad extremum quoque filios ſuos victus neceſſitate cum annona mutarunt, ſatius arbitrantes, ingenuitatem perire quam vitam. Tunc & ***Lupicinus Romanorum*** ductor ſub dolo ***Fridegerium Gothorum*** Regulum ad convivium invitavit, quo in prætorio prandente comites eius primores in penitiori ædium parte, dum convivantur, occiſi ſunt: Sed audito clamore morientium territus ***Fridegerius*** ex convivio deſiliit, arreptoque gladio ſuos in Romanos armat, atque occiſione facta, & famem & ***Romanorum*** jugum depoſuit: ſeſeque non ut peregrini, ſed

ſed ut cives atque domini terram obtinuerunt *Gothi*, ac poſſeſſoribus imperarunt, totasque partes ſeptentrionales usque ad *Danubium* ſuo jure tenuerunt. Quo comperto *Valens*, qui tunc in *Antiochia* moram trahebat, exercitu coacto in *Gothos* ruit, ac commiſſo bello ſuperatus & in caſulam fugatus, â *Gothis*, ignorantibus tamen, cum domo crematus eſt, divina ſane ultione, ut ab his combureretur igne corporali, quos ipſe fidem petentes Arriana perfidia combuſſerat.

XIV.

POſt hæc *Veſagotha Thracia Daciaque* Ripenſi tanquam ſolo genitali potiti ſunt. Sed *Theodoſio* ab *Hiſpania* veniente, cui loco *Valentis* Principatus orientalis ceſſerat, militarique diſciplina ad meliorem normam reducta timere *Gothi* cœperunt, quos Imperator acri ingenio, virtuteque ſingulari, atque conſilio præditus, mox *Thraciæ* finibus pepulit. Exinde, cum usque ad deſperationem *Theodoſius* ægrotaret, reſumpta Fridegerius audacia *Theſſaliam, Epirum* & *Achajam* prædatur. *Alatheus* vero & *Safrac* cum ingentibus copiis *Pannoniam* infeſtant, quod cum *Gratianus* comperiſſet, qui tunc a *Roma* in *Gallias* ab incurſione *Vandalorum* ſeceſſerat, ad eos cum exercitu proficiſcitur, ſed muneribus magis quam armis confidens, pacem cum illis fecit, datisque victualibus fœdus percuſſit, quod & *Theodoſius* confirmavit; *Athanaricum* quoque Regem, qui tunc *Fridegerio* ſucceſſerat, in ſocietatem aſcivit, & ad ſe venire *Conſtantinopolim* perſuaſit; qui cum veniſſet, miratus eſt urbis regiæ faſtigium etiam Romanum vincere & in ſtuporem adductus: *Deus*, inquit, *terrenus eſt Imperator, & quisquis adverſus eum manus moverit, ipſe ſui ſanguinis reus exiſtit.* Exinde paucis poſt menſibus ibidem obiit, cui *Theodoſius* magnificentiſſima munera fecit, amicumque mortuum usque ad ſepulchrum ſecutus eſt. Defuncto *Athanarico* exercitus eius militiæ Cæſaris immixtus eſt. Poſtquam *Theodoſius* amator pacis, generisque *Gothorum* cultor rebus exceſſit humanis, niſi ſunt eius filii, utramque Rempublicam luxurioſe viventes annihilare, tam Auſiliaris, quam *Gothis* conſueta donaria, ſeu ſtipendia ſubtraxerunt, quapropter irritati *Gothi* nobiles Regem ſibi creaverunt Alaricum, cui erat poſt *Amalos* ſecunda nobilitas, qui dudum ob audaciam *Myante Waltha* id eſt *Audax* inter ſuos nomen acceperat. Is igitur ſuadet *Gothis*, ut ſua virtute Regimen quærant, ac ſic *Stilicone* & *Aureliano* Conſulibus per *Pannonias Sirmiumque* tranſiens, *Italiam* ingreditur, nullo cuſtode defenſam, *Ravennamque* a tertio lapide petiit. Hæc urbs inter paludes & ſinum *Adriaticum* interque *Padi* fluenta uno tantum patebat acceſſu, cuius dudum poſſeſſores, ut tradunt maiores, *Veneti* iſt eſt laudabiles dicebantur. Huic mare eſt ab Oriente, per quod, qui de *Corcira* atque *Hellade* partibus navigant, primum *Epiros*, dehinc *Dalmatiam, Hiſtriam Siburniamque* & poſtmodum *Venetias* vadunt. Ab Occidente paludes ſunt, per quas anguſta via relicta eſt quaſi ad urbem porta: Septentrionem vero et Meridiem *Padus* in duos ramos diviſus occupat. Ante hanc urbem portus fuit, qui ducentarum navium claſſem tutiſſima ſtatione recepit, poſt in locum horti ſucceſſere: tantum ævi mutare vetuſtas poteſt. In hoc loco *Honorius* Imperator erat, ad quem *Veſtogotha*, miſſa legatione, petunt in Italia manſionem, victuri cum Romanis æqua & pacifica lege; quod ſi negatum fuerit, ajunt, ſe armis tentaturos, *Romani* an *Gothi Italiam* ſint poſſeſſuri? *Honorio* neutrum placet, intentusque, quo pacto *Gothos Italia* pellat: *Gallias*, inquit, atque *Hiſpanias Gizerici Vandalorum* Regis irruptionibus devaſtari: quos ſi valeret *Halaricus* ſuo milite vendicare, tanquam proprios lares poſſideret. Annuunt *Gothi*, decretasque ſibi provincias petunt; ſed avertit eos in malum Italiæ, ſuumque dedecus *Stilico* Patricius. Hic *Honorii* ſocer fuit; duas namque *filias* habuit, *Mariam* & *Hermanciam*, quas ſibi Imperator, alteram poſt alteram, matrimonio ſociavit, ſed utramque virginem & intactam ad ſe Deus evocavit, priusquam conjugio violarentur. Hic ergo *Stilico* ad *Polenciam* civitatem in alpibus *Cottiarum* locatam, nihilque mali ſuſpicantibus Gothis, ad necem totius *Italiæ*, ſuamque deformitatem ex improviſo bellum infert; *Gothi*, ut aſſolet, ſubitis terrentur motibus, ſed mox armis receptis & hortationibus excitati omnem pene exercitum *Stiliconis* in fugam converſum usque ad internecionem dejiciunt, furentique animo arreptum iter deſerunt, & in *Liguriam*, unde iam tranſierant, revertuntur. Cuius præda ſpoliisque potiti *Æmiliam* pari modo devaſtant, *Flaminiaque* aggerem inter *Picenum* & *Tuſciam* usque ad urbem *Romam* diſcurrentes, quicquid inter utrumque latus fuit, diripiunt. Ad poſtremium ingreſſi *Romam*, *Halarico* iubente rapina contenti, non autem, ut ſolent gentes, ignem ſupponunt, neceſſ. locis injuriantur: per *Campaniam* exinde *Lucaniam* ingenti clade peracta *Brutios* acceſſerunt. Exhinc, dum per *Siciliam* in *Africam* tranſire *Halaricus* diſpoſuit, tempeſtate prohibitus, cum plerasque naves æſtibus amiſiſſet, morbum incidit, & immatura morte correptus eſt, quem *Veſagotha* diu lugentes *Bo-rentum* amnem juxta *Conſentiam* civitatem ex aluep ſuo derivant, ibique collecto captivorum agmine ſepulturæ locum effodiunt, atque illic *Halaricum* cum multis opibus obruunt, rurſusque in proprium locum reducentes, ne poſtmodum internoſci locus poſſet, foſſores omnes interemerunt. Poſt hæc *Ataolfus* regno præficitur, & animi dotibus & corporis gratia con-

conſpicuus. Is *Romam* reverſus, quidquid prima clade ſuperfuerat, more locuſtarum eraſit, *Placidiamque Theodoſii* filiam & *Honorii* ex altera matre germanam captivam abduxit, eamque ob generis nobilitatem, formæque pulchritudinem, & integritatem caſtitatis, in *Foro Livii* (quæ eſt *Æmiliæ* civitas) ſibi matrimonio copulavit, ut gentes hac ſocietate comperta, quaſi adunata *Gothorum* Republica, efficiacius tenerentur, *Honoriumque* Auguſtum, quamvis opibus exhauſtum, tamen ſororium, ſponte relinquens in *Gallias* tendit; in cujus adventu *Franci* & *Burgundiones*, qui *Gallias* infeſtabant, exterriti ſuis ſe finibus continuerunt: *Vandali* vero atque *Alani* (quos ſupra retulimus, permiſſu Principum *Romanorum* in *Pannonia* ſediſſe) jam exinde ob metum *Gothorum* in *Gallias* tranſierunt, ac perculſi maiori metu in *Hiſpaniam* ſe receperunt, vacuæque ſic *Ataolfo Galliæ* patuerunt. Exinde, cum liberaſſet *Hiſpanos* a *Vandalorum* incurſionibus, liberare (imbellibus plebibus apud *Barchinonam* ex ſuis opibus relictis) interiores *Hiſpanias* cum exercitu petit, ubi ſæpe cum *Vandalis* congreſſus, tertio anno, poſtquam *Gallias Hiſpaniaſque* domuerat, fraude ſuorum occubuit; *Vernulfus* enim ſtaturæ formæque infimæ, cum ſe a Rege ſæpius derideri tanquam deformem animadverteret atque doleret, incauti Regis ilia percuſſit, cui *Regericus* ſucceſſit, qui etiam ſuorum fraude peremptos ocius regnum cum vita reliquit.

XV.

QUartus exhinc ab *Halarico* Rex conſtituitur *Valia*, viribus tam corporis quam animi præcipuus. Adverſus hunc Imperator *Honorius Conſtantinum*, virum induſtria militari pollentem, inclitiſque præliis glorioſum, cum exercitu dirigit, veritus, ne novas inſidias *Romanæ* Reipublicæ *Veſagothorum* turma moliretur, cupienſque germanam ſuam *Placidiam* ſervitutis opprobrio liberare, matrimonium eius, ſi quo pacto eam poſſit ab hoſtibus obtinere, *Conſtantino* permittit, qua pollicitatione ovans *Conſtantinus* armatorum copiis & pene iam regio apparatu *Hiſpanias* petit, cui & *Valia* Rex *Gothorum* non minorem procinctum habens ad clauſtra *Pirenai* montis occurrit. Ibi legationibus acta res eſt, conventque, *Placidiam* reddi, *Romanæque* Reipublicæ, cum opus fuerint, auxilia *Gothorum* præberi. Eo tempore *Conſtantinus* quidam alius apud *Gallias* Imperium invadens, filium ſuum *Conſtantem* ex monacho Cæſarem fecit, ſed brevi tempore regnum amiſit: Romanorum namque & Gothorum viribus adunatis, ipſe in *Arelato* extinctus eſt, filius in *Vienna*; poſt quos item *Jovinus* ac *Sebaſtianus* pari temeritate Rempublicam occupantes pari exitio perierunt.

XVI.

REgnante apud *Hiſpanos Valia*, cum *Vandali* ab interioribus partibus *Galliæ*, ubi eos *Athaulfus* dudum fugaverat, inter *Hiſpanos* prædarentur, *Gothorum* bello repreſſi ſunt. Rex tunc Vandalorum *Gyzericus* fuit jam Romanorum clade in urbe notiſſimus, ſtatura mediocris, quod ab equo deciderat pede claudus, animo vaſto, ſermone rarus, luxuriæ contemptor, ira turbidus, habendi cupidus, ad ſollicitandas gentes providentiſſimus, ſemina contentionum jacere, odia miſcere paratus. In *Africa* novas tunc res contra Rempublicam *Bonifacius* moliebatur, *Valentinianoque* Principi reſiſtere ſtudebat, vocat hic in auxilium *Gyzericum*, injurias ſuas malo Reipublicæ vindicaturus: *Gyzericus Valia* bellum timens, per fretum *Gaditanum*, quod vix ſeptem millibus paſſuum *Africam*, & *Hiſpaniam* diſterminat, tranſitum facit, regnumque ſibi *Affrorum* uſurpavit; ubi cum diu regnaſſet, videns inſtare obitum, filios, qui ei plures fuere, accerſivit, monenſque unionem ſervare, tam diu regnaturos eos dixit, quam diu concordes eſſent, diſcordes mox imperium amiſſuros; juſſitque, qui ſenior eſſet, hunc regnare, ſemperque ſuccedere, qui prior natu foret. Hinc diu unus poſt alterum imperavit, nec inteſtino bello fœdati ſunt. *Gyzerico* igitur *Hunericus* ſucceſſit, tertius *Gunthamundus*, quartus *Traſamundus*, quintus *Hilsericus*; hunc magno ſuæ gentis malo *Gelimerus*, immemor atavi præceptorum, regno dejecit atque occidit, non tamen impune; nam mox *Juſtiniani* Imperatoris ultio ſuper eum venit, & cum omni genere ſuo, opibusque, quibus more prædonis incubabat, *Conſtantinopolim* per virum glorioſiſſimum *Beleſtrum* magiſtrum militum Orientalem, Exconſulem ordinarium atque Patritium, deductus eſt, magnumque apud populum in Circo ſpectaculum fuit. Et cum conſuetus regnare, vitam privatam ferre non poſſet, brevi vitam finivit. Sic *Africa*, quæ in diviſione orbis Terrarum tertia pars mundi deſcribitur, centeſimo fere anno à *Vandalico* jugo erepta in libertatem revocata eſt Regni *Romani*, &, quam dudum ab ignavis dominis & infidelibus ducibus ex Reipublicæ Romanæ corpore gentilis manus abſtulerat, ſolers dominus & fidelis ductor recuperavit. Poſt & *Mauri* eam infeſtaverunt, ſed *Juſtiniani* triumpho pacificata eſt. Sed nos ad *Valiam* redeamus, hic etſi perſequi *Vandalos* etiam in *Africam* ſtatuiſſet, veritus tamen maris æſtum, cum ſatis gloriæ apud *Hiſpanos* ſe nactum arbitraretur, *Tholoſam* revertitur, ibi adverſa valetudine ſupervenien te rebus exceſſit humanis.

XVII.

HOc tempore *Beremundus Thoriſmundo* progenitus, de quo in catalogo *Amalorum* familiæ ſuperius diximus, cum filio *Weſtrico* ab *Oſtrogothis*, qui adhuc in *Scythia* terris *Hunnorum* oppreſſionibus ſubiacebant, ad *Veſagotharum* regnum migravit, ſperans, ob virtutem atque ob generis nobilitatem Principatum apud *Veſagothas* ſibi deferri: Sed cum iam *Theodericus Valia* ſuffectus eſſet, virtutem magis oſtendere, quam nobilitatem manifeſtare voluit, ſciens, regnantibus regali ſtirpe genitos ſemper eſſe ſuſpectos. Hunc *Theodericus* cum ſingulari virtute præditum noviſſet, nec expertem conſilii ſui habuit, nec alienum convivii; fuit autem Theodericus homo ſtrenua meditatione compoſitus, dotibus corporis & animi præditus, contra quem, *Theodoſio* & *Feſto* conſulibus, pace rupta *Romani* huius auxiliaribus in Gallias arma moverunt, quod hi ſcilicet priores fœdus violaſſent. *Ecius* Patricius tunc militibus præerat, cui origo ex Moeſia fuit nobili apud ſuos loco nato apud *Doroſteram* civitatem. Is ſub patre *Gaudentio* tolerare labores militiæ didicerat, Reipublicæ Romanæ natus, qui, etſi ſuperbiam *Suevorum*, *Francorumque* barbariem, inmenſis cædibus ſervire Romano Imperio coëgiſſet, nunc tamen ſub *Litorio* duce contra *Gothos* arma portavit. Auxiliantibus igitur *Hunnis* cum bellum amitti dicerent & utrinque acies ordinatæ forent, nec alteri alteris infirmiores viderentur, datis dexteris in priſtinam concordiam reventum eſt.

XVIII.

INterea iam Attila Rex *Hunnorum* Imperium grande ſortitus erat, totius *Scythia* gentium ſolus in mundo regnator, ad quem *Priſcus* Hiſtoricus, *Theodoſii* Junioris legatus, perveniens, ſic eum inveniſſe dicit: Vicum, ait, inſtar civitatis ampliſſimæ fuiſſe, in quo lignea mœnia ex tabulis in civitatibus fabricata erant, quarum compago ita ſolidum metiebatur, ut vix ab intentis oculis poſſet junctura tabularum compreheodi; ubi triclinia ambitu prolixiore diſtenta, porticusque omnes decore diſpoſitæ, area vero curtis ingenti ambitu cingebatur, ut amplitudo ipſam regiam aulam oſtenderet: haſque fuiſſe ſedes Attilæ Barbariem totam tenentis. Attilæ pater *Munſuchus* fuit, cui fratres erant, *Ortar* & *Roas*, qui ante *Attilam* regnum tenuere, quamvis non tam amplum, ut ſub *Attila* & eius fratre fuit, cumque regni ſocietas oulla ſit firma, fratrem *Bledam*, (*vel* Budam) ut ſolus regnaret, per inſidias interemit, ſicque parricidio major & univerſos ſibi populos ſubjecit *Hunnorum*, nec his contentus, ſed magis cupiens, nihili ſe putans, niſi primas mundi gentes, *Romanos Veſagothasque*, ſibi ſubjiciat, quingentorum millium homioum cootraxit exercitum, Vir in concuſſionem gentium natus, terrarum omnium metus, qui, neſcio qua ſorte, terrebat cuncta formidabili de ſe opinione vulgata, inceſſit ſuperbus, huc atque illuc circumferens oculos, ut elati homines potentia ipſo quoque motu corporis apparent; bellorum quidem amator, ſed ipſe manu temperans, conſilio validiſſimus, ſupplicantibus exorabilis, propitius autem in fide ſemel receptis, forma brevis, lato pectore, capite grandiore, minutis oculis, rarus barba, canis aſperſus, ſimo naſo, teter colore, originis ſuæ ſigna demonſtrans. Is, licet ſuapte natura magna cuperet, augebat tamen ei fiduciam gladius *Martis* inventus, ſacer apud *Scytharum* Reges ſemper habitus, qui ſic repertus eſt, ut Priſcus Hiſtoricus tradit: Paſtor quidam gregis, cum buculam claudicantem offendiſſet, nec cauſam vulneris ſciret, ſolicitus veſtigia cruoris ſequitur, ac ſic ad gladium devenit, quem depaſcens herbas bucula incauta calcaverat, effoſſumque protinus ad *Attilam* defert, quo ille munere gratulatus, ut erat magnanimus, arbitratus, ſe mundi totius Dominum conſtitutum, & per *Martis* gladium poteſtatem ſibi conceſſam eſſe bellorum. Hujus ergo mentem ad vaſtationem orbis paratam *Gyzericus* Rex *Vandalorum*, de quo ſupra meminimus, multis cum muneribus ad *Veſagotharum* bella præcipitat; timebat enim iam *Veſagothas*. Nam cum filiam *Theoderici Veſagotharum* Regis filio ſuo *Hunerico* copulaſſet, ac eam de veneno contra ſe parato ſuſpectam habuiſſet, nares puellæ abſciderat, truncatamque patri in Gallias remiſerat. Attila ergo & animo inclinatus & *Gyzerici* ſuaſionibus motus, legatos in *Italiam* ad *Valentinianum* Principem mittit, *Gothosque Romanis* ſuſpectos reddere nititur; dicit ergo, ſe nihil contra Rempublicam habere, ſed *Theodericum* ſibi inimicum eſſe, daturumque ſe Reipublicæ auxilium in quavis oeceſſitate, ſi eum Romani ſeorſim *Theoderico* congredi patiantur: Contra quoque *Theoderico* ſcribit, *Romanorumque* ipſi ſocietatem diſſvader; ſic homo ſubdolus, antequam bella gereret, arte pugnabat. Senſit autem inſidias *Valentinianus*, ſcripſitque *Theoderico*, reſiſtendum *Attila* tanquam orbis Tyranno, qui optat mundi generale ſervitium, qui cauſas prælii non requirit, ſed quidquid commiſerit, putat eſſe legitimum, mererique odium commune omnium, qui communem ſe cunctarum gentium approbat inimicum: Suadet quoque *Veſagothas* adiuvare Rempublicam (cujus iam partem tenerent) doloſque *Attila* cavere. *Theodericus* vero inſecuturum ſe *Attilam* dicit, nec vereri ſe hoſtem ſuperbum, quia *Gothorum* ſit inimicos debellare ſuperbos, nec ullum eſſe bellum grave, niſi quod cauſa debilitat: Sicque ingentem exercitum contrahit, relictiſque domi quatuor filiis, *Friderico*, *Eurico*, *Retemeri* & *Hunerito*, *Thoriſmundum* & *Theodericum* majores natu participes laborum aſſumit.

ſumit. *Ecius* quoque Patricius, cui tunc Reſpublica *Heſperia* plagæ innitebatur, ſingulari prudentia undique bellatores congregat, ne adverſus ferocem & infinitam multitudinem occurrerent, habuitque in auxilio *Francos*, *Sarmatas*, *Armontianos*, *Burgundiones*, *Saxones*, *Ripparioles*, *Ybriones*, (quondam milites *Romanos*, tunc iam in numero auxiliariorum) pluresque *Celticas* ac *Germanicas* nationes.

XIX.

CONvenitur itaque in campis *Catelaunicis*, qui & *Manetiaci* nominantur, centum leucas, ut Galli vocant, in longum tenentibus, ſeptuaginta in latum (leuca autem Gallica mille & quingentorum paſſuum quantitate metitur) fit ergo area innumerabilium populorum pars illa terrarum: conſeruntur acies utræque fortiſſimæ. *Sangibanus Alanorum* Rex metu futurorum perterritus *Aurelianum Galliæ* civitatem & ſeipſum *Attilæ* tradere pollicetur. Sed *Theodericus* atque *Ecius* id ſentientes, ante adventum *Attilæ* eandem urbem deſtruunt, ſuſpectumque Sangibanum cuſtodiunt, & inter ſuos auxiliares cum omni gente medium ſtatuunt. Quibus cognitis, cœpit Attila ſuis rebus diffidere, meditarique fugam; ſed conſultis auſpicibus, qui more ſuo nunc pecorum fibras, nunc quaſdam venas in abraſis oſſibus intuentes, quamvis infauſtam hujus pugnam prætenderent, quia tamen ſummum hoſtium ductorem ex parte adverſa caſurum, relictaque victoria triumphum ſua morte fœdaturum prædicebant, ſperat *Attila* mortem *Ecii* ſibi repromitti, qui ſuis motibus obviabat, quam etiam cum ſuo exitio affectabat, ſtatuitque pugnare. Solicitus tamen tali præſagio, ut erat conſiliorum in rebus bellicis exquiſitor, circa nonam diei horam prælium tepidus committit, ut nox imminens minori eum affici damno promitteret. In medio camporum *Catelaunicorum* tumulus erat, in modicum collis excreſcens, quem pars utraque obtinere nitebatur, quod plurimum valeret eius loci commoditas; dextramque itaque partem *Hunni* cum ſuis, ſiniſtram *Romani* & *Veſagothæ* cum auxiliaribus occuparunt. Relicto de cacuminis eius certamine, acies ſic inſtruuntur: dextrum cornu cum *Veſagothis Theodericus* tenuit, ſiniſtrum *Ecius* cum *Romanis*, *Sangibanus*, quem *Alanis* diximus præfuiſſe, in medio collocatus eſt, adhibita militari cautela, ne quid inſidiarum moliretur. Ex altra parte medium agmen *Attila* cum ſuis tenuit, in cornibus vero ſubactæ nationes erant, quarum ductores fuere *Walamirus*, *Theodemirus*, & *Vidimurus* germani, ipſo Rege, cui ſerviebant, nobiliores, ex ſanguine *Amalorum* deſcendentes; tum *Gepidarum* Rex *Audaricus*, ob inſignem fidelitatem atque induſtriam *Attilæ* cariſſimus; (hunc enim & *Valamirem* ſuper cæteros diligebat Atila, nam hic ſecreti tenax erat, blandus alloquio, doli ignarus: ille fide præcipuus, & conſilio clarus.) Plures quoque in hoc exercitu Reges erant, quos *Attila* victos ſibi ſervire coëgerat. Cum ergo de loci opportunitate certamen eſſet, milites dirigit Attila, qui cacumen invadant. Sed a *Thoriſmundo* atque *Ecio* præventi facile a *Romanis* pellebantur. Sed *Attila* deturbatos milites in hunc modum hortabatur: Poſt victorias tantarum gentium, poſt edomitum Orbem, ineptum judicaverim, milites tanquam ignaros rerum verbis acuere; quærat hoc novus ductor, aut inexpertus exercitus; nec fas eſt vulgare aliquid dicere, nec vos oportet audire. Quid enim vos aliud, quam bellare ſueti? aut quid viro forti ſuavius, quam vindictam manu quærere? magnum naturæ munus eſt, animos ſatiare ultione. Aggrediamur igitur hoſtem alacres: Audaciores ſunt ſemper, qui bellum inferunt. Deſpicite diſſonas gentes, indicium pavoris eſt, ſocietate defendi. En anta impetum noſtrum terroribus iam feruntur, excelſa quærunt, tumulos capiunt, & ſera pœnitudine in campis inimicos efflagitant; nota nobis ſunt, quam ſint levia Romanorum arma: primo etiam, non dico vulnere, ſed ipſo pulvere gravantur; dum in ordine coëunt, & acies cuſtodiamque connectunt. Vos confligite præſtantibus animis, ut ſoletis, deſpicientesque eorum acies, *Alanos* invadite, in *Veſagothas* incumbite: inde vobis erit citam victoriam quærere, unde ſe continet bellum; abſciſſis autem nervis mox membra relabuntur, non poteſt ſtare corpus, cui oſſa ſubtraxeris. Conſurgant animi, furor ſolitus intumeſcat! Nunc conſilia *Hunni*, nunc arma deprimite, aut vulneratus quis adverſarii mortem depoſcat, aut illæſus hoſtium clade ſatietur! victuros nulla tela deterrent, morituros etiam nuntio fata præcipitant. Poſtremo, cur Fortuna *Hunnos* tot gentium victores aſſereret, niſi ad certaminis hujus gaudia præparaſſet? Quis denique *Maotbidarum* iter maioribus noſtris aperuit tot ſeculis? quis adhuc inermibus cædere faciebat armatos? Faciem *Hunnorum* non poterat ferre adunata collectio, non falſorum eventuum hic campus eſt, quem nobis tot proſpera promiſerunt pronius in hoſtem tela conjecta: Si quis potuerit, *Attila* pugnante, orcum facere, ſepultus eſt.

XX.

HIs verbis accenſi in pugnam cuncti præcipitantur, & quamvis haberent res ipſæ formidinem, præſentia tamen Regis cunctationem metuentibus auferebat. Committitur igitur atrox prælium, immane, pertinax, cui nec ſimile refert antiquitas, tantaque ibi occiſio facta memoratur, ut rivulus, qui humili ripa campum perlabitur, peremptorum vulneribus ſanguine

multo provectus, non auctus imbribus, ut ſolet, ſed liquore concitatus inſolito, torrens factus eſt cruoris augmento, & qui æſtu belli ſitiebant, ſanguine, quem ipſi fuderant, ſitim extinguebant. Hic Theodericus Rex, dum milites exhortans diſcurreret, in exercitu equo depulſus, pedibusque ſuorum conculcatus, vitam matura ſenectute concluſit. Nonnulli dicunt, eum interfectum telo *Andagis* de parte *Oſtrogotharum*, qui tunc *Attila* parebant. Atque ſic præſagium vatis impletum eſt, quamvis *Attila* de *Ecio* intellexiſſet. Hinc *Veſagotha*, relictis *Alanis*, *Hunnos* aggrediuntur, parumque abfuit, quin ipſum occiderent *Attilam*, ſed ille furorem timens, in caſtra ſeſe recepit, quæ plauſtris erant vellata, parvoque & fragili munimento ſe tunc *Attila* tutare quærebat, cui non poterant antea vallata murorum oppida reſiſtere. *Thoriſmundus* autem *Theoderici* filius, qui cum *Ecio* cacumen collis invaſerat, ratus, ſe ſua in agmina proficiſci, nocte cæca in hoſtium carpenta ignarus incurrit, ubi fortiter dimicans, vulnere in caput recepto, ex equo præcipitatus eſt, ægreque a ſuis morti ereptus, ac ſic a præliandi intentione deſtitit. Similiter & *Ecius* noctis confuſione diviſus, cum inter hoſtes medios vagaretur, trepidus, ne quid incidiſſet adverſi *Gothis*, inquirens, tandemque ad ſocia caſtra perveniens reliquum noctis ſcutorum defenſione tranſegit. Poſtera die luce orta cum plenos cadaveribus campos aſpicerent, nec audere *Hunnos* erumpere, ſuam arbitraotur eſſe victoriam, ſcientes, *Attilam* non niſi magna clade confuſum detrectare certamen: ille contra, cum nihil ageret, ne proſtratus videretur armis, tubisque canebat, incenſionemque minabatur; ſic victores ſuos territabat incluſus. At *Gothi Romanique*, ut rem agnoſcunt, quid agant, conſulunt, votorumque ſumma viſa eſt, obſidione illum premere, qui annonæ fatigabatur inopia (nam caſtra ipſa expugnare arduum erat, tot ſagittariorum turmis communita) Ipſe autem *Attila*, ubi ſe clauſum videt, piram ſtruxit ex ſellis equorum, ut ſi hoſtes ſupervenirent, igne immiſſo in eam ſe præcipitaret, ne ullus quisquam eius vulnere lætaretur, aut in poteſtatem hoſtium tantarum gentium Dominus perveniret. Verum dum obſidio paratur, quærunt *Veſagotha* Regem ſuum, miranturque, tanta in felicitate non comparere ductorem, cumque diutius explorantur, inter denſiſſima hoſtium cadavera eum reperiunt, ac tantis honoribus inimicis ſpectantibus auferunt, honorificeque, ut majeſtatem decebat Regiam, ſepeliunt. Exhinc *Thoriſmundus*, quo pacto patris mortem ulciſcatur, ex *Ecio*, qui conſilio atque ætate præibat, quærit; ille timet, ne *Hunnis* funditus interemptis, *Gothi Romanum* vaſtarent Imperium, ut qui hoſte vacarent, nec fidem ſervare noviſſent, adoleſcenti ſuadet, ut proprias ſedes repetat, paternumque regnum arripiat, priusquam Germani, paternis ſuſceptis opibus, diadema ſuſcipiant, ac poſt & graviter & impiè cum ſuis pugnare pro regno cogatur. Sequitur conſilium adoleſcens non tam, ut *Ecio* morem gerat, quam ut ſibi conſulat, relictisque *Hunnis* in *Galliam* pergit. In hoc tam funeſto bello ex utraque parte cæſi ſunt centum ſexaginta quinque millia hominum, exceptis quindecim millibus *Gepidarum* & *Francorum*, qui ante congreſſionem publicam noctu ſe occurrentes mutuis concidére vulneribus, *Francis* pro *Romanorum*, *Gepidis* pro *Hunnorum* parte pugnantibus. *Attila* etſi *Gothorum* diſceſſum perceperat, fraudem tamen timens, aliquamdiu ſe intra caſtra continuit; ſed, uti hoſtium abſentiam longa ſilentia ſecuta ſunt, mentem erigit, rurſusque victoriam ſperat, & in antiqua facta recolligit animum. *Thoriſmundus* patre mortuo in campis ſtatim Catelaunicis, ubi pugnaverat, Regiæ majeſtatis inſignia ſuſcipit, ac *Tholoſam* proficiſcitur, ubi, quanquam Fratrum turba fortior eſſet, ſic tamen initia ſua moderatus eſt, ut nullum repererit de ſucceſſione regni certamen.

XXI.

ATtila ergo, ſicut optarat, a Romanis ſegregatur, cernensque *Veſagothas* percuſſum daturos Imperium, ad *Italiam* iter recipit, ac per varias longasque vias *Forum Julii* ingreditur, primaque aggreſſione *Aquilegienſem* obſedit civitatem, quæ eſt metropolis *Venetiarum* in mucrone vel lingua *Adriatici* poſita ſinus, cujus ab Oriente muros *Natiſſa* amnis, fluens a monte *Pittis*, elambit. Ibi cum diu multoque tempore obſidiooem teneret, ac nihil prævaleret, fortiſſimis intrinſecus *Romanorum* militibus reſiſtentibus, exercitu iam murmurante & diſcedere cupieote, *Attila* deambulans circa muros, incertus, an caſtra ſolveret an perſeveraret? animadvertit, ciconias, quæ in faſtigiis domorum nidificarunt, de civitate fœtus ſuos trahere, atque contra morem per rura forinſecus comportare; quo percepto ſuos alloquitur: Reſpicite, inquit, aves futurarum rerum providas perituram relinquere civitatem, caſurasque arces periculo imminente deſerere. Ac ſic animos ſuorum rurſus ad oppugnandam urbem inflammat, quando machinis admotis omnibusque generibus tormentorum, brevi mora civitatem expugnant, ſpoliant, diruunt, ac tam crudeliter vaſtant, ut vix remanere veſtigia ſinant. Exhinc iam audacior *Attila*, nec dum *Romanorum* ſanguine ſatiatus, per reliquas *Venetum* civitates bachatur, *Mediolanum* quoque *Liguria* metropolim, & quondam regiam urbem, pari tenore devaſtat, *Ticinum* deciecit, vicinaque loca dirupit. Cumque & *Romam* petere decreviſſet, ſui eum amici, ut *Priſcus* refert, retinuerunt, non urbi (cui erant inimici) conſulentes, ſed *Alarici* quondam *Veſagotharum* Regis exemplum formidantes, qui poſt fractam Romam non diu

diu ſupervixerat. Igitur, dum anceps eſt, eatne an retrocedat, placita ei legatio a *Roma* venit; nam & *Leo* Papa ipſum acceſſit in agro *Venetum Ambulejo* (ubi *Mincius* amnis commeantium frequentatione tranſitur) lenitque *Leo Attilam*, ac furorem mollivit, ita, ut relicta *Italia Attila* in *Germaniam* trans *Danubium* reverteretur, promiſſa pace: illud tamen adjecit, minatusque eſt, ſe graviora bella *Italia* illaturum, niſi *Valentiniani* Principis germana filiaque Placidiæ Auguſtæ cum portione regalium opum puellæ debita ad ſe mitteretur: hæc enim virgo, *Honoria* nomine, dum propter aulæ decus ad caſtitatem ſervaretur incluſa, miſſo clanculum eunucho *Attilam* invitarat, ut contra Fratris potentiam ſe juvaret, matrimoniumque ejus expoſceret, (proh indignum facinus) ut licentiam libidinis malo publico compararet. Reverſus igitur *Attila* in ſedes ſuas, otii pœnitens, graviter ferens vacare bello, legatos ad Marcianum Orientis Principem mittit, vaſtationemque minatur provinciarum, quod ſibi promiſſa *Theodoſii* quondam Imperatoris minime ſervarentur, fingebatque iſta, ut, dum exercitum contrahit, ſecuros alios, ut erat verſipellis, aggrederetur & inopinantes: inſtructisque omnibus in *Veſagothas* procinctum ducere ſtatuit, (qui tunc *Gallias* obtinebant) quaſi vindicaturus priores injurias. Sed, dum tegere primum dedecus quærit, majorem ignominiam contrahit. Namque, dum *Alanorum* partem trans flumen Legerim iacentem ſibi ſubjicere quærit, ac ſecum populoa omnes, qui inter *DaciamPannoniamque* erant, ſecum ducit: *Thoriſmundus* Rex *Veſagotharum*, quod timens erat Attilæ propoſitum, ne victis *Alanis* fortiorem hoſtem experiretur, ad *Alanos* magna velocitate cum auxilio pervenit, ibique ſupervenienti Attilæ jam motibus præparatus accurrit, conſertoque prælio non minori clade eum, quam in *Catelaunicis* tulerat agris, fugatumque ſuis finibus cum dedecore remiſit. Sic famoſus *Attila*, & multarum victoriarum eventu tumidus, adverſis fortunæ caſibus contemni cœpit. *Thoriſmundus* vero *Toloſam* rediens, tertio anno regni ſui ægrotans, dum ſanguinem tollit de vena, ab *Aſtale* ſuo cliente, inimicos nunciante, armis ſubtractis peremptus eſt, una tamen manu, quam liberam habebat, ſcabellum tenens, ſanguinis ſui extitit ultor, quosdam ſibi inſidiantes extinguens.

XXII.

Dlem functo *Thoriſmundo* germanus ejus *Theodericus* regnum ſuſcepit *Veſagotharum*, qui mox Riciarium *Suevorum* Regem cognatum ſuum reperit inimicum. Huic *Riciario* cum *Suevis* ſuis *Gallacia* & *Lyſania* ſedes fuere, quæ in dextro latere *Hiſpaniæ* per ripam *Oceani* porriguntur: habitantes ab Oriente *Auſteroniam*, ab Occidente in promontorio ſacrum *Scipionis* Romani ducis monumentum, a Septentrione *Oceanum*, a Meridie *Luſitaniam*, & flumen *Tagum*, qui, arenis ſuis permiſcens auri metalla, trahit cum limi vilitate divitias. Hic ergo exiens Riciarius Rex *Suevorum* totam *Hiſpaniam* nititur occupare, cui *Theodericus* cognatus ſuus, ut erat moderatus, legatos mittens pacifice dixit, ut non ſolum recederet a finibus alienis, verum etiam nec tentare præſumeret, odium ſibi tali ambitione adquirens. At ille tumidus reſpondit: Si hic murmuras, & me venire cauſaris, *Toloſam*, ubi tu ſedes, veniam; ibi, ſi vales, reſiſte. Hinc animo irritato, pacatis vicinis, *Theodericus* in *Suevos* pergit, *Gundicbum* & *Hilpericbum Burgundionum* Reges in auxilio ſecum ducit, filium commiſſum ibi juxta flumen *Urbium*, quod inter *Aſturicam* & *Hiberiam* prætermeat, victor *Theodericus* evadit, *Suevorumque* gentem pæne cunctam uſque ad interemptionem delevit. Riciarius fugam arripiens, cum navim aſcendiſſet, adverſus procellas actus, *Veſagotharum* manus incidit, ſed pepercit victis *Theodericus*, nec poſt victoriam ſævire putavit decorum, Suevisque, quos ſubegit, elientem proprium nomine *Aguilphum* præfecit: qui brevi ad prævaricationem *Suevorum* ſuaſibus invitatus adverſus dominum ſuperbire cœpit, & imperata fugiens, provinciam ſibi ſubjicere credidit, quam cum *Theoderico* devicerat; origo ei erat ex ſtirpe *Vorruorum* longe a *Gothici* ſanguinis nobilitate ſejuncta. Sed miſit mox adverſus eum *Theodericus* exercitum, illumque victum captumque capite multavit, ut ſentiret iratum Principem, qui proprium dominum duxerat contemnendum. Tunc *Suevi* interitum ſui Principis contuentes, ſacerdotes locorum ſupplices ad *Theodericum* mittunt, qui veniam impetrarent, quos ille pontificali reverentia ſuſcipiens, non ſolum impunitatem dedit *Suevis*, ſed ut ſibi de ſuo genere Principem conſtituerent, pietate flexus indulſit: Sic *Reſmundum* ſibi *Suevi* regulum ordinarunt. Atque his peractis decimo tertio regni ſui anno *Theodericus* mortem obiit, cui Frater *Euricus* præcipua feſtinatione ſuccedens, ſæva ſuſpicione pulſatus eſt fratris veneno abſumpti.

XXIII.

DUm hæc contra *Veſagotharum* gentem fiunt, *Maximus* tyrannico more *Italiæ* regnum invadit, quod audiens *Gyzericus* Rex *Vandalorum* ab *Africa* armata claſſe in *Italiam* venit, *Romamque* ingreſſus cuncta devaſtat: Maximus vero fugiens a quodam *Urſo* milite Romano interemptus eſt, poſt quem juſſu *Marciani* Imperatoris Orientalis *Majoranus* Occidentale ſuſcepit Imperium gubernandum; ſed ipſe non diu regnans, dum contra *Alanos*, qui *Galliam* infeſtabant, moviſſet procinctum, occiſus eſt juxta flumen *Hyrancus*: locum *Severus* invaſit, qui

tertio anno imperii ſui *Roma* obiit. Quod cernens *Leo* Imperator, qui in Orientali regno *Marciano* ſucceſſerat, *Ancherium* Patricium ſuum *Roma* Principem ordinat; is veniens in *Italiam Retimerem* generum ſuum, virum egregium, & tunc in tota *Italia* rei militaris doctiſſimum, contra *Alanos* direxit, qui & multitudinem *Alanorum*, & Regem eorum *Beorgum* in primo ſtatim certamine ſuperavit, & uſque ad interemptionem proſtravit.

Eurichus ergo *Veſagotharum* Rex, crebram mutationem *Romanorum* Principum cernens, *Gallias* ſuo jure niſus eſt occupare. Quod comperiens Imperator *Britonum* ſolatia poſtulavit, quorum Rex *Riochimus* cum 12 millibus armatorum veniens in *Betburicas* civitatem, Oceano a navibus egreſſus, ſuſceptus eſt, ad quos Rex *Eurichus* cum magno exercitu venit, diuque pugnans *Riochimum*, priusquam *Romanis* jungeretur, bello ſuperavit. Ille magna exercitus parte amiſſa, cum quibus potuit, fugiens ad *Burgundionum* gentem vicinam & *Romanis* eo tempore fœderatam advenit; *Euricus* autem *Aluernam Gallia* civitatem occupavit, Authemio Principe iam defuncto, qui cum *Rotemere* genero ſuo inteſtino bello ſæviens *Romam* triviſſet, ipſeque a genero peremptus regnum reliquit *Olybrio*; quo tempore in *Conſtantinopoli Aſpar* primus Patriciorum, & *Gothorum* genere clarus cum *Ardabure* & *Patriciolo* filiis (illo quidem olim Patricio, hoc autem Cæſare, generoque *Leonis* Principis appellato) ſpadonum enſibus in palatio vulneratus interiit; *Olybrius* vero octavo regni ſui menſe interiit. *Glicerius* apud Ravennam præſumptione magis, quam electione Cæſar effectus eſt, quem anno vix expleto *Nepos Marcelini* quondam Patricii ſororis filius a regno dejiciens, in portu *Romano* Epiſcopum ordinavit. Tantas varietates mutationesque Principum ſpeculatus *Eurichus*, nactus occaſionem, ut diximus, *Aluernam* occupavit, ubi tunc *Romanorum* Dux erat Decius, nobiliſſimus Senator, & dudum Auiti Imperatoris, qui ad paucos dies regnum invaſerat, filius: nam hic ante *Olybrium* paucos dies tenens imperium ultro ſeceſſit *Placentiam*, ibique Epiſcopus eſt ordinatus. Hujus ergo filius Decius, qui certans cum *Veſagothis*, nec valens arte ſtare, relictaque patria maximaque urbe hoſti, ad tutiora loca ſe collegit. Quod audiens *Nepos* Imperator præcepit *Decio*, relictis *Galliis* ad ſe venire, in locum ejus *Oreſte* magiſtro militum ordinato, qui *Oreſtes* ſuſcepto exercitu, & contra hoſtes egrediens a *Roma Ravennam* pervenit, ibique remoratus *Auguſtulum* filium ſuum Imperatorem effecit, quo comperto *Nepos* effugit *Dalmatias*, ibique defecit regno privatus; ubi iam *Glicerius* dudum Imperator *Epiſcopatum Salonitanum* gerebat. *Auguſtulo* vero a patre *Oreſte* in *Ravenna* Imperatore ordinato, non multo poſt *Odoacer Turcilingvorum* Rex habens ſecum *Scyros*, *Herulos*, diverſarumque gentium auxiliatrices, *Italiam* occupavit, & *Oreſte* interfecto *Auguſtulum* filium ejus de regno pulſum in *Lucullano Campaniæ* caſtello exilii pœna damnavit: Sic quoque *Heſperium* Romanæ gentis Imperium, quod ſeptingenteſimo nono urbis conditæ anno *Auguſtus Octavianus* tenere cœpit, cum hoc *Auguſtulo* periit anno decceſſorum prædeceſſorumque regni quingenteſimo vigeſimo ſecundo, *Gothorumque* dehinc Regibus *Romam Italiamque* tenentibus.

XXIV.

INterea *Odoacer* Rex gentium omni *Italia* ſubjugata, ut terrorem ſuum Romanis indicaret, mox initio regni ſui *Bracilam* Comitem apud *Ravennam* occidit, regno ſuo confortato pæne per tredecim annoa uſque ad *Theoderici* præſentiam, de quo in ſubſequentibus dicturi ſumus. Redeamus. Et quomodo *Euricus* Rex *Veſagotharum*, Romani regni vacillationem cernens, *Arelatum* & *Maxiliam* ſubegit, *Gyzericus* eum *Vandalorum* Rex ſuis cum muneribus ad iſta committenda inflexit, quatenus ipſe *Leonis* vel *Zenonis* inſidias, quas contra eum direxerant, præcaveret, egitque, ut *Orientale* Imperium *Oſtrogotha*, *Heſperium Veſagotha* vaſtarent, ut in utraque Repub. hoſtibus decernentibus ipſe in *Africa* quietus regnaret; quod *Euricus* grato ſuſcipiens animo, totas *Hiſpanias Galliasque* ſibi iam jure proprio tenens, ſimul quoque & *Burgundiones* ſubegit, *Arelatoque* degens nono decimo anno regni ſui vita privatus eſt. Hinc ſucceſſit filius *Alaricus*, qui nonus in numero ab illo Magno regnum adeptus eſt Veſagotharum. Nam pari tenore, ut de *Auguſtulo* ſuperius diximus, & in *Alaricis* proveniſſe cognoſcitur, & in eis ſæpe regna deficiunt, a quorum nominibua inchoarent. Hoc nos interim prætermiſiſſe, ſicut præmiſimus, omnem *Gothorum* texamus originem. Et quod dudum utræque gentes, tam *Oſtrogotha* quam etiam *Veſagotha*, unum eſſent, ut valui, majorum ſequens dicta revolvi, diviſosque *Veſagothas* ab *Oſtrogothis* ad liquidum ſum proſecutus. Neceſſe eſt nobis interim ad antiquas eorum ſcitas ſedes redire & *Oſtrogotharum* genealogiam, actusque pari tenore exponere, quos conſtat morte *Hermanarici* Regis ſui deceſſione a *Veſagothis* diviſos, *Hunnorum* ſubditos ditioni in eorum patria remoraſſe, *Vnitbario* tamen *Amalo* Principatus ſui inſignia retinente, qui *Ataulphi* virtutem imitatus, quamvis *Hermanarici* felicitate inferior, tamen ægre ferens *Hunnorum* Imperio ſubjacere, paululum ſe ſubtrahens ab illis, ſuamque dum nititur oſtentare virtutem, in *Antorum* fines movit procinctum, eosque dum aggreditur, prima congreſſione ſuperatur; deinde fortiter egit, Regemque eorum Rex nomine cum filiis

ſuis,

ſuis, & ſeptuaginta primatibus in exemplum terroris affixit crucibus, ut metum cadavera pendentium geminarent. Sed tum tali libertate vix anni ſpatio imperaſſet, non eſt paſſus eum ***Balamber*** Rex ***Hunnorum***, ſed aſcito ***Giſimundo Hunnimundi*** Magni filio, qui juramenti ſui & fidei memor cum ampla parte ***Gothorum Hunnorum*** imperio ſubjacebat, renovatoque cum eo fœdere ſuper ***Vnitharium*** duxit exercitum. Prioribus duobus certaminibus ***Vnitharius*** ſuperior fuit, plurimosque ***Hunnorum*** neci dedit; ad extremum vero cum juxta flumen ***Eraterat*** prælia-retur, ſagitta ***Balambris*** ictus interiit, cujus neptem ***Valadamarcam*** ſibi ***Balamber*** matrimonio copolavit, ac omnem ***Gothorum*** populum ſibi ſubjectum in pace tenuit. Id tamen permiſſum eſt ***Gothis***, ut Regulum ſuæ gentis ſibi præficerent, qui tamen ***Hunnorum*** conſilio gubernaret, qui poſt ***Vnitharium Hunnimundum*** filium quondam Regis potentiſſimi ***Hermanarici*** Regulum ſuſceperunt, acrem bello, multaque virtute præſtantem, ac tota corporis pulchritudine pollentem, qui poſt hoc contra ***Suevorum*** gentem feliciter dimicavit. Ei defuncto ſucceſſit ***Thoriſmundus*** filius ejus flore iuventutis ornatus, qui ſecundo Principatus ſui anno contra ***Gepidas*** movit exercitum, magnaque de illis potitus victoria, caſu equi dicitur interemptus.

XXV.

QUo defuncto ſic eum luxerunt ***Oſtrogotha***, ut quadraginta annis in ejus loco Rex alius non ſuccederet, quatenus & illius memoriam ſemper haberent in ore, & tempus accederet, quo ***Valamer*** ambitum repararet virilem, qui erat ex conſobrino ejus genitus Vandalario, quia filius ejus, ut ſuperius diximus, ***Geremundus*** jam contempta ***Oſtrogotharum*** gente propter ***Hunnorum*** dominium ad partes ***Heſpericas Veſagotharum*** fuiſſet gentem ſecutus, de quo & ortus eſt ***Vithericus***. ***Vitherici*** quoque filius natus eſt ***Autharius***, qui junctus ***Amalciſuentha*** filiæ ***Theoderici*** iterum ***Amalorum*** ſtirpem iam diviſam conjunxit. ***Maatheſuentha Conſtantinopolim*** allata, & ſecundo viro, id eſt Germano fratrueli ***Juſtiniani*** Imperatoris juncta genuit poſthumum filium, quem nominavit ***Germanum***. Sed nobis, ut ordo, quem cœpimus, pergat ad ***Vandalarii*** ſobolem, quæ trino flore pullulabat, redeundum eſt. Hic enim ***Vandalarius*** fratruelis ***Hermanarici*** & ſupra ſcripti ***Thoriſmundi*** conſobrinus, tribus editis liberis in gente ***Amala*** gloriatus eſt, id eſt, ***Valamire***, ***Chindimere***, & ***Vindimere***, ex quibus per ſucceſſionem parentum ***Valamer*** in regno conſcendit, adhuc ***Hunnis*** eos inter alias gentes generaliter obtinentibus. Eratque tunc in tribus his germanis contemplatio grata, quoniam & ***Chindimer*** pro fratris ***Valameris*** militabat imperio, & ***Valamer*** ſervire fratribus æſtuabat; ſic eis mutua affectione ſe tuentibus nulli penitus deerat regnum, quod pace communi tenebant, ita tamen, ut ſæpe dictum eſt, imperabant, ot ipſi ***Attila*** Regis ***Hunnorum*** imperio deſervirent, quibus non contra parentes ***Veſagothas*** licuiſſet recuſare certamen, ſed neceſſitas parricidium ſi jubet, implendum eſt; nec aliter ab ***Hunnorum*** dominio divelli potuit gens aliqua ***Scythica***, niſi optata cunctis nationibus in commune & ***Romanis*** mors Attilæ præveniret.

XXVI.

A*Ttila*, ut Priſcus Hiſtoricus refert, exitus ſui tempore puellam ***Illdico*** nomine, decoram valde, ſibi in matrimonio poſt innumerabiles uxores, ut moris erat gentis illius, ſocians, eiusque in nuptiis hilaritate nimia reſolutus, vino ſomnoque gravatus reſupinus jacebat, quapropter redundans ſanguis, qui ei ſolite de naribus effluebat, dum conſuetis meatibus impeditur, itinere ferali faucibus illapſus virum extinxit. Ita glorioſo per bella Regi temulentia pudendum exitum dedit; ſequenti vero luce, cum magna pars diei fuiſſet exempta, miniſtri Regis triſte aliquid ſuſpicantes poſt clamores maximos fores effringunt, inveniuntque ***Attila*** ſine ullo vulnere necem, ſanguinis effuſionem peractam, puellamque demiſſo vultu ſub velamine lacrimantem. Tunc, ut gentis illius mos eſt, crinium parte truncata informes facies turbavere vulneribus, ut Præliator eximius non femineis lamentationibus & lacrimis, ſed ſanguine lugeretur virili; de quo illud mirabile acceſſit, ut ***Marciano*** Principi Orientali de tam feroci hoſte ſollicito in ſomnis divinitus aſſiſtens, arcum ***Attila*** in eadem nocte fractum oſtenderet, quoniam quidem gens ipſa ex telo multum præſumat. Hæc ***Priſcus*** Hiſtoricus vere ſe dicit atteſtatione probare. Nomine tantum magnis imperiis Attila terribilis habitus eſt, ut eius mortem in locum muneris â ſuperna regnantibus judicarent. Funus hujus ſic actum eſt: In mediis campis & inter tentoria ſerica cadaver eius collocatum eſt, ac de tota gente ***Hunnorum*** lectiſſimi equites in eo loco, in quo erat funus, in modum ***Circenſium*** curſibus ambientes, facta eius cantu funereo referebant; ut patre genitus ***Mudzuco***, fortiſſimorum gentium Dominus, ſolus omnium ***Scythiam Germaniamque*** poſſederit, atque utraque Orbis Imperia captis terruerit urbibus, ac ne præda cuncta ſubverteret, annuum vectigal ſuſceperit: ad extremum, non manu hoſtili, nec fraude ſuorum, ſed inter gaudia lætus ſine ſenſu dolorum mortem obierit. Exhinc ſtranam, ut ajunt, ſuper tumulum eius ingenti commeſſatione concelebrant, & contraria ſibimet copulantes, luctum funereum mixto gaudio explicant, noctuque ſecreto cadaver eſt terra conditum. Tum ſibi exuvias hoſtium dicarunt; & aliquot trucidatis hominibus, humano ſibi

parentarunt ſanguine. Exinde inter ſucceſſores *Attilæ*, ut aſſolet, de regno orta eſt concertatio, ſed dum inconſultius imperare ſinguli cupiunt, cuncti imperium perdiderunt (ſic frequentius regna gravat copia, quam inopia ſucceſſorum) nam filii *Attilæ*, quorum per licentiam libidinis pæne populus fuit, gentes ſibi dividi æqua ſorte poſcebant, ut inſtar familiæ bellicoſi Regis cum populis mitterentur in ſortem; quod ut *Gepidarum* Rex comperit *Ardaricus*, indignatus de tot gentibus veluti viliſſimorum mancipiorum conditione tractari, contra filios *Attilæ* primus inſurgit, illatumque ſerviendi pudorem ſecuta felicitate detruſit, nec ſolum ſuam gentem, ſed cæteras, quæ pariter premebantur, ſua diſſenſione abſolvit (facile omnes appetunt, quod pro cunctorum utilitate tentatur) bellumque committitur in *Pannonia* juxta flumen, cui nomen eſt *Nedad*; illic concurſus factus eſt gentium variarum, quas *Attila* in ſua tenuerat ditione, dividuntur regna cum populis, fiuntque ex uno corpore membra diviſa, neque unius paſſioni campaterentur, ſed, quæ exciſo capite invicem inſanirent, quod nunquam contra ſe pares invenerant, niſi ipſi mutuis ſe vulneribus ſauciantes ſe ipſos diſcerperent fortiſſimæ nationes.

XXVII.

POſt multos autem graveſque conflictus favit *Gepidis* inopinata victoria, trigintaque fere hoſtium millia trucidarunt; ibi & maior natu filiorum *Attila*, nomine *Ellac*, alias *Ellacus*, occiditur, quem tamen pater ſuper cæteros amaſſe perhibebatur, ut eum cunctis liberis ſuis in regno præferret. Sed non fuit voto patris fortuna conſentiens; nam poſt multas hoſtium cædes ſic viriliter eum conſtat peremptum, ut tam glorioſum ſuperſtes pater optaſſet interitum: reliqui germani eius fugati ſunt juxta littus *Pontici* maris, ubi prius *Gothos* ſediſſe ſcripſimus. Ceſſerunt itaque *Hunni*, quibus cedere putabatur univerſitas, adeo diſſidium pernitioſa res eſt, ut diviſi corruerent, qui adunatis viribus territabant. Hinc *Ardaricus* felix fit; tunc & diverſæ nationes, quæ invitæ famulabantur *Hunnis*, libertatem nactæ ſunt, quarum multæ per legatos ſuos ad ſolium Romanum venientes, a Principe tunc Martiano gratiſſime ſuſceptæ, diſtributas ſedes, quas incolerent, acceperunt. Nam Gepidæ *Hunnorum* ſibi ſedes viriliter vindicantes, totius *Daciæ* finibus veluti victores potiti, nihil aliud a *Romano* Imperio, niſi pacem & annua ſolennia, ut ſtrenui viri amica pactione poſtulaverunt, quod & libens tunc annuit Imperator, & usque nunc conſuetum donum a *Romano* Principe ſuſcipiunt. *Gothi* vero videntes, *Gepidas Hunnorum* ſibi ſedes defendere, *Hunnorumque* populum ſuas antiquas ſedes occupare, maluerunt a *Romano* regno terras petere, quam cum diſcrimine alienas invadere. *Pannonia* in longum porrecta planitiem habet ab Oriente Moeſiam ſuperiorem, a Meridie *Dalmatiam*, ab Occaſu *Noricum*, a Septentrione *Danubium*, ornata patria civitatibus plurimis, quarum prima *Syrmus*, extrema *Vindomina*; *Saoromata* vero, quos *Sarmatas* dicimus, & *Cemandri* & quidam ex *Hunnis* in parte *Illirici* juxta maritimam urbem ſedes ſibi datas coluerunt. Ex quo genere fuit *Bilina* Dux Pentapolitanus, ejusque germanus *Froila*, & noſtri temporis *Beſſa* Patritius, *Cipi* vero, & *Sadagarii*, & cæteri *Alanorum* cum duce ſuo nomine *Candac Scythiam* minorem, inferioremque *Moeſiam* acceperunt, (eujus *Candacis Alanorum* Ducis *Anthes* patris mei genitor *Paria*, id eſt meus avus, Notarius, quousque *Candac* ipſe viveret, fuit; ego item Jordanis ante converſionem meam Notarius fui) *Rugi* vero aliæque nationes nonnullæ *Bizini* & *Archadyapolim*, ut incolerent, petiverunt. *Hernac* quoque junior *Attila* filius cum ſuis in extrema minori *Scythia* ſedes delegit. *Emudezur* & *Vlzinter* conſanguinei ejus in *Dacia Ripenſe Vto* & *Hiſco Almoque* potiti ſunt: multique *Hunnorum* paſſim proruentes tunc ſe in *Romaniam* dederunt, e quibus nunc usque *Sacromantiſii* & *Foſſaliſii* dicuntur. Erant ſiquidem & alii *Gothi*, qui dicuntur minores, populus immenſus cum ſuo Pontifice, ipſoque Primate *Wulfilla*, qui eos dicitur & literis inſtituiſſe, hodieque ſunt in *Moeſia* regionem incolentes *Nicopolitanam* ad pedes *Hemi* montis, gens multa, ſed pauper & imbellis, nihilque abundans, niſi armentis diverſi generis pecorum, & paſcuis, ſilvisque lignorum; parum tritici cæterarumque ſpecierum eſt terra fœcunda, vineas vero nec, ſi ſunt, cognoſcent, ex vicinis locis ſibi vinum negotiantes, nam lacte aluntur plerique. Ergo ut ad gentem, unde agitur, revertamur, id eſt, *Oſtrogotharum*, qui in *Pannonia* ſub Rege *Valamire*, ejusque R. germanis *Chindimere* & *Vindimere* morabantur, quamvis diviſa loca conſilia tamen habuerunt unita; nam *Valamer* inter *Starmungam* & aquam nigram fluvios, *Chindimer* juxta lacum *Pelſodis*, *Vindimer* inter utrosque. Contigit ergo, ut *Attila* filii contra *Gothos*, qui deſertores dominationis ſuæ velut fugacia mancipia requirentes, venirent, ignarisque aliis fratribus ſuper *Valamirem* ſolum irruerent, quos tamen ille (quamvis cum paucis) excepit, diuque fatigatos ita proſtravit, ut vix pars aliqua hoſtium remaneret, quæ in fugam verſa eas partes *Scythia* peteret, quas *Danabri* amnis fluenta prætermeant, quas lingua ſua *Himmar* appellant. Eo tempore ad fratrem *Chindimerem* gaudii nuntium direxit, qui feliciorem in domo *Chindimeris* lætitiam reperit; ipſo ſiquidem die *Theodericus* ejus filius, quamvis de concubina *Erelina*, bonæ tamen ſpei puerulus natus erat. Poſt ergo tempus non multum Rex *Valamer* ejusque germani conſueta dum dona retardari cernerent, quæ a *Marciano* Principe inſtar ſtrenuæ gentis accipere conſueverant, ut pacis fœdera cuſtodirent, miſſa legatione ad Imperatorem, cum viderent, *Theodericum*

Tri

Tritarii filium (& hunc genere *Gothico*, alia tamen ſtirpe, non *Amala*, procreatum) omnino florentem cum ſuis, *Romanorumque* amicitiis junctum, & annua ſolennia conſequentem, & ſe tantum deſpici, illico furore commoti arma arripiunt, & *Illyricum* pæne totum prædati devaſtant. Sed *Marcianus* ſtatim animo mutato ad priſtinam recurrit amicitiam, miſſaque legatione præterita cum inſtantibus munera tribuit, ac de futuro ſine aliqua controverſia tribuere compromittit, pacisque obſidem ab eis, quem ſupra retulimus, *Theodericum* infantulum *Chindimeris* accepit, qui iam ſeptem annorum incremento conſcendens octavum intraverat annum, quem, dum pater cunctatus dare, Patricius *Valamus* extitit ſupplicator tantum, ut pax firma inter *Romanos Gothosque* maneret.

XXVIII.

DAtus igitur *Theodericus* obſes a *Gothis* ducitur ad urbem *Conſtantinopolitanam Leoni* Principi, & quia puerulus elegans erat, meruit gratiam Imperialem habere. Poſtquam ergo firma pax *Gothorum* cum Romanis effecta eſt, videntes *Gothi*, non ſibi ſufficere ea, quæ ab Imperatore acceperunt, cupientes ſolitam oſtentare virtutem, cœperunt vicinas gentes circumcirca prædari, primum contra *Stigadas*, qui interiorem Pannoniam poſſidebant, arma moventes; quod ubi Rex Hunnorum *Dinzic* filius *Attila* cognovit, collectos, quos potuit imperii ſui, licet pauci eſſent, *Ultingures*, *Angiſtiros*, *Bittnguros*, *Bardores* ſecum duxit, veniensque ad *Baſianam Pannonia* civitatem, eamque circumvallans, fines eius populabatur: quo comperto *Gothi*, ubi erant, expeditionem ſolventes, quam contra *Stigadas* collegerant, in *Hunnos* converterunt, eosque a ſuis finibus inglorios pepulerunt, ut iam ex illo tempore, qui remanſerunt *Hunni* & usque hactenus *Gothorum* arma formident. Quieſcente vero tandem *Hunnorum* gente, a *Gothis Hunnimundus Suevorum* Dux ad prædandas *Dalmatias* tranſit, armenta *Gothorum* in campis errantia diripuit, quia *Dalmatiis Suevia* vicina erat, nec a *Pannoniis* finibus multum diſtabat, ubi tunc *Gothi* reſidebant. At *Hunnimundum* vaſtatis *Dalmatiis* ad ſua revertentem *Chindimer* germanus *Valamiris* Regis *Gothorum* (non tantum iacturam armentorum dolens, quantum metuens, ne *Suevi* hoc lucro ad maiorem licentiam proſilirent) intempeſta nocte ad lacum *Pelſodis* ininvaſit, conſertoque inopinato prælio ita eos oppreſſit, ut etiam ipſo Rege *Hunnimundo* capto omnem exercitum eius ſibi ſubjaceret. Et cum multum amaret miſericordiam, victoria contentus veniam condonavit, conciliatusque cum *Suevis*, eundem, quem ceperat, adoptans ſibi filium, remiſit cum ſuis in *Sueviam*. Sed ille, immemor priſtinæ gratiæ, poſt aliquod tempus conceptum dolum parturiens, *Styriorumque* gentem, (qui tunc ſuper *Danubium* conſedebant, & cum *Gothis* pacifice morabantur) quatenus ſciſſi ab eorum fœdere, ſecumque juncti in arma proſilirent, gentemque *Gothorum* invaderent, rogat. Tunc *Gothis* nihil mali ſperantibus, præſertim de utrisque vicinis & amicis confiſi, bellum conſurgit ex improviſo, coactique neceſſitate *Gothi* ad arma confugiunt, ſolitaque virtute certantes, ſe ſuamque injuriam ulciſcuntur. In eo prælio Rex eorum *Valamer*, dum equo inſidens ad cohortandos ſuos ante aciem curreret, perturbatus equus corruit, ſeſſoremque ſuum dejecit, qui mox inimicorum lanceis confoſſus interemptus eſt: *Gothi* vero, tam Regis ſui mortem, quam ſuam injuriam a rebellibus exigentes, ita ſunt præliati, ut pæne de gente *Styrorum*, niſi qui nomen ipſis facerent, & hi, niſi cum dedecore, non remanſiſſent; ſic omnes extinxerunt. Quorum exitium *Suevorum* Reges *Hunnimundus* & *Halaricus* veriti rurſus in *Gothos* arma moverunt, freti auxilio *Sarmatarum*, qui cum *Benca* & *Babaii* Regibus ſuis in auxilium venerant, ipſasque *Styrorum* reliquias quaſi ad ultionem ſuam acrius pugnaturas accerſiverant cum *Commedica* & *Hunuolfo* eorum Primatibus, *Gepidarum* quoque ac *Rugorum* non parva ſolatia habuerunt, cæterisque hinc inde collectis ingentem multitudinem aggregantes ad Armenboliam in *Pannoniis* caſtra metati ſunt. *Gothi* autem *Valamire* defuncto ad fratrem eius *Chindimerem* confugerunt, qui, quamvis dudum cum fratribus regnans, tamen auctioris poteſtatis inſignia ſumens (*Vidimere* fratre iuniore *accito* & cum ipſo curas belli partitus) coactus ad arma proſiluit, conſertoque prælio ſuperiores fiunt *Gothi*, adeoque atrox pugna fuit, ut campus corruentium cruore madefactus, ut & rubrum pelagus appareret, armaque & cadavera in modum collium cumulata campum plus decem millibus oppleverunt, quod *Gothi* cernentes ineffabili exultatione lætabantur, quod & Regis ſui *Valamiris* ſanguinem, & ſuam injuriam cum maxima inimicorum ſtrage ulciſcerentur: de innumeranda vero vanaque multitudine hoſtium, qui valuerunt evadere, effugati vix ad ſua inglorii pervenerunt.

XXIX.

INterjecto deinde tempore, cum hyemali frigore *Danubius* coiiſſet, ſuper glaciem *Chindimer Gothorum* Rex pedeſtrem duxit exercitum, emenſoque *Danubio Suevis* improviſis a tergo apparuit. Nam Regio la *Suevorum* ab Oriente *Bojaricos* habet, ab Occidente Francos, a Meridie *Burgundiones*, a Septentrione *Thuringos*, quibus *Suevis* tunc juncti aderant etiam *Alemanni*, qui alpes rigentes colebant, unde nonnulla fluenta magno cum ſonitu influunt: huc dum Rex *Chindimer* hyemis tempore *Gothorum* duxiſſet exercitum, tam *Suevorum* gentem, quam etiam

Alemannorum adinvicem fœderatas devicit, vaſtavit, & pæne ſubegit. Inde quoque victor ad proprias ſedes, id eſt, *Pannonias* revertens, *Theodericum* filium ſuum, quem *Conſtantinopolim* obſidem dederat, a *Leone* Imperatore remiſſum cum magnis muneribus gratanter excepit: Theodericus autem jam adoleſcentiæ annos contingens (nam 18. annorum erat) aſcitis ſatellitibus patris & ex populo amatores ſibi clientes conſocians, pæne ſex millia viros, inſcio patre, emenſo *Danubio* ſuper *Babai Sarmatarum* Regem diſcurrit, (qui tunc de *Camido* Duce *Romanorum* victoria potitus, ſuperbe regnabat) quem ſuperveniens interemit, familiamque & cenſum deprædans ad genitorem ſuum cum victoria remeavit. *Suigedonam* dehinc civitatem, quam ipſi *Sarmatæ* occupaſſent, invadens, non *Romanis* reddidit, ſed ſibi retinuit. Deficientibus deinde hinc inde vicinarum gentium ſpoliis, cœpit & *Gothis* victus veſtitusque deeſſe, & hominibus, quibus dudum bella alimoniam præſtitiſſent, pax adverſa videbatur, omnesque cum magno clamore ad Regem *Chindimer* accedentes *Gothi* orant, quemcumque in partem vellet, tantum ductaret exercitum; qui accito germano, miſſaque ſorte hortatus eſt, ut ille in partem Italiæ (ibi tunc *Glicerius* regnabat) ipſe vero ſicut fortior ad fortius Regnum accederet *Orientale*. Sed *Vidimer*, ut Italiæ terras intravit, mox rebus exceſſit humanis, ſucceſſorem relinquens filium ſui nominis *Vidimer*, quem *Glicerius* muneribus datis de *Italia* ad Gallias tranſtulit, quæ adverſis circumcirca gentibus premebantur, aſſerens vicinos ſibi *Veſagothas* eorum parentes regnare. *Vidimer* acceptis muneribus ſimulque mandatus a *Glicerio Gallias* tendit, ſeſeque cum parentibus *Veſagothis* jungens, corpus unum cum eis effecit, ut dudum fuerant, & ſic *Gallias Hiſpaniasque* tenens ſuo jure defendunt, ut nullus ibi alius prævaleret. *Chindimer* autem frater ſenior cum ſuis tranſit *Savum* amnem Sarmatis, militibusque interminans bellum, ſi aliquid ei obſtaret; quod ei verentes quieſcunt, cum non prævalerent ad tantam multitudinem. Videns *Chindimer*, undique ſibi proſpera provenire, *Nayſſam* primam urbem invadit *Illirici*, atque illam & alias plures diripit, *Aradeam* & *Laryſſam* civitates *Theſſaliæ* vaſtat. *Chindimer* vero Rex animadvertens tam felicitatem ſuam, quam etiam filii, nec hac tamen contentus egrediens *Nayſſitanam* urbem, paucis ad cuſtodiam derelictis, ipſe *Theſſalonicam* petiit, in qua *Helarianus* Patricius a Principe directus cum exercitu commorabatur. Qui dum videret, vallo muniri *Theſſalonicam*, nec ſe eorum conatibus poſſe reſiſtere, miſſa legatione ad *Chindimer* Regem, muneribus oblatis ab obſidione eum urbis retorquet, initoque fœdere *Romanus* Ductor cum *Gothis* loca eis iam ſponte, quæ incolerent, tradidit, id eſt: *Terrupelsas*, Riropam, Medinam, *Petinam*, *Bercum* & aliam, quæ *Sium* vocatur, ubi *Gothi* cum Rege ſuo armis depoſitis compoſita pace quieſcunt. Nec diu poſt hæc & Rex *Chindimer* in civitate *Terras* fatali ægritudine occupatus, vocatis *Gothis Theodericum* filium regni ſui deſignat hæredem, & ipſe mox rebus humanis exceſſit: *Theodericum* vero gentis ſuæ Regem ordinatum audiens Imperator *Zenon* grate ſuſcepit, eumque ad ſe vocans, digneque ſuſcipiens, inter proceres ſui palatii collocavit, & poſt aliquod tempus ad ampliandum honorem eius in arma ſibi eum filium adoptavit, & Conſulem ordinarium fecit: quod ſummum bonum primumque in mundo decus dicitur: nec tantum hoc; hic etiam equeſtrem ſtatuam ad famam tanti viri ante regiam palatii collocavit. Inter hæc ergo *Theodericus Zenonis* imperio fœdere ſociatus, dum ipſe in urbe omnibus bonis frueretur, gentemque ſuam, ut diximus, in *Illirico* reſidentem non omnino idoneam aut refertam audiret, elegit potius ſolito more gentis ſuæ labore quærere victum, quam ipſe otioſe frui regni Romani bono, & gentem ſuam paupertate premi; ſecumque deliberans ad Principem ait: quamvis nihil deeſt nobis Imperio veſtro famulantibus, tamen ſi dignum ducit pietas veſtra, deſiderium mei cordis libenter exaudiat. Cumque ei familiariter, ut ſolebat, facultas fuiſſet loquendi conceſſa, *Heſperia*, inquit, plaga, quæ dudum deceſſorum prædeceſſorumque veſtrorum regimine gubernata eſt, & urbs illa, caput Orbis & Domina, quare nunc ſub Regis *Thuriligivorum Rugorumque tyrannide* fluctuant? Dirige me cum gente mea, ſi præcipis, ut & hic expenſarum pondere careas, & ibi ſi adjutus a domino fuero, fama veſtræ pietatis irradiet; expedit namque, ut ego, qui ſum ſervus veſter & filius, ſi vicero, vobis donantibus regnum illud poſſideam, non ille, quem non noſtis, tyrannico jugo Senatum veſtrum partemque Reipublicæ captivitatis ſervitio premat. Ego enim, ſi vicero, veſtro dono veſtroque munere poſſidebo: Si victus fuero, veſtra pietas nihil amittet, ſed expenſis levabitur. Quo audito (quamvis ægre ferret Imperator diſceſſum eius, nolens tamen eum contriſtari) annuit quæ poſcebat, magniſque ditatum muneribus dimiſit a ſe, Senatum populumque ei commendans *Romanum*.

XXX.

IGitur egreſſus urbe regia *Theodericus*, & ad ſuos revertens, omnem gentem *Gothorum*, quæ ei præbuerat conſenſum, aſſumens, *Heſperiam* tendit, rectoque itinere per *Syrmas* aſcendit vicinia *Pannoniæ*, indeque Venetiarum fines ingreſſus ad pontem *Soncio* nuncupatum caſtra metatus eſt; cumque ibi ad reficienda corpora hominum jumentorumque aliquanto tempore reſediſſet, *Odonacer* adverſus eum inſtruxit exercitum, quem ille, ad Campos *Veronenſes* occurrens,

rens,

rens, magna ſtrage delevit, caſtriſque ſolutis fines Italiæ cum potiori audacia intrat, tranſactoque *Pado* amne ad *Ravennam* regiam urbem caſtra componit, tertio fere milliario ab urbe loco, qui appellatur *Pineta*. Quod cernens *Odonacer* ſeſe in urbe communivit, indeque *ſubreptive* noctu frequenter cum ſuis egrediens *Gothorum* exercitum inquietat, idque frequenter agit pæne toto triennio; ſed fruſtra laborat, quia tota *Italia* iam *Theodericum* Ducem dicebat, & illius ad votum res illa publica ſecundabat: tantum ille ſolus cum paucis ſatellitibus & *Romanis*, qui aderant, & fame & bello quotidie inter Ravennam laborabat; per quod cum nihil proficeret, miſſa legatione veniam ſupplicat, quam cum obtinuiſſet, tamen poſtea a *Theoderico* occiſus eſt; tertioque, ut diximus, anno ingreſſus in *Italiam Theodericus*, *Zenoniſque* Imperatoris conſultu privatum habitum ſuæque gentis veſtitum reponens, inſigne regni reſumens (quia jam *Gothorum Romanorumque* regnator eſſet) miſſaque legatione ad *Ludovicum Francorum* Regem filiam eius *Andeſledam* ſibi matrimonio petiit; quam ille grate libenterque conceſſit, ſuos filios *Celdebertum*, & *Heldebertum* & *Thudebertum*, ad eum miſit, credens, hac ſocietate cum gente *Gothorum* inito fœdere ſociari: ſed non adeo ad pacis concordiam profuit iſta coniunctio, quia ſæpe numero propter *Gallorum* terras inter ſe præliati ſunt, & nunquam *Gothus Francis* ceſſit, dum vixit *Theodericus*. Antequam ergo de *Andeſleda* ſobolem haberet, naturales ex concubina, quas genuiſſet adhuc in *Moeſia*, filias habuit, unam nomine *Theudigotho*, & aliam *Oſtrogotho*, quas mox in *Italiam* veniens Regibus vicinis in conjugio copulavit, id eſt, unam *Alarico Veſagotharum*, & aliam *Sigismundo Burgundionum*. De *Alarico* ergo natus eſt *Amalaricus*, quem Avus *Theodericus* in annis puerilibus utroque parente orbatum dum fovet atque tuetur, comperit, *Eutharicum Viterici* filium, *Berethimundi* & *Thoriſmundi* nepotem, *Amalorum* de ſtirpe deſcendentem, in *Hiſpania* degere, juvenili ætate, prudentia, & virtute, corporiſque integritate pollentem, & ad ſe eum facit venire, eius *Amalaſuentham* filiam ſuam in matrimonio jungit, &, ut ad plenum ſuam progeniem dilataret, *Amalefredam* germanam ſuam, matrem *Theodati*, qui poſtea in *Africa* regnat, Regi *Vandalorum* coniugem dirigit Thoriſmundo; filiamque eius, ſuam neptem, *Amalabergam Thuringorum* Regi conſociat *Ermenfredo*, *Pethanumque* ſuum comitem & inter primos electum ad obtinendam *Syrimeum* civitatem dirigit; quam ille expulſo Rege eius *Tranſarico* filio *Traſiſtilla*, retenta eius matre, obtinuit; indeque contra *Sabinianum Illiricum* Magiſtrum militiæ, qui tunc cum *Mundone* paraverat conflictum, ad civitatem cognomine *Margoplano*, quæ inter *Danubium Margumque* flumina adjacebat, cum duobus millibus peditum, equitibus quingentis, in *Mundonis* ſolatia veniens, *Illiricianum* exercitum demolivit. Nam hic *Mundo* de *Attilanis* quondam origine deſcendens, *Gepidarum* gentem fugiens ultra *Danubium* in locis incultis debachabatur, & pleriſque abactoribus, ſcamariſque, & latronibus undecumque collectis, turrim, quæ *Slerta* dicitur, ſuper *Danubii* ripam poſitam occupans, ibi agreſti ritu prædas innectens vicinis, Regem ſe ſuis craſſatoribus nuncupabat. Hunc ergo pæne deſperatum, & iam de traditione ſua deliberantem, *Petza* ſubveniens è manibus *Sabiniani* eripuit, ſuoque Regi *Theoderico* cum gratiarum actione fecit ſubjectum. Non minorem triumphum per *Hiblam* ſuum comitem de *Francis* in *Galliis* adquiſivit, plus triginta millibus *Francorum* in prælio cæſis; *Thiodem* autem, ſuum armigerum, poſt mortem *Alarici* generi tutorem in *Hiſpania* regno *Amalarici* nepotis conſtituit, qui *Amalaricus* in ipſa adoleſcentia *Francorum* fraudibus irretitus regnum cum vita amiſit: poſt quem *Thiodis* tutor ejuſdem regnum ipſum invadens *Francorum* inſidioſam calumniam de *Hiſpaniis* pepulit, & uſque dum viueret, *Veſagothas* continuit; poſt quem *Thiodigis Goſſa* regnum adeptus, non diu regnans deſit, occiſus a ſuis, cui ſuccedens *Agil* continuit regnum, contra quem *Athanagildus* inſurgens *Romani* regni concitat vires, ubi & *Liberius* Patricius cum exercitu deſtinatur; nec ſuit in parte occidua gens, quæ *Theoderico*, dum adviveret, aut amicitia aut ſubjectione non deſerviret. Poſtquam ad ſenium perveniſſet, & in brevi ab hac luce egreſſurum ſe congnoſceret, convocans *Gothos* comites genteſque ſuæ primores, *Athalaricum* infantulum adhuc vix decennem filium ſuæ filiæ *Amalaſuentha*, qui *Rutharico* patre orbatus erat, Regem conſtituit, mandans univerſis, ac ſi teſtamentali voce denuncians, ut Regem colerent, Senatum populumque *Romanum* amarent, Principemque *Orientalem* placidum ſemper propitiumque haberent; quod præceptum, quamdiu *Athalaricus* Rex, quoad vixit, matris conſilio cuſtodiens per octo pæne annos in pace regnavit, quamvis *Francis* puerile regnum contemnentibus bella parare moliretur.

XXXI.

AT dum ad ſpem juventutis *Athalaricus* accederet, tam ſuam adoleſcentiam, quam matris viduitatem *Orientis* Principi commendavit. Sed in brevi infeliciſſimus immatura morte præventus eſt. Tum mater, ne pro ſexus ſui fragilitate a *Gothis* ſperneretur, ſecum

deliberans, *Theodabatum* conſoorinum ſuum germanitaos gratia accerſitum a *Tuſcia*, ubi privata vita degens in laribus parvis erat, in regnum collocavit, qui conſanguinitatis & beneficii immemor poſt aliquantum temporis a palatio *Ravennate* abſtractam in Inſulam lacus Bulſinenſis eam exilio relegavit, ubi pauciſſimos dies triſtitia degens ab ejus ſatellitibus in balneo ſtrangulata eſt; quod dum *Juſtinianus* Imperator Orientalis audiſſet, quaſi hæc mors ad ſuam injuriam retunderet, ſic eſt commotus: Eodem namque tempore, cum de *Africa Vandalicum* per fideliſſimum ſuum Patricium *Belliſſarium* reportaſſet triumphum, nec mora in ipſo tempore madentibus adhuc armis cruore *Vandalico*, contra *Gothos* per eundem Ducem movit procinctum; qui Dux prudentiſſimus haud ſecus Gotharum ſubjicere populum arbitratus eſt, niſi prius nutricem eorum occupaſſet *Siciliam* (quod & factum eſt) *Trinacriamque* ingreſſus. Mox *Gothi*, qui *Syracuſanum* Oppidum inſidebant, videntes, ſe nil prævalere cum ſuo Duce *Findericho*, ultro ſe *Belliſario* dederunt. Cumque *Romanus* ductor *Siciliam* pervaſiſſet, Theodahadus comperiens, *Enermorem* generum ſuum cum exercitu ad fretum, quod inter *Campaniam Siciliamque* interminatur, & de *Tyrreni* maris ſinu in vaſtiſſimum adriaocum æſtum evolvitur, cuſtodiendum direxit; ubi, cum *Enermor* acceſſiſſet, ad *Regium* Oppidum caſtra compoſuit: nec mora, deteriorem cauſam cernens ſuorum, ad partes victoris cum paucis & fideliſſimis famulis conſciis movit, atque ſe ad *Belliſſarii* pedes advolvens, *Romani* regni optat ſervire Principibus. Quod *Gothorum* exercitus ſentiens, ſuſpectum *Theodabadum* clamitat regno pellendum, & ſibi Ductorem ſuum *Vithigis*, qui armiger eius fuerat, in Regem levavit; qui mox *Romam* ingreditur, præmiſſisque *Ravennam* fideliſſimis ſibi viris *Theodabadi* ſibi necem demandat, qui venientes imperata ſibi perficiunt, & occiſo *Theodabado Vithigem* populis nunciavit Regem. Inter hæc *Romanus* exercitus emenſo freto *Campaniam* accedens, ſubverſaque *Neapoli* Romam ingreditur, unde ante paucos dies Rex *Vithigis* egreſſus, *Ravennam* profectus, *Mathaſuentham* filiam *Amalaſuentha*, *Theoderici* neptem, ſibi in matrimonium ſociârat; cumque his novis imperiis delectatus aulam regiam *Ravenna* vovit, *Roma* egreſſus imperialis exercitus munita utriusque Tuſciæ loca invadit, quod *Vithigis* intelligens, *Cumimulam* Ducem *Gothorum* cum manu militum mittit *Paruſiam*, ubi dum *Magnum* comitem cum parvo exercitu reſidentem obſidione longa evellere cupiunt, ſuperveniente *Romano* exercitu ipſi evulſi & omnino extincti ſunt. Quod audiens *Vithigis*, furenti animo omnem *Gothorum* exercitum congregat, *Ravennaque* egreſſus Romanas arces obſidione longa fatigat: Sed fruſtrata ejus audacia, poſt tredecim menſes ab obſidione *Romana* urbis aufugit, & ſe ad *Ariminenſem* oppreſſionem præparat, unde pari tenore fruſtratus fugatusque *Ravennam* ſe recipit, ubi obſeſſus, non diu moratus, ultro ſe ad partes dedit victoris cum *Mathaſuentha* jugali & opibus regiis. Sic famoſum regnum, fortiſſimamque gentem, diuque regnantem, tandem pæne milleſimo & trecenteſimo ſecundo anno victor gentium diverſarum *Juſtinianus* Imperator per fideliſſimum Conſulem *Belliſſarium* vicit, & perductum *Vithigem Conſtantinopolim* Patricii honore donavit, ubi plus biennio demoratus, Imperatorisque in affectum coniunctus, rebus exceſſit humanis. *Mathaſuentham* vero jugalem eius fratri ſuo *Germano* Patricio conjunxit Imperator, de quibus poſterius patris *Germani* natus eſt filius. Idem *Germanus*, in quo conjuncta *Anciarum* gens cum *Amala* ſtirpe ſpem adhuc utriusque generis dominio præſtante promittit. Hucusque *Gotharum* origo, ac *Amalorum* nobilitas, & Virorum fortium gloria ac laudanda progenies laudabiliori Principi ceſſit, & fortiori Duci manus dedit, cujus fama nullis ſæculis, nullisque ſilebitur ætatibus: Sed victor ac triumphator *Juſtinianus* Imperator & Conſul *Belliſſarius*, *Vandalici*, *Africani*, *Gothicique* dicentur. Hæc qui legis, ſcito me *Amalorum* ſcriptum ſequentem, ex eorum latiſſimis pratis paucos flores legiſſe, unde inquirenti pro captu ingenii mei coronam intexam. Nec me quispiam in favorem gentis prædictæ, quaſi ex ipſa trahentem originem, aliquid addidiſſe credat, quæ legi & comperi: & ſi hæc, quæ de ipſis ſcribuntur aut referuntur, magna videntur, ea non tantum ad illorum laudem, quam ad eorum, qui vicerunt, gloriam exponat.

A01 147 1283